PRAELECTIONES DOCTISS.

IN EPISTOLAM D. P. ad Ephesios, eximij doctoris D. Martini Bucèri, habitæ Cantabrigiæ in Anglia,

Anno M D. L. & LI.

Ex ore prælegentis collectæ, & nunc primùm in lucem editæ, diligentia Immanuelis Tremelij Theologiæ doctoris, & eiusdem professoris in Academia Heydelbergensi.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.



BASILEAE
APVD PETRVM PERNAM.

NOBILISSIMO VIRO DOMINO NICO-

A LAO THROKMORTONO EQVITI AVRATO SERENISS. ELISA-
bethæ Reginæ Angliæ, cameræ priuatæ Nobili, & eiuſdem Maieſtatis legato
apud Regem Gallorum, Immanuel Tremellius Theologiæ doctor, &
eiuſdem profeſſor in Academia Heydelbergenſi, Salutem &
Pacem in Domino optat.

QVANQVAM Deus Opt. Max. Vir clariſsime, mul tos inſignes doctores ſingulari gratia noſtris temporibus in Germania excitare dignatus eſt, qui propter exi mia dona Dei, & ſingulare ſtudium propagãdi doctri- nam Euangelĳ, tyrannidem uerò & impietatẽ Roma- ni Antichriſti oppugnandi honore magno & laude perpetua digni ſunt: tamen cùm eximĳ uiri D. Martini Buceri egregias uirtutes, ani- miq; dotes, & indefeſſum ſtudium in mentẽ reuoco, non poſſum quin ſingulare diuinæ beneuolentiæ teſtimonium in hoc uiro Germaniæ contigiſſe, fatear: Quod quidem non ſolùm Germania, uerùmetiam Anglia, imò aduerſarĳ quoque noſtri experientia manifeſtiſsimè didi
B cerunt. Etenim illis concionãdo, docendo, ſcribendo, & Eccleſias eo- rum à papiſticis ſordibus repurgando, diligentiſsimè ſimul ac fideliſ- ſimè inſeruiuit: cum aduerſarĳs uerò, non ſemel & iterum, ſed ſæpius, nec ſcriptis modò eminus, ſed uiua uoce ex uerbo Dei cominus ſtre- nuiſsimè certamen conſeruit. Quamobrem enim (ut æquum eſt) alio- rum non tantùm iuſti libri, ſed minima quæq; fragmenta ſtudioſiſsi- mè colligantur, & cum gratia ac fructu euulgentur, iuſtum eſſe puta- ui huic quoq; uiro idem præſtare, qui nihil niſi ad luculentam aliquã Eccleſię utilitatẽ ſcripſit aut compoſuit unquã: cuius rei teſtimoniũ cum ex alĳs illius præclaris ſcriptis, tum ex hac Epiſtolæ ad Epheſios enarratione rectiſsimè colligi poteſt: quam diutius retinere nõ potui- mus, quin ea fide qua olim eam ex ipſius autoris ore excerpſimus, illa quoq; nunc ad conſulendum in commune emittere mus. Neque uerò uelim quemquam moueri, aut in ſuſpitionem huius libri uenire, pro
C pterea quòd aliam eiuſdem autoris in hanc epiſtolam explicationem fortaſsis extare intellexit. Talis enim eſt hominum conditio, ut quan diu hîc uiuunt, uelut per gradus quoſdã ſuam eruditionem percipere neceſſe habeãt, ſtudio, uſu, ætate, & experientia, iuxta uulgare prouer bium, quo dicitur, Poſteriorem diem prioris eſſe magiſtrum. Cùm ita que hic autor iuxta communem noſtrũm omnium conditionẽ multa plura exercitio diuturno, experientiaq; uariorum caſuum edoctus (ut ferè in primitĳs operum fit) plurima cerneret in ĳs cõmẽtariolis, quæ anno 27 euulgari paſſus fuerat, in quibus ſibi nõ ſatisfaceret, non pu- duit ipſum eandem Epiſtolam anno circiter quinquageſimo primo denuo explicandam reſumere, ut ita ignorantiam ſuperioris ætatis, & profectum interiecti temporis in ſchola Chriſti, quaſi per comparatio nẽ huius explicationis cum priori ingenuè indicaret. Ideo multos hîc inſignes doctrinæ & honeſtorum morum locos tractat, quorum ex- plicationem propter triſtiſsima quædam de his certamina, quib. ipſe

mirabilẽ in modum ſolicitatus fuit, ſingulari prudentia & conſilio ad D
nos pertinere præuidit: quod equidẽ, proh dolor, in exulceratiſ. hoc
tẽpore nimis uerum eſſe omnes cõperimus. Cõfido autẽ planè fore, ut
qui huius uiri cõſilio acquieſcere uoluerit, hîc inueniat ſolidã ex fonti-
bus ſ. ſcripturæ deſumptã rationẽ, tum animũ ſuũ in talib. controuer
ſijs cõſolandi, tum aduerſariorũ cauillationibus reſpondẽdi, & ipſorũ
ora obſtruẽdi. Sed utinã Dñs propter noſtrã ſummã ingratitudinẽ
tantũ doctorẽ ex ipſo curſu nobis nõ eripuiſſet, ut ſicut alia illius ope-
ra, ſic hanc quoq; Epiſtolã (quæ uelut ultimæ eius uoluntatis teſti-
monium haberi meritò debet) integram, & ab ipſo autore euulgatam
habere licuiſſet. Nunc uerò cum morte præuentus non ultra quàm ad
locum quinti capitis de Beneuolentia uxoribus reddenda peruenire
potuerit, his oportet nos eſſe contentos, & ad placandam iram diui-
nam excitari, qua nobis tantos uiros ex ipſis ceptis laboribus aufert.
Quæ autem reliqua fuerunt, ex prioribus eius annotationibus malui
his poſterioribus adijcere, quàm librum imperfectum in publicum
emittere. Quo uerò animo ego hunc librũ euulgandi, laborẽ ſuſcepe E
rim, ſpero omnes pios ac candidos, qui ueritatis ſtudio hæc legere di-
gnabuntur intellecturos. Ab eius editione me certè hactenus con-
tinui, quòd per aliũ hoc fieri mallem. Cùm uerò fruſtra me expectare
ſentirem, facere non potui, quin pro mea erga autorem pietate, qui o-
lim mihi præceptoris partes diligentiſsimè præſtitit, tum pro fide,
quam Chriſto debeo in iuuanda communi Eccleſiæ ſocietate, hunc
theſaurum Chriſti membris redderem, quibus quoq; congeſtus fuit.

Porrò quia Dominus hoc inſigni gratiæ ſuæ organo ad propagan
dã uerã ac ſalutarem Euangelij doctrinã in florentiſs. Angliæ Regno
apud Cantabrigienſes, uti dignatus eſt, æquiſsimũ eſſe putaui, ut hæc
ſub Angli alicuius nomine exirẽt. Deliberãti itaq; mihi, tuũ nomen,
uir, præſtãtiſsime, uenit in mentem, quod multis de cauſis ad cõmen-
dandum hunc librum omnibus membris Chriſti, digniſsimum atque
accommodatiſsimum eſſe iudicaui. Quis enim in Anglia eo tempore,
quo hæc ibi compoſita fuerunt, ſtudium ad propagandam hanc ſalu-
tarem Euangelij doctrinam maius, quàm tu, adhibuit? Quis maiore F
beneuolentia hunc eximium doctorem amplexus eſt? Quid dicam
de tua conſtantia in retinenda pura fidei confeſsione, quæ in afflictiſ-
ſimis temporibus, nullis triſtiſsimis calamitatibus, nullis grauiſsimis
periculis, frangi aut labefactari potuit? Eluctatus ex omnibus inſtar
palmę contra grauiſsimum quodque pondus fortiter aſſurgentis, pul
cherrimum omnibus conſtantiæ dediſti exemplum. Hunc itaque li-
brum, & me ſimul cum eo ut in tuum patrocinium recipias, boni'que
conſulas, te uehementer oro, munus'que hoc dignare expendere pro
tua humanitate ex offerentis animo, qui certè non niſi tuæ excellen-
tiæ eſt obſeruantiſsimus. Vale, Clariſs. Dñe. Dñs Ieſus te conſer-
uet, & cæleſti ſua benedictione cumulet ad gloriã ſuam & Eccleſiæ in
Anglia incrementum. Amen. Heydelbergæ 17 Septemb. 1561.

A D. MARTINI BVCERI PRÆFATIO IN EPISTOLAM AD EPHESIOS.

IN more fermè est enarrationes auspicantium bonorū autorum, aliquid primùm de eorum scriptorum, & de artis, quam illi tradunt, laudibus præfari: ac deinde nonnihil subijcere de sua fide, quam præstare, & de ratione, quam sequi in explanando decreuerunt. Me verò ab hoc instituto quod ad priorem eius partem attinet, deducit, cùm adorãda, & libri & scientiæ à me tradendæ maiestas, tum reuerens vestræ professionis cõsideratio. Epistolam enim D. Pauli Apostoli ad Ephesios excutere, quoad Dominus dederit, mihi propositum est, idq; apud vos, qui Christianismo eximiam coniunxistis & coniungitis eruditionem. Huius verò Epistolæ diuinam excellentiã quiuis facilè agnoscet, qui ista modò religiosè considerarit: Primùm eius autorem & dictatorem esse Spiritum sanctum, administrum verò Apostolum Paulum, qui cæteris Apostolis multo amplius in Euangelio laborauit: non solùm illud tã admirabiliter propagando, verùmetiam clarissimè elucidando, idq; cum viua voce, tum scriptis.
B Deinde quæ in hac epistola traditur scientia, imò sapientia, eam esse scientiam, Deum verum cognoscẽdi, colendi & fruendi in eius filio Domino nostro Iesu Christo, scientiam esse salutis & vitæ æternæ. Tum hanc tradi scientiam in hac epistola, & exponi breuitate adeò dilucida, & tam solida copia, vt quem sacrorum librorum huic epistolæ his nominibus anteponam, aut exæquem, non videam: scripta enim est Ecclesiæ, sicut donis Christi instructissimæ, ita sibi lõgè charissimæ: & scripsit iam vinctus Romæ, atq; extrema quotidie expectãs, ceu doctrinæ Christi totius absolutissimum quoddam commentarium, in quo inesset quicquid vnquam siue Ephesios, siue alios docuisset. Testatum autem legimus perquàm sanctissimè Ephesiorum præsbyteris Myletum ad se vocatis, se illorum Ecclesiæ, nihil omnino earum rerum subduxisse, quæ ipsis possent esse saluti & vsui, sed omne Dei consilium quàm planissimè patefecisse, idq; summo studio, priuatim & publicè, multisq; cum lachrymis & religiosissima obtestatione. Tantam itaq; cælestis doctrinæ maiestatem, quæ huic inest epistolæ, si eam meis vobis commendare laudibus conarer, meritò me imminuturum, non illustraturum vereor: conscius nimirum mihi, tantæ inopiæ, nõ solùm orationis, ve-
C rùmetiam spiritus, quo solo diuina ista mysteria possunt, & ritè cognosci, & dignè laudari. Iam cùm vestram intueor professionẽ, quæ est Christianismi haud vulgari eruditione exornati, video consentaneum esse, diuinos libros omnes sic vobis haberi cognitos, charos, atq; laudatos, eoq; epistolam hanc, propter eius inter cæteros libros præcellentiã, quàmmaximè: vt si, vel epistolã hanc, vel quẽuis ex sacris libris, multis meis verbis laudare apud vos instituerem, magis vobis meæ afferrent fastidium ineptiæ, quàm admirationem augerem, & studiũ tam diuini scripti. Quis enim nõ videat, qui hanc epistolam, vel semel diligenter & religiosè perlegerit, quãdiues illa sit doctrinæ Christi, doctrinæ salutis æternæ, vt principes religionis nostrę locos omnes, paucis quidem verbis, tamen incredibiliter perspicuis, disertis, plenis, procul omni ambiguitate & obscuritate doceat & explicet? Nam statim initio quàm perspicua breuitate, & euidenti certitudine exponit nobis Spiritus sanctus primam salutis nostræ causam, nostri in adoptionem filiorum Dei, & hæreditatem vitæ eternæ electionem, & prædefinitionem factam in Christo Iesu seruatore nostro ante iacta mundi fundamẽta, cùm nihil adhuc boni vel mali facere ipsi potuimus, factam secundum omnino gratuitam Dei beneuolentiam, nulla nostra, ne futura quidem merita, respicien

tis,ſed ſuam tantùm infinitam bonitatem,& dilectum filiũ ſuum, in quo dilecto D
& nos ſibi gratos facit,reformatq; ad laudem gloriæ ſuæ.Ita vim naturãq; fidei, quàmpaucis & quám diſertè explicat,quomodo illa gratuita tantùm Dei illuminatione,nobis infundatur,vt ſolo Dei verbo nitens,& ex hoc Dei miſericordiam in Chriſto domino apprehendens peccatorum remiſsionem, & ſortem inter filios dei.Denicq; ſola Spiritus ſancti obſignatione,&doctrina firma & indubitata perſtat immota.Vbi verò adeò clarè & explicatè deſcribit regni Chriſti,cùm vis ſaluifica,qua cũcta per eum reſtituuntur,quæ ſunt in cælo & in terra tum amplitudo & potentia,qua ſubijci ei neceſſe eſt, quicquid vſpiam exiſtit: Sic myſterium illud magnum & exoſculandum Eccleſiæ,vbi inuenies expoſitum tam perſpicuè & magnificè:vt Deus illi filium ſuum caput dederit, quo in eam dona cæleſtia effunderet cũq; vberrimè & pleniſsimè,adeò,vt illa,eius vocet plenitudo,qui implet,hoc eſt,perficit & conſummat omnia,atq; hæc tradit ſpiritus ſanctus in primo huius epiſtolæ capite.

Quæ tractãtur in 2 cap.

In capite ſecundo quã deſcribit graphicè atq; ob oculos luculenter ponit,primùm mortem & perditionem in quam naſcimur omnes, vimq; aduerſariæ poteſtatis malorum ſpirituum,efficacis in omnibus incredulis, & in Chrtſto nondum renatis:& mox,quo pacto Deus,ſola ſua miſericordia, nos ab hac morte, & pernicie,omniq; Satanæ tyrannide liberet per filium ſuum,& apud ſe iuſtificet,ſaluosq; reddat.Quàm plenis verò & vehementibus verbis opus hoc ſalutis noſtrę gratuitæ & ampliſsimæ miſericordiæ totũ aſſerit,qua ille nos, cũ eſſemus peccatis mortui,eſſemusq; ex profeſſo eius inimici,ac proinde ad irã tantùm Dei, nos poſſemus noſtris operibus,non ad gratiam eius vllo modo præparare,conuiuificauit nos in Chriſto & coexcitauit,inq; cæleſtibus collocauit, vt & venturis ſeculis demonſtret ſuperexcellentes diuitias gratiæ ſuæ, qua ſola, per fidem,nõ ex operibus,ſeruati ſumus.Quia verò prædefiniti & electi ſumus in filios & hæredes Dei,vt ſimus ſancti & irreprehẽſibiles coram eo in dilectione,atq; ita in laudem gloriæ gratiæ eius,locum ſubiecit de bonis operibus,breuiſsimis quidẽ verbis,ſic tamen ſolidè explicatum,vt nuſquam legas explicatũ ſolidius. Docet enim iuſtificatos conditos eſſe in Chriſto ad bona opera, ſed quæ Deus antè parauit,nimirum præceptis & vocatione,& donis ſuis,nõ quæ ipſi nobis præter eius verbum confingimus,noſtróve Marte molimur. Inde vt prædicat magnificè myſteriũ noſtræ cum veteri populo Dei,per Chriſtum coniunctionis,qua in eandem cum illo politiã conſociati,& in idẽ Dei templũ cooptati & extructi ſumus,quotidieq; extruimur:qui antè ſine Chriſto eramus in hoc mundo,& alieni á republica Iſraelis,expertesq; pactorum ſalutis, viuebamus ſine ſpe & ſine Deo. Hoc loco admodum diſertè etiam explicatur,quomo Chriſtus pax noſtra,vt ſibi planè vnum populum ex Iudæis & Gentibus conſti tueret,legem ceremoniarum,iugum illud quod nec Apoſtoli, nec patres eorũ portare potuerunt,ſuſtulit atq; aboleuit. Hæc in 2. capite. E F

Quæ tractantur in 3 cap.

In tertio rurſus,myſterium hoc gratiæ Dei,abſconditum à ſeculis,&per Spiritũ ſanctum tandẽ reuelatum Apoſtolis & Prophetis,miris modis effert,&magnificat:Illud,inquam,quod per Chriſtum Dñm,nos ex gentibus, cum ſancto populo Dei facti ſumus cohæredes eiuſdẽ corporis, & pariter participes omnium donorum Dei:adeò vt per Eccleſiam ipſis quoq; cæleſtibus principatib. & poteſtatibus nota fiat multifaria ſapiẽtia Dei. Hîc rurſus vis fidei,& quid illa differat à fiducia declaratur.

His precationem ardentem annectit pro Epheſijs,vt hanc omni cognitione ſuperiorem dilectionem Chriſti,gratiæq; latitudinem,longitudinem,profunditatem,celſitudinem,plenius cum omnibus ſanctis comprehendant, Chriſtũq; habeant inhabitantem in cordibus ſuis.Iſta continentur capite tertio.

Quæ in 4 cap. tractantur.

Quarto capite grauiſsimam de cuſtodienda vnitate ſpiritus in vinculo pacis exhortationem proponit: mox originem & vim docet,variosq; gradus ſacri mini-

hiſterij. Item communionis corporis Chriſti, in quo ſingula membra inſtaurãt,
A cùm ſe inuicem, tum corpus vniuerſum, in omni pietate & vita Dei. His ſubij-
cit vehementiſsimam adhortationem & obteſtationem, ne ſicut gentes ignarę
Dei, & alienæ à vita Dei, vitam degamus, & quàm ſit harum vita perdita deſcri-
bit: Sed vt veterem hominem iuxta priorem conuerſationẽ quotidie exuamus,
qui perit erraticis ſuis cupiditatibus, & induamus nouum hominem, conditum
ſecundum Deum, in iuſtitia & vera ſanctitate. Inde à certis quibuſdã vitijs, qui-
bus forſan nonnulli in ea Eccleſia affines erant, dehortatur, eamq; dehortationẽ
vſq; in quintum caput perducit. Poſtea partim quinto, & partim ſexto cap. *Quæ in 5 & 6 cap. tractantur.*
præcepta dat ſaluberrima de officijs cõiugum, liberorum, ſeruorum, herorum.
Inde hortatur ad aſſumendam panoplian Dei, quam per partes accuratè deſcri-
bit, vt ea muniti & inſtructi, poſsimus feliciter dimicare contra cæleſtes verſu-
tias, hoſtiles impetus, mundi rectores, illæſiq; ab eis, in fide Chriſti non modò
perſtare, verùmetiam quotidie proficere. Poſtea adhortatur ad pias & aſsiduas
preces, vt pro omnibus quidem ſanctis, ita & pro ſe, quo poſsit miſterium Euã-
gelij, cuius legatione fungebatur in cathena, digna prædicare libertate. Poſtre-
mò docet ſuo exemplo, quàm debeamus eſſe pro nobis inuicem ſolliciti, vt ad ſa
lutem nos mutuò inſtauremus. Nec enim contentus fuit Apoſtolus, ſcripſiſſe
ad Eccleſias hanc tam locupletam & refertiſsimam omni ſalutari doctrina & ad
hortatione epiſtolam, ſed mittit præterea ad eos Tychicum fidelem miniſtrum
B in Dño, qui quomodo ſuæ res haberent, illis notum faceret, tum viua quoq; vo-
ce illorum corda adhortaretur, & cõfirmaret. Videtis, optimi auditores, quan-
tum doctrinæ Chriſtianæ, ſempiternæ felicitatis theſaurum, quantam ſcientiæ
Deum ritè cognoſcendi, colendi, & fruendi, quæ eſt vita æterna, lucem & copiã
nobis Spiritus ſanctus in hac epiſtola exhibeat. Etenim qui eos doctrinæ cæle-
ſtis locos, quos Spiritus ſanctus in hac epiſtola, quanquam breuiſsimis, clariſsi-
mis tamen verbis nobis explanauit, ſolidè teneret: quid quæſo is poſſet de om-
ni philoſophia ſalutis deſiderare? Quocirca tam incomparabile Dei donum,
conari meis verbis ornare, & vobis commendare nõ audeo, cùm quia deſtitui
me ſentio pari ad hanc rem facultate, & ſpiritus, & dicendi: tum quia hic vobis
theſaurus eſſe debet per ſe ita commendatus, vt à me commendatior reddi non
poſsit. Satis itaq; ſit nos monuiſſe per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt
cogitemus epiſtolam hanc eſſe ſcriptam à Spiritu ſancto, per ſanctiſsimũ eius
organum Apoſtolum Paulum, poſtremum & minimum quidem, ſi tempus ſpe
ctes vocationis eius, & ea quæ geſsit ante vocationem, ſed profectò ſummum
ſpiritu & energia doctrinam Chriſti, cùm explanandi, tum propugnandi & ad
ſerendi. Plus enim laborauit omnibus, & non fruſtra, tam ampliter Dei gratia ſe
in eo exercuit. Tum cogitemus ſcriptam ab Apoſtolo iam vincto, & tranſitum
ad Chriſtum in dies expectante, ſcriptamq; velut legatum quoddam, atque ceu
C commentarium totius doctrinæ ſalutis, idq; ad Eccleſiam ei longè chariſsimã,
ſicut non erat tum alia, ſpiritu & donis Chriſti magis exculta, atq; illuſtris. Sic e-
nim teſtatum Apoſtolum legimus ad huius Eccleſiæ præsbyteros: Vos ſcitis,
quòd nihil ſubtraxerim rerum vtilium, quominus annunciarim vobis & docue
rim vos publicè & per domos, teſtificatis Iudæis & Græcis pœnitentiam, quæ
erga Deum eſt, & fidem, quæ eſt in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ. Et pau-
lò poſt: Non ſubduxi me, quin annunciauerim omne conſilium Dei. Et rurſus:
Memores eſtote, quòd per triennium noctes & dies non ceſſarim cum lachry-
mis vnumquenq; inſtituere. Hanc Eccleſiam tam probè, & plenè cum ab alijs
Chriſti miniſtris, tum ab Apoſtolo inſtitutam in vera religione, & doctam om-
ne conſilium Dei, voluit ex vinculis, in hac ſcientia omnium myſteriorum Dei,
hac epiſtola ſua cõfirmare, eisq; ceu ſummam illius ac perpetuum μνημόσυνον re-
linquere totius doctrinæ Chriſti, qua inſtructi & adiuti, poſſent vberiore cum
fructu cunctas diuinas ſcripturas verſare, atque ita præclaros quotidie in vita
Dei facere progreſſus. Talis itaq; ſcripti & artis artium, quæ eo traditur, diuinã

maiestatem nõ debeo meis laudibus, cùm nequeo augere, imminuere: cùm ve- D
stram quoq;, qui me forsan audietis considero professionem, cuius est, cũ Chri-
sti religione optimarum artium eruditionẽ coniunxisse, atque magis magisq;
quotidie coniungere, haud præclarè de vobis viderer sentire, si putarem multa
apud vos opus esse commendatione vllius sacrorum librorum, nedum huius
epistolæ tam celebratæ lectione piorum, tamq; illustris opulentiæ dogmatum
Christi. A laudibus itaq; epistolæ huius, quoniã nec dignas præstare valeo, nec
vllis apud vos opus est, supersedere mihi iure videor.

Dicendum autem mihi arbitror nonnihil de fide, quã præstare, & ratione,
quam sequi studebo, hanc epistolam explanando.

Primùm enim cum tota dictata & tradita sit per Spiritum sanctum, eius ex-
planationẽ, quoad Dominus dederit, ex ipsa, & alijs tantùm diuinis libris affer-
re, operam dabo. Cumq;, vt cæteri diuini libri, scripta in hoc nobis sit, atque per
tot secula, totq; Ecclesiæ Dei discrimina seruata, cunctaq; in ea salutis nostræ
mysteria tam præclarè & copiosè explicata, vt simus sancti & irreprehensibiles
coram Deo in dilectione, ac ita in laudem gloriæ gratię eius, eò interpretationẽ
huius scripti deducere quoq; elaborabo, vt nos ad innouationem nostri, ad Dei
voluntatem semper excitemus atq; promoueamus. Quicquid sancti patres ex
perpetuo Ecclesiæ consensu adferunt, aut vbi ipsi idoneas interpretationes ex- E
hibent, ex ipsis, scilicet, diuinis scripturis depromptas, eas indicare non negligã
quo, cognito consensu veterum Ecclesiarum cum Spiritu sancto, omnia animis
nostris confirmatiora, & gratiora infigantur, fructumq; afferant vberiorem.

Porrò ab hac in Spiritum sanctum horribili blasphemia conabor me declara
re q; alienissimum, qua eum nostra ætate plerique afficiunt: qui nimirum, cùm vi-
dent suas fraudes, dum in manibus populi Christiani versantur, & passim legun
tur diuinæ scripturæ, latere nõ posse, audent contendere, Diuinas scripturas sic
esse obscuras, sic ambiguas, vt certus earũ & salutaris sensus, non ex ipsis, sed tã-
tùm ex enarrationibus sanctorum patrum, atq; ab Ecclesiæ sit autoritate peten
dus. Quo, quid possit dici magis impium in Deum nostrum, & eius æternam
cùm sapientiam, tum bonitatem? Etenim sicut Euangelion quo omnes reliqui
diuini libri continentur, iussit Deus suis omnibus prędicari, imò omni creaturę
priusquam quisquam patrum extitisset, ita præcepit sacros suos libros, qui Euã-
gelio omnes continentur, legi ab omnibus. Nam (vt D. Gregorius pie appella-
uit) sacra Biblia vniuersa epistola Dei sunt ad creaturã suam. Si iam Deus hanc
suam epistolam sic scripsit obscurè, & ambiguè, vt ex se ipsa non possit solidè, &
certò, atq; ad sempiternam salutem intelligi ab ijs, qui id verè studeant, necesse
profectò est, vt Deus noster, aut non potuerit, aut certè noluerit, nos apertè, & F
certa ratione docere. Vtrum verò dicas in Deo esse, Deũ negasti. Absit igitur,
absit & à mente, & ab ore Christianorum, tanta in Deum nostrum blasphemia.
Ipse est qui docet hominem omnem scientiam, & dat cunctam intelligentiam,
omnisq; clarè & simpliciter docendi facultas eius est donum. Et, scilicet, admit-
tat ipse in suis scriptis vitia illa in scribendo turpissima, nullisq; nisi impostorib.
idonea, obscuritatis & ambiguitatis? Sic est Deus cupidus salutis nostræ, vt fi-
lium proprium in mortem propter nos tradiderit: salus autem ipsa & vita æter-
na cognitione cõstat solida scripturarum, ex quibus scilicet solis Pater & Filius
& spiritus sanctus rectè cognoscitur: quis igitur possit, qui hæc credat, dubitare
Deum doctrinam hanc salutis, tradidisse dilucidissimam & certissimam? Ita, vt
Spiritus sanctus in Psalmo 19 testatur. Lex Domini est integra & simplex, resti-
tuens animos, testimonium solidũ & fidele, sapientiam præbens simplici. Man-
data Domini recta sunt, & cor lætificant. præceptum Domini purum illuminãs
oculos. Et per D. Paulum Spiritus sanctus testatur, sacras Scripturas erudire
ad salutẽ, et omnem Scripturam diuinitus inspiratam esse vtilem ad docendum,
quod nimirum verum ac bonum est, ad confutandum quod falsum est ac malũ,

ad cor

ad corrigendum quod prauum eſt, ad inſtitutionem iuſtitiæ, vt abſolutus ſit ho
A mo Dei, ad omne opus bonum adaptatus & inſtructus.

Porrò ſi diuinæ ſcriptutæ integræ ſunt & ſimplices, vt doceant etiam rudiores ſapientiam, ſi rectæ & planæ ſunt, vt illuminent oculos, ſi erudiunt ad ſalutẽ, ſi ad omnem docendi rationem vtiles ſunt, perficiuntq; hominem Dei, & inſtituunt ad omne opus bonũ, quid præterea requiras, vel lucis, vel certitudinis? Quid ineſſe tali doctrinæ obſcuri, aut ambigui poſsit ſuſpicari? Sed dicunt qui diuinas ſcripturas inſectari malunt, quàm diſcere, euidenti eſſe argumento, diuinos libros eſſe obſcuros & ambiguos, quòd tam variè eos intelligant tam catholici, quàm hæretici. Hæc verò ratio ſi valeat, quem dicemus ſcriptorem, ſiue eccleſiaſticum, ſiue profanum, ſcripſiſſe dilucidè & certò? Nam & docti, & indocti in his omnibus pleraque nõ eodem modo intelligunt. Quis ſcripſit doctius Hippocrate? quis diſertius & copioſius Platone? quis facundius & abſolutius Demoſthene? & quem Latini vocant parentẽ eloquentiæ, Cicerone? quis planius & dilucidius Galeno? Renſponſis & ſententijs iureconſultorum, quas Iuſtinianus in ſuis congeſsit pandectis, quid terſius & explicatius? Tamen non indocti modò, verùmetiam doctiſsimi plurimos in his ſcriptoribus locos non in eandem accipiunt ſententiam. Ea eſt imbecillitas ingenij humani in ſcriptis humanis, & ad humanam naturam artificioſiſsimè attemperatis. Quid mirum igitur, ſi in diuinis ſcriptis, quę planè nouum requirunt hominem, mentem illu-
B ſtratam diuinitus, quæ præterea humanæ rationi & naturæ vitiatæ penitus adverſantur, labantur & hallucinentur, qui carne adhuc et ſanguine grauãtur? Ne igitur quod vitij ineſt nobis à mentis noſtræ imbecillitate, á tepore precandi, à remiſſa noſtri ad placita dei cõſecratione, diuinis ipſis libris, ipſiq; adeò ſpiritui ſancto adſcribamus. Quis enim hîc viuens non ſentit in ſe ſpiritum carnis ſpiritui Chriſti grauiſsimè adhuc repugnare, ac ſæpenumero præualere? Quis audet etiam gloriari, ſe ad lectionem ſanctorum bibliorum ſpiritum ſanctum vnicum eorum certum interpretem, votis inuocaſſe ſatis ardentibus? Quis denique auſit gloriari ſe faciendis Dei præceptis plenè addixiſſe? At niſi tria hæc adſint tibi, animus faciendi quæ legeris omnino cõfirmatus, preces pro ſpiritu interprete ſcripturarum ardentes, & repreſſo ſpiritu carnis, mens Spiritui ſancto auſcultans quàm religioſiſsimè, non ex eorum numero, qui Dei ſapientiam verè diligunt, & manè quærunt, ad fores eius quotidie obſeruantes. Quamobrem, ſi non modò alicubi, ſed multis in locis Scripturæ impingas, id tibi, non Deo attribuito, quo nemo poteſt docere benignius, atq; ideo dilucidius & certius. Ideone dicamus Solem obſcurum, quia intueri eum oculus noctuæ nõ valet, aut nõ certum tenere curſum, quia imperiti eum non percipiunt?

Porrò quanquam nos, nunquam ſacrarum ſcripturarum lectionem aggredimur ſatis retuſo ſpiritu carnis noſtræ, vt ſolius ſpiritus ſãcti dictata exaudiamus
C & ſequamur, nunquam, vt par eſt, doctrinam hanc ſpiritus ſancti ſupplici oratione à Deo petimus, & debili ſemper ſumus voluntate implendi opere, quæ ex Scripturis cognouimus: tamẽ ea eſt indulgẽtiſsimus pater noſter vſus benignitate, docendo nos Scripturis ſuis, vt loco cæleſtis philoſophiæ, præcipuos omnes, tot in locis, & tam clarè atq; perſpicuè, ac certò nobis expoſuerit, vt quę cunque ad ſalutem noſtram nobis ſunt neceſſaria, niſi omnino nolimus, ex Scripturis abundè poſsimus percipere: Idq; multo facilius & vberius, quã reliquas artes poſsint conſequi, quibus non deeſt ingenium, & ſtudium adeſt, methodumq; eorum ſequuntur, qui artes illas tradiderunt. Quot enim exiſtunt Mathematici & aliarum artium periti, qui omnes tamen fatentur ingenuè, pleraq; ſibi nondum eſſe perſpecta in Hippocrate, Galeno, in Pandectis, et alijs libris iuris Ciuilis, in Euclide et alijs ſcriptoribus Mathematum, atq; artium reliquarum? Porrò ſicut cæteras artes nunquam poſſunt perdiſcere, quibus deeſt vel ingenium cuiusq; ſcientiæ principia cognoſcendi, vel ſtudium perueſtigandi, quid

ex principijs illis verè concludas, an falsò: ita etiam ad percipiendam philoso- D
phiam cæleſtem, his duabus rebus opus eſt, ingenio intelligẽdi prima eius prin
cipia, & ſtudio cognoſcendi, quæ ex his certò conſequantur, & quæ ſecus. Inge
nio, inquam, ſed nouo ac cæleſti: nam quantacunque valeant homines ingenij
perſpicacia naturali, ſi non etiam donentur ſpiritu regenerationis, ſicut non pri
ma principia Theologię, ita nihil eius ſolidè poſsint percipere. Animalis homo
id eſt, qui ſpiritu nouo filiorum dei non afflatur, non poteſt percipere, quæ ſunt
ſpiritus Dei, inquit Apoſtolus. Stultitia illi ſunt, nec poteſt cognoſcere: nam ſpi
ritualiter dijudicantur. Hinc Dominus Petro finem legis ſummumq; caput di-
uinarum ſcripturarum confeſſo, ipſum ſcilicet Chriſtum eſſe filium Dei viui, di-
cebat: Beatus es Simon Bar-iona, quia non caro & ſanguis, id eſt naturalis lumi
nis vis reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cælis eſt. Ita à reſurrectione, cum di-
ſcipulis omnibus vellet pleniorem Scripturarum tradere cognitionem, aperuit
eis, vt Lucas ait, mentem. Ita & purpuraria illa Philippis inde ſcribitur attendiſ-
ſe ijs, quæ dicebantur ab Apoſtolo, quòd Dominus illi mẽtem aperuiſſet. Eam
ob rem orat Eccleſia toties Dominum in Pal. 119. vt ſe doceat legem & ceremo
nias ſuas, vt det ſibi intellectum vt cognoſcat præcepta eius. Et Paulus noſter
teſtatur Epheſijs hoc ſe potiſsimum oraſſe, vt Domini noſtri Ieſu Chriſti pater
gloriæ, daret illis ſpiritum ſapientiæ & reuelationis in agnitione eius, & habere E
illuminatos oculos mentis ſuæ, vt ſcire valerẽt, quæ ſit ſpes vocationis eius & c.

Ex his et ſimilibus clariſsimis teſtimonijs Spiritus ſancti euidentiſsimè ſanè
cognoſcitur, homines quantũuis aliàs ingenioſos et ſtudioſos, nihil tamẽ pror-
ſus poſſe in diuinis literis rectè & planè intelligere, niſi illuminati ſint mente, lu-
ce cæleſti, & donati ſpiritu nouo, ſpiritu Dei, ſpiritu veræ ſapientiæ. Quocirca
mirum non eſt, tam multos ingenio et doctrina præſtantiſsimos viros, vt olim
Porphyrium, Galenum, Libanium, ac cæteros, ita & hoc ſeculo, veram Scriptu
rarum intelligentiam non poſſe aſſequi, adeò eſſe aliena ab illis mente, vt eam
plericq; eorum acerrimè quoq; oppugnent. Nituntur enim iſti ratione ſua, ſunt
ſapientes in oculis ſuis, ſunt ex illis ſapientibus & prudentibus, quibus pater
cæleſtis regni ſui myſteria abſcondit, vacant timore Dei, qui initiũ eſt ſapiẽtiæ.
Proinde cum ſanctis omnibus oremus aſsiduè à patre cæleſti, per Dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum, ſpiritum filiorum Dei, ſpiritum perſcrutatorem pro-
fundorum Dei. Cumq; hîc nõ datur niſi ſe, & mundi omnia prorſus abneganti-
bus, atque in omni vita nihil expetentibus prius, quàm ſicut oramus, ſanctifica-
ri vbiq; nomẽ patris noſtri cæleſtis, venire ad nos regnum eius, fieri placita eius
apud nos in terra, tam ſtudioſè, tam cupidè, vt illa fiunt in cælis, & horum tantũ
gratia, dari nobis & bona temporalia, & peccata atq; peccatorũ pœnas remitti, F
liberariq; à ſatanæ tentationibus: deinde ſtudium quoq; adhibẽdum eſt, hac di-
gnum ſcientia, ſcientia inquam ſalutis & vitæ æternæ: legendi ſunt diuini libri
omnes, & relegendi, ac meditandi dies & noctes.. Et quibus tantùm ocij & fa
cultatis à benigniſsimo patre cæleſti contigerit, his linguæ quoque, quibus
vtrunq; diuinæ philoſophiæ inſtrumentum ſcriptum eſt, Hebræa & Græca, per
diſcendæ ſunt. Hæc qui ſtuduerint, his pater cæleſtis noſtri amantiſsimus pate-
facit illico, & reuelat quàm clariſsimè & ſolidiſsimè, in primis neceſſaria ſacrarũ
ſcripturarum dogmata, & prima ſcientiæ ſalutis principia, quæ nimirum ſum-
ma perſpicuitate & admirabili copia in libris ſuis nõ tam tradit, quàm inculcat:
quin propter rudiores ea etiam breuibus & dilucidis propoſuit commentarijs,
Decalogi, orationis Dominicæ, Symboli, quod vocamus, Apoſtolorum, inſti-
tutione Baptiſmatis, Euchariſtiæ, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ. Hos & reliquos
his pares diuinarum ſcripturarum principes locos, qui ritè perdidicerint, atque
tenuerint, hi Scripturam facilè vbiq; intelligẽt, quantum cuiq;, cùm ad ſalutem
ſuam, tum etiam ad obeundam ſuam in Eccleſia functionem erga alios ſatis fue
rit: Siquidẽ ſpiritu Chriſti orato, iuſtum ſtudium adhibuerint. Iuſtæ enim ἀρχὰς

diuinæ

diuinæ ſciẽtiæ,vti et antea diximus,tam apertè et copiosè,atque diſertè paſsim docentur in Scripturis,vt nemo poſsit queri de vlla obſcuritate,aut ambiguita te,niſi planè impius,& qui,quæ Dei ſunt,omnino nolit cognoſcere. Sunt quidem in Prophetis,vti breuiter & poeticè dicta,ita verbis ſanè ambiguis: at qui dogmata illa Dei ſumma probè teneat, & ſcopũ Prophetæ, cũ in vniuerſum,tũ & eo loci,vbi dixit aliqua ἀμφιβολῶς probè cõſideret:linguæ deniq; proprietatẽ diligenter vbiq; obſeruet, quemcunq; ſenſum ex flexiloquis illis vatum Dei dictis exceperit,vel quamlibet multos,ĩ omnes ad pietatem facient inſtaurandã. Notata quoq; multa apud Prophetas ſunt,de locis,animantibus, arboríb. herbis,geſtis hominum,quæ certò,propterea quòd nullæ de his extent hiſtorię,cognoſci non poſſunt. Sed harum rerum ignoratio, ſcientiæ ſalutis, quæ diuinis libris prodita eſt,nihil omnino detrahit. Admonent autem iſti ſcopuli nos noſtræ ingratitudinis,aduerſus incomparabilẽ theſaurum verbi Dei, qua factum eſt,vt innumeri propè præclari libri Prophetarũ,et Salomonis interierint, quo extimulari nos cõuenit,vt eo nos præſtemus optimo et benigniſsimo patri noſtro magis gratos,pro conſeruatis nobis ĩs ſacris libris, qui nobis ſuperſunt, venis doctrinæ ſalutis tam diuitibus & redundantibus,vt exhaurire nos illas nullo noſtro ſtudio poſſemus. Quamobrẽ, vt dixi,nullam omnino ſalutaris ſciẽtiæ facimus iacturam,etiam ſi plurimos tales locos in Prophetis propter inopiam hiſtoriæ,vel naturæ,vel rerum geſtarum ab hominibus,omnino ignoremus.

Ita de locis ſenſus ambigui, cogitandum eſt: & illud Auguſtini,Spiritum ſanctum ſic voluiſſe Scripturam ſuam alicubi modificare,vt non vnum modò, ſed plures ſenſus legentibus & audientibus inferant, eoq; non ſolùm omnes pios, atq; ad ædificandum fidem idoneos:verùmetiam pulchrè congruentes cũ ſcopo & propoſito Prophetarum in illis locis,vbi ἀμφιβολῶς ſunt locuti: tum cum ipſa quoque phraſi & idiomate linguæ ſanctæ.

Præterea viſum etiam eſt Spiritui ſancto, vt idem Auguſtinus ſcripſit, nos apertioribus ſcripturæ ſuæ locis paſcere,difficilioríb. faſtidia detergere: Et certè meritò noſtram ita excitat inertiam Spiritus ſanctus,nosq; noſtræ imbecillitatis in cognoſcendis diuinis admonet. Quicquid igitur à nobis in Scripturis non intelligitur,quod quidem ad ſcientiam ſalutis aliquod momentum conferat,huius cauſam,ne Scripturæ,atq; adeò Spiritui ſancto adſcribamus: ſed nobis ipſis,qui aut noſtræ prudentiæ plus,quàm Spiritui ſancto deferimus, aut interpretem Spiritum ſanctum non ſatis ardenter inuocamus,aut Scripturas accedimus cognoſcendi tantùm,non etiam faciendi voluntate. De ĩs locis, quorum ignoratio doctrinæ Chriſti nihil detrahit, fruſtra ſoliciti ſumus, dum tam longè adhuc abſumus ab eo,vt eos locos planè teneamus, quibus ſapientia vitæ æternæ tota continetur,& quidem luculentiſsimè atque copioſiſsimè.

Sic igitur cùm nobis Scripturam ſuam deus indulgentiſs. compararit,tãtaq; illuſtrarit perſpicuitate, tanta eam demiſerit intelligendi facilitate, ad noſtram humilitatem,tanta etiam ſimplicitate & certitudine eam prodiderit,eius profectò interpretationem germanamq; intelligentiam,ſi qui ex vllis hominũ libris & non omnino ex ipſis diuinis ſcriptis petant,illi homines eos Deo optimo & in docendo quoque benigniſsimo patri noſtro, anteponunt, & ſapientia & fide nos ad ſalutem inſtituendi: eamq; ob rem à vero & ſaluifico Scripturarum ſenſu vt aberrent quàmlongiſsimè neceſſe eſt. Et ô portentoſam peruerſitatẽ, atq; infandũ Domini contemptum: fatentur omnes docti,nullius omnino ſcriptoris mentem poſſe in locis difficilioribus certò cognoſci,niſi ex ipſomet, per collationem ſcilicet obſcuriorum locorum cum ſcopo authoris, ac præcipuis eius præceptis,& cum dictis eadem de re apertioribus,atque cum phraſi eius, eosq; habemus ſolos autorum idoneos interpretes, qui hac ratione ſcriptores ipſos ſuorum librorum exhibent dilucidatores. Nec aliam rationẽ ſancti quoque patres in explicandis Scripturis ſunt ſecuti,tam in concilijs,vniuerſi, quàm

in priuatis ſuis ſcriptis ſinguli. Non enim vt Papæ concilia putarunt ſimpliciter ſibi eſſe decernendum, mandandum, anathematizandum, imò ita ſe homines agnouerunt, vt ſuis ſtandum interpretationibus ipſi ingenuè negauerint, dijudicariq; eas per Scripturas, vt omniũ hominum ſcripta præceperint. Sed ſunt qui clament, ſi cuiq; Scripturarum interpretatio, & interpretationum etiam earum quas ſancti patres prodiderunt, iudicium permittatur, tot fore ſacrarum ſcripturarum interpretationes, quot erunt interpretes. Vnumquenque enim ſibi ſpiritum, & iuſtam Scripturarum excuſsionem ſumpturum: eamq; ob cauſam, vt certa aliqua & ſibi conſentiens habeatur Scripturarũ interpretatio, volunt hi, vt ea ab Eccleſia petatur. Nos verò Eccleſiam veram Chriſti omnẽ, vt ſponſam Chriſti, quæ tota à verbo pendet ſui ſponſi, vt par eſt, veneramur, ac quæ nobis iam inde à primordio tradita ſunt ab illis, & perpetuò aliarum comprobata ſunt cõſenſu, vt eſt Canon diuinorum librorum, vt ſunt Symbola, Apoſtolicum, quod vocatur, atq; Nicenum, & quæ poſtea his conſentanea de duabus in Chriſto naturis, diuina & humana, & una hypoſtaſi conſtituta ſunt. his quia primaria ſunt diuinarum ſcripturarum dogmata, & vt primis ſcientiæ Scripturarum axiomatis, ijs tãquam regulis in omni Scripturarum interpretatione religiosè vtimur. At vbi extant in omnes diuinos libros interpretationes, ab vlla vnquam proditæ Eccleſia, nedum ab vniuerſis? vel ad quam nos adhuc Eccleſiam ire iubebũt vt has petamus? Vniuerſam enim quis queat conuenire? Nos nouimus, & ex ipſius Chriſti verbo, veram eius eſſe Eccleſiam, vbicunque duo modò, aut tres in nomine eius conuenerint, ipſumq; eſſe in eorum medio, atque ideo accepturos illos quicquid à patre cæleſti conſentienter petierint. Nouimus ex Apoſtolo Spiritum ſanctum dona ſua, vt cætera, ita & interpretandi Scripturas diſtribuere fidelibus ſuis in omnibus Eccleſijs, idq; non pro inanibus titulis & excelſis locis, ſed provt ſanè ipſe vult, & Eccleſijs nouit conducturum. Ac proinde quidem libenter fatemur, nonniſi In Eccleſijs Chriſti veris, veram Scripturarũ intelligentiam atque interpretationem haberi, ita vt his ſolis Spiritus ſanctus promiſſus eſt, & moderatur. Verùm huiuſmodi ſingularum Eccleſiarum autoritati in interpretandis ſcripturis diuinis, quantum deferent ij, qui nobis Scripturas ſic faciunt obſcuras ac dubias, vt niſi interprete Eccleſia intelligi rectè à nobis non poſsint? Etiam ſi coirent quotquot in orbe Eccleſiæ ſunt, aut vnquã fuerunt (ne ſit de conciliorum autoritate ſeorſim dicendum) tamen ex hominibus illæ omnes conſtarent carnis ſpiritui obnoxijs adhuc, quibuſq; indeſinenter eſt orandum: Remitte nobis debita & errata noſtra, & ne inducas nos in tẽtationem, ſed libera à malo. Labi & errare itaq; poſſunt, vt ſingulæ, ita etiam vniuerſæ, tametſi eis, provt Eccleſiæ Chriſti ſunt, hoc eſt, cætus verè Chriſto credẽtium, portæ inferorũ nunq; ſint præualituræ, nec relicturus ſit eas Dominus orphanas, ſed ipſe adeſſe eis dignetur quotidie, vſque ad conſumationem ſeculi, mittereq; eis alium paracletum, qui maneat apud eas perpetuò, atque in omnẽ eas inducat veritatem.

Porrò, cùm nihilominus permultum adeò valeat in omnibus hominibus, qui in præſenti adhuc degunt ſeculo, vetus homo, qui ſua innata prauitate & erraticis ac pernicioſis cupiditatibus, perpetuo eſt nouo homini, ad res cæleſtes, & intelligendas & ſequendas, impedimento, à nullis omnino hominibus, quanq; honeſtis & pijs, & ſiue ſingulis, ſiue vniuerſis, & Eccleſias Chriſti veras conſtituentibus, percipi poteſt certa Scripturarum interpretatio. Iactabimur igitur, inquiunt, in incertum, provt nos quorumlibet Scripturarum interpretum ſpiritus exagitauerit, nec quicquam erit in noſtra religione certi? Abſit. Attamen certa & indubitata diuinarum Scripturarũ interpretatio percipi ab hominibus non poterit, qui, dum hîc degunt, falli poſſunt & fallere: & propterea fallax omnis homo à Spiritu ſancto vocat in vniuerſum, Pſal. 116. Doceri oportet omnes quòd diuinus & ſolus paracletus ſpiritus veritatis in omnem inducit veritatẽ, non ſo-

A non ſolùm Eccleſias ſingulas, verùmetiam ſingulos Chriſtianos. Hunc verò nõ minus hæretici, quàm orthodoxi ſibi vendicant, ſi non amplius. Nouit autem Dominus ſuos, & hi illum, eiuſq; hi vocem norunt, & alienorum fugiunt: his enim Dominus, ſe, & patrem reuelat. Agnoſcunt igitur ſe in Domino inuicem, ex certa doctrina verbi & ſpiritus Domini: at dicit quiſq; pro ſe, Scio cui credidi. Obſignatur enim veritas Chriſti in vniuſcuiuſque corde. Ab hac qui diſſentiunt, ij ſi nequeunt ad agnitionem veritatis per verbum Dei adduci, ſinunt valere. Et ne mala colloquia bonos mores deprauent, purumq; fermenti maſſam totam inflet, talium ſtudent etiam euitare conſortia, dum nulla iungi eis officij cogit neceſsitas. Itaque certa & indubitata exiſtit diuinarum ſcripturarum interpretatio, ſed in veris Chriſti Eccleſijs, & apud eos qui verè viuunt in Chriſto & aguntur eius ſpiritu: ſed exiſtit in neceſſarijs ad ſalutem dogmatis. In cæteris enim, quorum notitia certa & indubia ad ſalutem non requiritur neceſſariò, exercent & erudiunt ſe inuicẽ fideles, probabilibus & religioſis coniecturis, quę à primis & neceſſarijs religionis noſtræ dogmatis, non ſint diſſentaneæ: Deinde ex verbo Domini, non ex carnis ratione, probabiles: atque hoc faciunt ex ſincera charitate, procul omni contentione, vt minimè grauatim, aut cedat alter alteri, aut certè ſuæ ſententiæ quiſq; alterum relinquat.

Ad hunc modum doctrinæ Chriſtianæ conſeruatur immota conſenſio atq;
B certitudo, ne quibuſuis alienæ doctrinæ ventis homines impellantur & circumagantur, ij, inquam, qui filij ſunt Dei, & Chriſti agũtur ſpiritu. Charitatis etenim Chriſtianæ proprium eſt, vt quiſque alterũ ſe præſtantiorem habeat, & fidei libertatem circumſcribere vult nemo.

Porrò, quoniam horum eſt ſemper grex perpuſillus, audire coguntur, qui in eo verſantur, ab Antichriſti magna & in mũdo potenti colluuie, Errones, hæretici, ſeditioſi, & nihil nõ, quod modò ſit vehementer execrabile & capitale. Hoc autem, cùm & Domino ipſi & Apoſtolis, cunctiſq; iam inde ab initio mundi Eccleſijs & ſanctis ſocietatibus, vſuuenerit, ſitq; hæc ſors filiorum Dei in hoc ſeculo malo: ferant igitur viri Chriſtiani & Eccleſiæ Ieſu Chriſti has calumnias & contumelias, propter Dominũ & regnum celeſtæ: cauſam ſuã cõmittant Domino, iuſto iudici: imò glorientur ſe beatos, cùm homines omne malum aduerſus eos dixerint, propter Chriſtum, ſed mentientes. His rationibus certitudinẽ & firmitatem doctrinæ Chriſti, ſibi parauerunt, et retinuerunt, et cuncta falſa docentium ſophiſmata exploſerunt Apoſtoli ipſi, & Eccleſiæ Apoſtolicæ, ac quæcunque has ſunt ſecutæ: nec ea alijs rationibus poteſt obtineri & conſeruari. Eaſdem igitur et nos ſequamur, vt omnem certam Scripturarum interpretationem, cunctamq; doctrinæ Chriſti iuſtam intelligentiam ab ipſo Dei ſpiritu
C & verbo petamus. Vt verò ſpiritus Domini nullum Chriſti membrũ relinquit ocioſum, ſed cuique dona ſua, ad Eccleſiæ ædificationem liberaliter diſtribuit, ſemperq; largitur vni, quod impartiat alteri, ſicut cætera nulla, ita nec doctrinæ atque interpretationis donum, vllo in homine contemnamus, ſpiritum nullius extinguamus, nullam Prophetiam aſpernemur. Probemus autem per verbum Domini omnia, vt quæ verè Dei ſunt, retineamus. Proinde, vt et antea vobis recepi, ſi quid nobis extat piæ doctrinæ atq; enarrationum in Scripturas, ſiue in Eccleſijs Apoſtolicis, per manus, vti dicitur, traditum ſit: ſiue à Concilijs, ſiue à ſanctis Patribus explicatum, reuerenter adducemus et cognoſcemus: verùmetiam per verbum Dei dijudicabimus, cui ſoli in his nitendum eſt. Quamobrẽ et quæ nos attulerimus, ſiue inter prælegendum, ſiue aliàs, excutere apud vos, optimi auditores, debetis, & ad verbum Dei exigere & dijudicare quàmaccuratiſsimè: vt quiſq; ſua fide, & certa fide, inquam, in Deum, non in hominem, viuat: poſsitq; vnuſquiſq; cum Apoſtolo dicere: Scio cui credidi. Quãto itaque Deus nobis maior eſt omni homine, idq; non potentia ſolùm atq; ſapientia, verùmetiam benignitate nos docendi & erudiendi Scripturis ſuis ad vitam æter-

nam, tanto, id est, infinito eius scripta omnibus omnium hominum scriptis an- D
teponamus, eaq; in primis & continenter, sed inuocato Spiritu sancto legamus & relegamus religione summa, atque ex his solis fidem nobis & cognitionem primorum dogmatum, & locorum communium religionis nostræ catechismũ confirmemus. Ac quibus singulos libros cognoscere exactius in officio est, hi cuiusq; libri, & locos eius communes diligenter obseruent, & ad eos identidẽ in considerandis cæteris locis respiciant: phrasim quoque cuiusque scriptoris, & linguæ sanctæ proprietatem, quæ propterea studiosè discenda est, probè animaduertant. Et tamen quòd hoc pacto didicisse videbuntur, iterum ac iterum adiunctis precibus, cum primarijs religionis nostræ dogmatis, scopo sacrarum scripturarum et linguæ sanctæ idiomatis quàm studiosissimè conferant, donec Spiritus sanctus, qui solus inducit in omnem veritatem, suum in animo eius sensum, suamq; doctrinam obsignet, & certam reddat. Hanc equidem vnicã agnosco rationem diuinas scripturas & discendi, & docendi salutarem: Ex quo perspicitis facilè, optimi auditores, in officio esse meo, vt in Epistola proposita, explicare omnia studeam ex ipso Apostoli verbo, quę cùm in hac, tum in alijs suis epistolis nobis prodidit: tum si quid elucidatũ probè sit ab alijs, illos quidẽ laude sua & mentione honorifica non fraudare, tamen simul ea Dei verbo, quo illorum nititur enarratio, cum primis commemorare, siue ea interpretatio conclusa sit necessariò, siue tantùm probabiliter. Nam & probabila in Theologia, E
dum non possunt necessariò, debent tamẽ probabiliter, ad primum Theologię principium referri, quod est: Deus dixit.

Hanc itaque ipsam ego rationem in explicanda epistola susceptа, bona fide quoad eius Dominus dederit, sequar, & obseruabo: idq; eo spero minore offensione, quòd ea consentanea sit decreto Reuerendissimorum & Clarissimorum virorum, qui Regiam hîc inspectionem præfecerunt. Nemo igitur, cum audierit me, interpretationes omnes, & argumenta resoluere in Scripturas, & veterũ scripta citare, habereq; suo loco, ac ad diuina illa exigere atq; dijudicare, id vlli tribuat sanctorum patrum contemptui, à quo sum profectò alienissimus, sed religioni in verbum Dei, quæ huc me sola impellit. Memores quoque simus, sanctos patres, vt diximus, hoc ipsum, vt de scriptis suis fieret, præcepisse. Habetis itaque optimi auditores, quam rationem existimem mihi esse sequendam in explanando propositam Epistolam, & quibus de causis, quod quidem attinet ad authoritatem, cui interpretando innitendum sit. Est autem & aliud in officio interpretãtis diuinas scripturas, quod vtinam passim præstare tam feliciter, quàm id est ad salutem nostram omnium summè necessarium, commonere, scilicet, auditores, vt singulis Scripturæ dictis, & in fide Christi magis confirmentur, atq; inde studio innouandæ vitæ, amplius inflammentur. Cùm enim diuina scriptura non tantùm in hoc (quanquam præcipuè in hoc) sit data, vt ex ea infinitam illam Dei in nos charitatem & benignitatem in filio eius exhibitã, cognoscamus & fide apprehendamus: (nam in quorum animis hæc verè obtinent, apud eos cætera omnia Christianismi consequentur) verùmetiam vt ad Dei imaginem, innouatione vitæ, iuxta Dei verbum quotidie reformemur, simusq; sancti & irreprehensibiles in conspectu eius, in dilectione. Proinde haudquaquam nobis satis esse debet intellexisse, quid in scriptis suis docet Spiritus sanctus, ita vt possimus præclarè de eo disserere, & alios docere, sed enitendũ simul est, vt singula Dei verba nos admoneant nostræ imbecillitatis & peccatorũ, commoueantq; ad verã omnis nostræ prauitatis, tum innatæ, tùm obsequio malarum cupiditatum accersitæ, pœnitẽtiam, & excitent, vt obliti omnium, quæ â tergo sunt, quæ iam assecuti nobis in vita dei videmur, eluctemur ad ea, quæ ante nos sunt, vtq; crescamus continẽter in eum, qui caput est, Christum Dominum. Ignorat certè Dominus, qui sermones suos tantũ audiunt, & prædicant, nec simul eos faciũt. Et quàm horrendè diuinam maiestatem imminuunt, qui cùm Deo de creatore

redem-

A & redemptore nostro nobis loquente, & ad salutem vocante, mentem suã eius dictis non aduertunt, nec intelligunt, quid Dominus in eis reprehendat: aut si hoc intelligunt, nullo propterea dolore percelluntur, nullaue cura id emendandi incitantur. At quàm multi hodie sunt, qui diuinas scripturas legunt haud indiligenter, docent etiam accuratè, defendunt, atque propugnant strenuè, qui tamen in manifestis nihilominus perseuerant præceptorum Dei transgressionibus? Quo enim in loco nos diuinæ scripturæ non exhortantur ad summum religionis Christi communionis studium & cultum? interim autem, quàm sunt rari apud nos sacri conuentus, vt tepidæ sunt preces priuatæ & publicæ, quàm paucos quoque inuenit Christus conuiuas ad mensam suam, vnde tamen nos pascit seipso ad vitam æternam. vt iacet denique passim Ecclesiæ disciplina? Ita vbi non vocant, & excitant nos diuinæ literæ ad veram proximorum, & quorumlibet dilectionem, eaq; testantur totã perfici legem, & sine hac nos non solùm in Christo planè nihil, verùmetiam homicidas esse? Nec ignoramus huius dilectionis esse, nemini quicquam mali, sed omnibus quæq; optima optare, loqui, facere pro viribus. At quotum quenque ostendes, ex ijs etiam, qui Scripturas docent alios, qui non persæpe de proximis suis loquatur iniquè, & odiosè, & necessaria dilectionis officia prætereat, idq; securo animo, vt nulla de his moueatur pœnitentia? Studium pecuniæ & pleonexias docent Scripturæ esse cultum idolorum, & domino seruire nõ posse, qui seruit Mammonæ, at quàmulti horum,, qui cum professione Euangelij Mammona tamen colunt præ Christo: Quanti sacrilegij damnatur, & in Scripturis, & in Canonibus Ecclesiæ, scripturis sacris consentientibus, ab Ecclesijs percipere emolumenta, nec digna illis inuicem præstare ministeria? Quàmultos autem, proh dolor, videas, & in professione Euangelij, qui non vnius tantùm parochiæ recipiunt prouentus, munus autem pastorale non exhibent, ne vni quidem?

Legimus vbique Scripturarum, Christianorũ, pro quibus mortuus est Chri
stus; proprium esse, non sibi, sed tantùm Christo viuere: non conformari huic se
culo, crucifigere carnem suam cum vitiosis cupiditatibus, & animi morbis, modumq; in cibo, potu, corporis cultu, cunctisq; rebus vitæ præsentis, inde petere, vt consideremus quid deceat, in his, professos pietatem, id est vitam crucifixi: & quos oporteat esse crucifixos mundo, & mundum ipsis. Interim autem quantum videas discrimen in omni mollitie & pompa vitæ, in luxu cibi, potus, & vestium, inter eos qui se mundi esse palàm profitentur, & eos qui volunt haberi Euangelici? Quid? Opera demonstrant, quàmpauci sint, qui cunctas suas actiones exigere studeant ad verbum Domini.

C Quid verò possumus dicere hos, qui adeò nullam vitæ nouitatem in Christo exhibent, aut certè hærent securis animis in tot præceptorum Dei transgressionibus, cùm versent tamen non indiligenter diuinos libros, quærere sibi Scripturarum lectionibus & studio, nisi, vt, aut ventri inde prospiciant, aut sint aliquo loco inter homines, propterea quod possint de rebus diuinis præclarè disserere, & Papæ iugum strenuè confringere? Horum enim permulti sunt, qui cũ Romani Antichristi tyrannidem comminutam summoperè cupiant, iugo tamen Christi se nolunt subdere, pro sua libidine, & non ad Dei arbitrium vitam suam degere volunt. Hinc verò pessimè audit sacrosanctum Christi Euangelium, & blasphematur horribiliter apud omnes ferè gentes adorandũ Dei nomen. Itaq; exhorreamus hanc deo facere contumeliam, vt diuinas scripturas legentes, vel legi audientes atq; tractari, quibus ille clara voce ad veram peccatorũ pœnitentiam, & vitæ perpetuam & efficacem innouationem excitat, & vrget, nos hanc negligenter tractemus, satisq; ducamus, si Scripturarum aliquam obtineamus cognitionem, & de illis argutè disserere possimus. Sed religiosè semper obseruemus, vbi Dei verbum vitam nostram reprehendat, cogitemus in hoc vnum loqui nobis Deum in Scripturis suis, hocq; solùm velle apud nos per illas effi-

cere,vt agnitis peccatis et perditione noſtra,ad eius miſericordiam in filio obla D
tam confugiamus,et ſicut peccatorum,ita etiam vitæ noſtræ totius ad imaginẽ
eius conformationem, et innouationẽ ab ipſo petamus et conſequamur. Quã-
tum igitur huius à Domino accepero,ſuis ſemper locis,vos optimi auditores
admonebo,quæ ſpiritus ſanctus in vobis peccata condemnet, & ad quæ vo-
cet pietatis officia: Quod cum ſit non minus in officio diuinas ſcripturas rectè
tractantis,quàm ſalutare nobis omnibus,id confido,boni facietis.

Expoſui iam qua fide verſari in explananda ſuſcepta Epiſtola ſtudeã: quãq;
rationem ſequendam mihi iudicem,adieci ex verbo Domini cauſas: Det iam
Dominus,vt repleti ſpiritu ſancto epiſtolã ipſã legatis ſumma religione, eosq;
doctrinæ Chriſtianæ principes locos,qui tam præclarè in ea docentur,diligen
ter cognoſcatis & perdiſcatis,certamq; ſingulorum etiam verborum & ſentẽ-
tiarum cognitionem,mecum primùm ex ipſa epiſtola,deinde ex alijs Apoſto-
li dictis & ſcriptis,poſtremò ex reliquis diuinis libris petatis: Atq; interpoſitis
pijs precibus,quem perceperitis ſenſum dijudicetis, collatione diligenter fa-
cta,ad prima religionis noſtræ dogmata,ad ſacrorum ſcriptorum ſcopum, &
ad linguæ ſanctæ phraſim ac idioma. Atque adhæc,quæ Dominus obtulerit
adminicula,ſiue ex ſanctorum patrum,ſiue ex recentium ſcriptorum libris,aut
etiam ab ijs fidelibus,quibus plura Dominus dona impertijt, reuerenter exci-
pite,& religioſè vſurpate,vt probè & inquiratis, & conſideretis quæ aſſerant, B
an Dei verbo,vel illorũ tantùm opinione innitantur: Deo enim, non homini-
bus credendum eſt. Orate mecum Dominum, vt det nobis hæc, & omnem
Scripturarum translationem,lectionem & auditionem,non ad cognoſcẽdum
tantùm,verùmetiam ad viuendum Chriſtum Dominum nos perdiſcamus,atq;
efficacia ſentiamus. Ego quoq; meum qualecunque officium in his,
fide maiore, quàm fortaſsis dexteritate,iuuante
Domino,præſtabo.

Epiſtola

EPISTOLA D. PAVLI AD EPHESIOS CAPVT I.

PAVLVS Apoſtolus Ieſu Chriſti per uoluntatem Dei, ſanctis qui agunt Epheſi, & fidelibus in Chriſto Ieſu. Gratia uobis, & pax à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.
Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus, Chriſto: Quemadmodum elegit nos in ipſo, antequam iacerentur fundamenta mundi, ut eſſemus ſancti & irreprehenſibiles coram illo per charitatem, qui prædeſtinauit nos, ut adoptaret in filios per Ieſum Chriſtum in ſeſe, iuxta beneplacitum uoluntatis ſuæ: ut laudetur gloria gratiæ ſuæ, qua charos reddidit nos per dilectum, per quem habemus redemptionem per ſanguinem ipſius, remiſsionem peccatorum, iuxta diuitias gratiæ, de qua ubertim nobis impartiuit in omni ſapientia & prudentia, patefacto nobis arcano uoluntatis ſuæ, iuxta beneplacitū ſuū,
B quod propoſuerat in ſeipſo, uſque ad diſpenſationē plenitudinis temporum, ut ſummatim inſtauraret omnia per Chriſtum, & quæ in cælis ſunt, & quæ in terra, per eundem, per quem & in ſortem aſciti ſumus, prædeſtinati ſecundum propoſitum ipſius, cuius ui fiunt uniuerſa, iuxta decretum uoluntatis ipſius: ut ſimus nos in laudem gloriæ illius, qui priores ſperauimus in Chriſto, in quo ſperamus & nos, audito uerbo ueritatis, Euangelio ſalutis ueſtræ: in quo etiam poſteaquā credidiſtis, obſignati eſtis ſpiritu promiſsionis ſancto, qui eſt arrabo hæreditatis noſtræ, in redemptionem acquiſitæ poſſeſsionis, in laudē gloriæ ipſius. Quapropter & ego cùm audiſſem eam quæ in uobis eſt fidem, in domino Ieſu, & charitatem in omnes ſanctos, non deſino gratias agere pro uobis, mentionem ueſtri faciens in precibus meis: ut Deus domini noſtri Ieſu Chriſti, pater gloriæ det uobis ſpiritum ſapientiæ & reuelationis, per agnitionem ſui, illuminatos oculos mentis ueſtræ: ut ſciatis quæ ſit ſpes, ad quam ille uocauit, & quàm opulenta gloria hæreditatis illius in ſanctis, & quæ ſit excellens magnitudo
C potentiæ illius in nos, qui credimus ſecundum efficaciam roboris fortitudinis eius, quam exercuit in Chriſto, cùm ſuſcitaret eum ex mortuis, & ſedere fecit ad dextram ſuam in cæleſtibus, ſuper omnem principatum ac poteſtatem, & uirtutem, & dominium, & omne nomen quod nominatur non ſolùm in ſeculo hoc, uerùmetiam in futuro: & omnia ſubiecit ſub pedes illius, & eum dedit caput ſuper omnia ipſi Eccleſiæ, quæ eſt corpus illius, complementum eius, qui omnia in omnibus adimplet.

D. MARTINI BVCERI ENARRA- D
TIO IN EPISTOLAM AD EPHESIOS
CAPVT PRIMVM



AVLI epiſtola ad Epheſios.) Multa ſolent à pleriſq; de ratione nominis Pauli adferri, quæ, tum quia incerta ſunt, tum etiam quòd non multum conferant ad pietatem, recenſere ſtudio prætermitto. Id tamen certum eſt ex 13. Actorum, eum binomium fuiſſe. Sic enim ſcribitur: Saulus verò, qui et Paulus plenus Spiritu ſancto &c. Et quantum coniectura aſſequi poſſum, in circunciſione nomen accepit Saul, Hebrææ genti, & fortaſſe magis adhuc tribui Biniamin familiare: Romanis autem, quorum conciuis natus erat, cùm Sauli nomen inſuetum fuerit, Pauli autem frequens, propter vtriuſque inter ſeſe affinitatem, Paulus eſt vocatus. Quæ etiam cauſa eſt, cur in ſuo Apoſtolatu in gentibus, atque in ſuis ad eas epiſtolis, hoc nomine præ illo vtatur: nempe quòd hoc apud eas vſitatiſsimũ, illud verò in nullo vſu eſſet: Adeo nihil prætermittit ſanctus Apoſtolus, quod aliquo modo ad pietatem promouendam in Gentibus faciat, vt ab omnibus quamlongiſsimè diſcedit, quæ illas à progreſſu in religione remorari potuiſſent, cuiuſmodi fuit Iudaicum nomen Saul apud Gentes, quæ eam nationem propter ſingularem religionem, & peculiarem rationem viuendi, magno proſequebatur odio. Et quamuis in ſanctis Epheſijs odium illud iam ſublatum erat, tamen illis quoque, vt reliquis omnibus, propria multò quàm aliena gratiora erant. E

Complectitur autem hæc epiſtola tria genera, nempe, admonitorium, doctrinale & exhortatorium. Atq; ſcribere ad amicos ea quæ ſunt ſalutis, eſt verè amantis. Charitas ergo Pauli hîc nobis commendatur, qui ardet cura Eccleſiæ Chriſti: quæ charitas excutere nobis debet noſtram ignauiam, neglectum fratrum & Eccleſiarum teporem, imò ſimulationem charitatis. Præmittit ſalutationẽ in hac, vt in reliquis, quas ad Eccleſias Gẽtium, vel ad fratres ſcribit. Eſtq; ſalutatio boni alicuius precatio. Videndum igitur eſt, ne tale officium ex ficto corde exhibeamus: ſed omni modo curandum, vt quæ optamus ex vera charitate, eiſdem vt fruantur, omni diligentia efficiamus, quemadmodũ hîc facit Apoſtolus, cum illis non tantùm vera bona ex animo optat, ſed etiam omni diligentia illam eos doctrinam docet, quam ſi amplectantur, & conſtanter retineãt ſimul habebũt, & retinebunt bona illa, quæ eis optauit. Iam videamus ἐπιγραφην F
ſiue titulum Epiſtolæ.

Paulus ex voluntate Dei legatus Ieſu Chriſti &c.) Præponit nomen ſuum, vt ſciatur qui ſcribit ex ipſo primo veſtigio. Muneriſq; ſui meminit, nõ ad iactationem ſui, ſed totius Epiſtolæ ſcopus eſt incrementum cognitionis veri Dei: ideo omnia illuc temperat. Quare etiam authoritatem ſuam, & dignitatem interſerit, quia ad perſuadendum etiam valet. Ideo non ſolùm dicit: Paulus, ſanctis qui ſunt Epheſi.) ſed addit, Legatus) ſiue Apoſtolus (ex voluntate Dei &c.) Porrò Apoſtolus eſt, qui adeò ad prædicationem Euangelij, & ad ædificationẽ Eccleſiarum cum plenitudine omnis ſpiritualis adminiſtrationis miſſus eſt: de quo infra capite 4. vbi gradus miniſterij explicãtur. Addit: Ieſu Chriſti.) Quia is eſt qui datus fuit Eccleſiæ gubernator, ſeruator, & defenſor, ſacerdos, placãs patrem hoſtia corporis ſui, Propheta, docens voluntatem patris. Quod verò ſubiungit: Ex voluntate Dei.) Amplificatio eſt Apoſtolicæ dignitatis. Ac ſi diceretur, Deus, Paulum hanc Epiſtolam ſcribere iuſsit. Quare videamus quid nos hîc diuina maieſtas doceat, quæ æternam tantùm ſalutem docere poteſt.

Hactenus titulus fuit eius qui ſcribit, ſequitur iam titulus eorum ad quos ſcribit.

Sanctis

A Sanctis qui ſunt Epheſi, fidem habentibus Chriſto Ieſu &c.) Sancti eſſe tantùm poſſunt, qui veram fidem in Chriſto habent: quia amplectuntur Dei bonitatem, & Chriſti iuſtitiam, eamq; gratis animis pro viribus imitantur, non qui inanis credulitatis fiducia ſuperbiunt. Nam ſimulatio, & (vt ita loquar) temporalitas non cadit in opus Spiritus ſancti, vt eſt fides. Atque Eccleſia Chriſti eſt cætus verè, verè inquã, credentium, ſed qui (quandiu hîc ſunt) habent hypocritas admiſtos. Dicit: Fidem habentibus Chriſto Ieſu.) Quia ſine eo nihil poſſumus facere, atque in eo oportet nos manere, & ipſum in nobis, vt moueat, ac regat nos, & omnia inſtituta noſtra, vt quid ſit ſanctum intelligamus, & ſequamur Proinde magis ac magis nobis inuocandus eſt Deus, vt magis magisq; nos filio ſuo incorporet. Sequitur. Qui agſit Epheſi.) Epheſus Aliæ eſt Metropolis, de cuius amplitudine & opuleutia autores etiam prophani commemorant. Sed potius nobis eſt de fide & religione ipſius cogitandum, quòd verbo Domini traditur in Actis 19. & alibi. In magnis vrbibus ſolent maxima vigere ſcelera: ſed vbi peccatum abundauit, ſæpe etiam abundat gratia. Ad Corinthios quoq; in prima, capite 15. Meminit Paulus huius vrbis, quòd illic cum beſtijs depugnauerit. Hæc autem ſunt hoc loco obſeruanda. Primùm quòd ex perditis Gẽtibus, quales erant Epheſij (quod vel ex illa pluſquam ferina crudelitate, qua ſu-
B ſtinebant, vt homines etiam innoxij, cum beſtijs committerentur ad certamen, vt illis præberetur ſpectaculum, clarè videri poteſt) ſemper vult Deus aliquos ad ſalutem eligere. Secundum quod hîc eſt obſeruandum, eſt, quòd Epheſini veritate cognita incubuerunt ſuæ vocationi, quos & nos imitari debemus. Sequitur iam ſalutatio.

Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.) Quis dubitat Spiritum ſanctũ artificioſiſsimum eſſe ſalutatorem, qui ordinem bonorũ optimè & perfectiſsimè tenet? Gratiam, id eſt, fauorem Dei, ac pacẽ illis in primis optat. Porrò שלום quod Latinè ſonat Pacem, omnem proſperitatem ſignificat. Qui enim eſt בשלום, id eſt, in pace, omni beatitudine eſt cumulatus, tũ in tẽporalibus, tum in ſpiritualibus: compos, inquam, eſt omnium votorum temporalium, & ſpiritualium. Præmiſit autem gratiam paci, quia fauorem Dei ſequitur perfecta beatitudo. Nam ſi Deus nos ſua gratia fuerit amplexus, ſuoq; fuerit fauore proſecutus, nihil eſt boni, quod nobis ſimul non largiatur. Addit:

Et Domino Ieſu Chriſto.) Mediatorem per quem omnia nobis bona cõtingunt, etiamſi ſit idem Deus, tamen, quia vt nos Deo reconciliaret, noſtram carnem induit, libenter ſeorſim commemorat.

C

INITIVM EPISTOLAE

BEnedictus Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti &c.) Primus locus Theologiæ, quẽ Paulus hac epiſtola tractat, eſt de Electione noſtri ad hæreditatem æternam. Reuocat enim hac Epiſtola Epheſijs in memoriam beneficia, quæ Deus illis contulerat: Ergo ab omnium primo, & maximo incipit, nimirum ab Electione & complexu æterno, quo ipſos & omnes ſuos, ante omne tempus, ad vitam & ſalutem æternam complexus eſt. Huius cauſam efficientẽ dicit eſſe meram gratiam Dei, & meritum Chriſti. Gratię enim vocabulum, gratuitum Dei fauorem & beneuolentiam hoc loco ſignificat: quanquam & gratuita Dei dona, per figuram etiam gratia dicantur in Scripturis. Cauſæ finales ſunt, vitæ ſanctificatio, & gloria Dei. Nõ enim eſt vitæ noſtræ ſanctificatio præcipuus finis electionis noſtræ, ſed ipſa gloria Dei, propter quam, & ad quam omnium fuit conditio, & noſtri eſt regeneratio.

Do electione

Cauſa efficiens electionis.

Cauſæ finales electionis ſecũdæ

De uocatione & fide.

Scopus huius Epistolæ.

Secundus locus, qui in hac Epistola tractatur, est de Vocatione & fide: Atq; D
semper est scopus habendus præ oculis. Est autem in hac Epistola scopus, incre
mentum pietatis, non solùm in cognitione, sed etiam in praxi, tam in ipsis Ephe
sijs, quàm in nobis, idq; in æternum, quo fides magis confirmata, latius se ad om
nia opera bona explicet.

Propterea appositè valde incipit Apostolus à laude Dei, & electione immu
tabili, quæ cognita, & fidem optimè confirmat, & studium innocentiæ non se-
gniter excitat. Porrò gratiarum actio, quę hîc habetur, & Pauli amorẽ testatur
perfectum, & gratitudinem parem in Ephesijs excitat. Dicit ergo:

Benedictus Deus &c.) Quibus verbis summatim comprehendit Dei bene
ficia, & ea Ephesijs, & nobis in memoriam reuocat. Verbum Hebraicum ברך
id est, Benedixit, interdum significat beneficium conferre, & aliquando est lau-
dare. Cùm de Deo dicitur, tum significat beneficijs vbertim afficere: cùm verò
tribuitur nobis, tum significat laudare, & gratias agere. Et certè Deus est omni
laude, & gratiarum actione dignus.

Qui benedixit nos omni spirituali benedictione &c. Chrysostomus vult has
nostras benedictiones, quasi ex diametro opponi benedictionibus veteris
populi, quòd illis tantùm temporalia, nobis autem spiritualia promittat & ex-
hibeat. Cæterùm & promisit, & exhibuit illi quoque populo etiam spiritualia,
vt passim testatur liber Deuteronomij, vbi dicit, se populum illum elegisse, vt
eum participem faceret omnium bonorum, atque etiam vitæ æternæ. Et cùm E
de temporalibus agit, subiungit, vt inuocent nomen suum. Et nos quoq; haud
secus ac illi, temporalibus bonis egemus, & ea petimus, ac obtinemus. Propte-
rea dicimus: Panem nostrũ quotidianũ da nobis hodie. Sed de hoc infra cap. 2.
Quicunque fide donatur, is à Deo benedicitur spirituali benedictione, id est,
iustificatur, fide, spe, & charitate donatur, & augetur: fit Christi & regni cæle-
stis particeps.

In Cælestibus.) Variè accipitur hæc vox. Significat nanque aliquãdo ipsas
sedes malorum spirituum, vt Paulus alibi dicit, versutias malas in cælestibus ver
sari. Sed hîc accipitur, vt significet illa bona, quæ Electis obueniunt, & à Chri-
sto illis donantur, quorum iam conuersatio in cęlis est. Est enim in cordibus no
stris Christus, & nos non deseret vsque ad consummationem seculi. Venit ad
eum qui diligit patrem, & apud eum manet. Sancti igitur licet peccent quoti-
die, tamen secundum potiorem partem sui sunt cælestes. Fides nostra & sancti
ficatio sunt cælestes, & à Christo, qui in cælis est, conferũtur, ac nos cum eo fide
conuersamur, & studio ac desiderio. Addidit: Christo.) Quia per eius iustitiã,
& meritum omnia omnibus pijs bona contingunt.

Propositio hæc est. Debetis ei esse grati, qui vobis gratuitò donauit omnia.
Electionem, adoptionem, vocationem, fidem &c. Quę apud Deum sunt firma
Studeamus tamen nos, vt etiam quantũ ad nos magis ac magis sint firma, quan F
quam Electi seruentur omnes, nec penitus excidãt. Sed danda etiam opera est
ne vel ad momentum excidamus per nostra peccata. Qui seriò cogitat se ele-
ctum esse à Deo antequàm esset, incredibili accenditur desiderio, & studio reti-
nendi beneficia Dei, & agnoscendi benefactorem omni vita sua.

De Electione loquendum.

Sunt nonnulli qui de Electione Dei apud populum non esse loquendum iu
dicent. Sed cùm beneficia Dei apud homines sint amplificãda, certè hoc quod
maximum est, non est prætermittendum, sed Pauli exemplo commemoran-
dum est, & confirmanda in hominibus fides de electione, & in filijs Dei nequa-
quam metuendum, ne vitæ & religionis omnis dissolutionem, eius comme-
moratio inducat.

Nominis electionis acceptio.

Ioan. 6

Nomen Electionis bifariam accipitur. Aliquando pro externa ad aliquod
munus electione: vt, Nõne duodecim vos elegi, & vnus est ex vobis diabolus?
Iudas proditor ad Apostolatum quidem electus fuit, ad æternæ verò vitæ hære
dita-

A ditatem electus non fuit. Rursus electio aliquando accipitur, vt sit aliquorũ hominum ex communi perdita massa, ad cognitionem voluntatis Dei, & demum ad vitam æternam designatio, ex mera gratia Dei: & de ea electione hîc sermo est, & de ea loquitur Christus, vbi dicit: Ego scio quos elegerim. Si huius electionis memoria & meditatio nobis auferretur, bone Deus, quomodo resisteremus diabolo? Quoties enim Diabolus tentat fidem nostram, nunquam autẽ non tentat, tunc semper ad electionem est nobis recurrendum, & de ea cogitandum, atque ita cogitandum, vt omnem dubitationem excludamus. Nam si hac fidei certitudine careamus, si de ea persuasi non sumus, non possumus vitam æternam expectare: Deum pro patre, & Christum pro redemptore non possumus agnoscere: nihil denique solidæ pietatis, & veræ dilectionis Dei in nobis esse potest. Explodẽdum ergo illud de cõsopienda Electionis memoria in cætu fidelium. Sequitur in textu:

Ioan. 13 (S. infra

Vt essemus sancti & irreprehensibiles coram illo &c.) Finis electionis est, vt Deum agnoscamus, amemus, colamus, & ad eius placitum viuamus. Dicit autem Paulus, Deum nos in ipso elegisse, ne vllũ in nobis meritum esse cogitemus. Deus enim se tantùm respexit & filium suũ in nostri electione, & non nos. Vide Augustinum, vbi errorem Pelagij refutat, & suam priorem sententiam retractat. Præcognitio eorum, quæ facturi eramus, aut futura in nobis fides, ne-

Electionis finis.

B quaquam fuit nostræ electionis causa: Nam animalis homo nõ percipit ea quæ sunt spiritus Dei, stultitia siquidem illi sunt, nec potest illa vnquam cognoscere. Legatur etiam Chrysostomus & Hieronymus de eadem differens. Antichristi est naturam contra gratiam efferre, vt Christi loco regnet: Quare diligẽter sunt eius versutiæ vitandæ: & ratio diuersa est diuinæ electionis, & humanæ.

1. Cor. 2

Vnde Augustinus ex hac, inter doctissimos patres, dissensione grauissima, in summo religionis articulo ostendit, quàm sit periculosũ in controuersijs huiusmodi, ad humana iudicia potius, quàm ad Scripturas recurrere. E duobus malis tum alterum necessariò sequitur: aut enim semper ambigitur: aut cum cõtumelia alterius partis, sine solido scientiæ fulcro sentitur. Paulus ad Roman. 8. Electionem, vt decet, tractat. Et cùm uersantur sancti in maximis afflictionibus, plerunque inter ipsa mala, in quæ coniecti sunt, diffiderẽt de gloria filiorũ Dei promissa, nisi hoc scipione niterentur. Futurum enim est, vt quicquid patiantur, glorificentur tandem: ne q; vlla re possunt à sua hæreditate, quæ est in Christo Iesu, depelli. Aeternus est nostri mediator, & nos ei sumus æternùm coniuncti. Inseparabilis est nostri cum Christo vnio, nec potest non esse æterna. Proinde & hoc tantum beneficium, & eius per fidem patefactio, non est nostrarum virium, sed sunt omnia mera Christi beneficia: quia, vt diximus, nõ possumus quicquã huiusmodi cogitare ex nobis, sed ipse solus nobis est autor omnis benedictionis spiritualis, fidei, spiritus: & (vt vno verbo dicam) totius rege-

C nerationis.

Considerem⁹ etiam hoc loco Spiritus sancti facundiam & bonitatem, qua infinitò superat omnes patres, eorum q; virtutes. Tam clarè & disertè Spiritus ipse sanctus omnem nostram salutẽ tribuit bonitati & charitati Dei per Christum, & tamen vult nos non penitus esse truncos, sed pro modulo gratiæ Dei in nobis illam operari, & in nobis, & in proximis. Vt essemus, inquit, sancti & irreprehensibiles.) Hebraicè תמימים quod integros significat. quales fideles electos, Dei cultores esse decet, abstractos, scilicet à desiderijs terrenis. Coràm ipso) inquit: Quia non ex duplici corde, vt mos est hypocritarum, cùm ipse, etiam quæ latent in corde spectet. Sed dices. Hîc ait, vt essemus sancti & immaculati coram illo, & tamen ex Psalmo apparet id fieri non posse, vt quis sanctus sit & immaculatus corã illo: nã, nõ iustificabitur corã illo viuens vllus Psal. 142
Respondetur: Ex nostris meritis nunquam iustificatur vllus homo coram illo, sed ex misericordia sua propter filium imputat perfectionem suæ voluntatis in

Rom.8 Luc.1 Electis. Et sic intelligendum illud: Quis accusabit aduersus Electos Dei? Sic D Elisabeth & Zacharia, dicuntur iusti coram Domino. Atque hæc est sanctitas & integritas quæ confirmat nostram conscientiam: quia est opus spiritus sancti, qui est certissimus arrabo vitæ æternæ. Propterea dicit Ioannes, qui seruat mandata, nouit quòd sit Dei. Hoc bono conscientiæ testimonio, qui non confirmantur, non possunt de sua electione esse certi, nec de illis quæ electis sunt reposita. Veruntamen credant omnes, omnes pœnitentiam agant, audiant verba Euangelij, & consilium Dei de Electione, fides quoq; de ea, quæ nunquam fallit, sit in illis certa: sint denicq; sancti, & irreprehensibiles electi, ita tamen erunt sancti, electi, fideles &c. vt eorum iustitia, electio, fides semper sit imperfecta, nec possit in conspectum Dei venire, nisi in condemnationem. Propter meritum autē Christi habemur irreprehēsibiles, & condonatur nobis nostra imperfectio: imò perficitur etiā. Innocentia nostra in eo consistit, quòd Deus nos absoluit per Christum. quare nemo electus potest condemnari. Vbi enim est remissio peccatorum, ibi fides, adoptio, salus & perfecta innocentia à Deo communicata, & à nobis accepta per Christum. Porrò illa verba textus.

Per charitatem.) Duplicem admittunt sensum. Per nostram dilectionem, & charitatem erga proximum, qua Deum ipsum imitati quatenus possumus, per spiritum eius, qui in nobis est, omnibus studemus benefacere. Vel per no- E
nostram charitatem, passiuè, qua scilicet Deus nos dilexit, vt sit repetitio causæ nostræ electionis, quæ est sola Dei immensa dilectio, qua nos in filio amplectitur. In dilectione ergo, subaudi, qua nos amplectitur in filio, adeò vt qui natura eramus filij iræ, in filios dilectos adoptet. quare non eligit, tanquam qui aliquid electione dignum in se habeant. Et quos in sordibus, in quibus nati sunt & viuunt, relinquit, hi nihil nisi suam peruersitatem accusare possunt, qui tota natura sua Deo aduersantur.

Qui prædestinauit nos vt adoptaret in filios per Iesum Christum.) Inculcat Christum, quia in eo est certitudo fidei, quòd eum habemus reconciliatorem, & perfectæ iustitiæ donatorem, ac Deum habemus optimum patrem immutabilem, qua immutabilitate, diabolo & desperationi resistere possumus. Non possumus autem certò imperfectæ iustitiæ nostræ securi inniti, neq; tantæ dignationi Dei, vt deceret, esse grati. Quare mittamus propriæ iustitiæ vanam opinionem, & Deum oremus, vt det nobis, tota nostra vita, nos gratos ei, pro tam immenso beneficio præstare.

Vltima autem finalis causa nostræ electionis est, vt vbique magnificetur & amplificetur immensa Dei bonitas, & iustitia Christi erga omnes homines, nō quòd Deus indigeat laude nostra, sed nostra laude fit, vt plures ad salutē, & bea F
titudinem, quam omnibus offert, veniant, vt factum est, cùm inter gentes prædicatum fuit Euangelium. Quis iam est, qui ex dictis manifestè nō videat, quòd quantum spiritus omnes patres superat sapientia, facundia, amore, & cætera, tantùm sacræ scripturæ, & doctrina Dei præstat omnibus patrum doctrinis & scriptis? Quapropter nobis ex verbo Dei, & doctrina Spiritus sancti, est statuendum in cælestibus istis controuersijs. Et caueamus hîc à philosophia Platonica, et similibus, quæ se immiscuit & ingessit in Ecclesiam, vt licet animaduertere, si quis diligenter legat Patres, à primo vsque ad postremum. Multa quidē sunt in eis laudabilia. Est in eis laudatissima & seueriſsima disciplina, sed quod in eis est excellentissimum, in eo, nemo vult eorum authoritatem, & exemplū sequi. quicquid verò ab illis contra puritatem doctrinæ huius loci scriptum est inde manauit, quod ab Electione humana est de electione Dei factum iudiciū

In summa, Electio merum est donum Dei. ergo gratia, & non merces. Legatur Augustinus, habet certè clarissima & euidentissima testimonia. Est ita
Electio quid que Electio, destinatio & certa Dei miseratio ab æterno ante mundum constitutum, qua Deus eos, quorum vult misereri, ex vniuerso perditorū hominum

genere

A genere,ad vitam æternã,ſecernit,ex planè liberali miſericordia, priuſquã quic-
quam poſsint boni aut mali facere. Certa,inquam,eſt & immutabilis,per Ieſum
Chriſtum vnigenitum filium Dei & noſtrum mediatorem,ab ęterno deſtinatũ
caput Eccleſiæ,ac reconciliatorem,ſecundum æternum & immutabile propo
ſitum ſuum,vt nos adoptaret in filios & hæredes,et in nouam vitam regenera-
ret:vt ſancti eſſemus et irreprehenſiblies coram ipſo,ad gloriam gratiæ ſuæ: vt
per vitæ noſtræ innocentiam,& puræ fidei confeſsionem, ea magis innoteſce-
ret,& plures ſemper accederent ad veram religionem & cultum Dei. Iam ſunt
nobis duo loci obiter explicandi,qui huc pertinent, antequam in explicatio-
ne textus Pauli progrediamur. Primus eſt ad Romanos 9. Nondum enim na-
tis pueris,cũ neq; boni quicquam feciſſent,neque mali,vt ſecundum electionẽ
propoſitum Dei maneret,non ex operibus,ſed ex vocante, dictum eſt illi: Ma
ior ſeruiet minori. ſicut ſcriptũ eſt: Iaacob dilexi, Eſau verò odio habui. Illa ver
ba non ad illos duos tantùm ſunt reſtringenda,ſed ad totam vtriuſque fa miliæ
poſteritatem,atque ideo ad pios omnes & impios. Sicut nec ille alius locus E-
xod. 33. Gratioſus ero,cui gratiam præſtabo,& miſerebor eorũ,quorũ libebit
miſereri:non tantùm de his intelligitur, pro quibus tum intercedebat Moſes,
ſed generaliter ad omnes pertinet. Huc autem vtrunque locum pertinere dixi,
quòd de eius Electione vterque loquitur,& docet tam eius vim, quàm ſalutẽ
noſtram,et eius cauſam à ſola Dei voluntate liberrima pendere. Non tamẽ tol-
B lunt hæc verba liberam voluntatem hominis,qua per ſpiritum Dei in nobis ha
bitantem,liberè verbo Dei acquieſcimus:Spiritus enim eius, eam in nobis ex
ſerua liberam facit. Cùm Deus nos ad ſe trahit,non trahit lignum aut lapidem,
ſed idem dat id velle,& perficere,& interea pro ſuo arbitratu propagat gloriã
ſuam,nec eſt apud eum iniuſtitia vlla,ſed tantùm apud nos. Sequitur in textu.

Iuxta beneplacitum voluntatis eius &c.) Ex ſequentibus oſtendit, quòd
Deus in Electione ſuum tantummodò propoſitum ſequitur,ſuam gloriã, cha-
ritatem,miſericordiam,& filium ſuum Ieſum Chriſtum. Sed dices: Si nihil ho-
minis concurrit,redditur homo remiſsior. Nequaquam ita eſt: Imò qui firmi-
ter credit ex mera Dei voluntate,charitate,miſericordia hoc prouenire,magis
accenditur ad bona opera: ſed qui non credunt, hi omnia rapiunt in liberta-
tem peccandi.

In nono quoque capite ad Romanos,gratuitam eſſe electionem oſtenditur
adeò clarè ut magis nõ poſsit. Quod argumentum optimè vrget Auguſtinus.
Simile eſt & illud:Ego vos elegi,non vos me elegiſtis. Nõ ergo præparatoria Ioan. 15
aut alia vlla opera eos ſeruarunt,qui ſeruati ſunt,ſed ſola gratia. Prædicant pre
terea hæc verba textus iuſtitiã Dei,quòd ſcilicet reprobi iuſto Dei iudicio re-
probi manent. Et plana ſunt verba Spiritus ſancti,quibus cordis duritiem, au-
rium obtuſitatem,& oculorum cæcitatem in Pharaone, atque ideo in omni-
C bus ei ſimilibus, non carni aut diabolo, ſed Deo ipſi adſcribit, qui nemini
quicquam debet, & nihil non iuſtiſsimè agit. Si quis igitur obijciat: Si ex par-
te hominis nihil fit, quod ad electionem attinet, quod concurrat cum diui-
no opere, videtur Deus iniuſtus eſſe, quòd non omnibus ex æquo idem dat
præmium.

Reſpondendum illi eſt: Nihil ſimile eſſe inter cogitationes Dei & noſtras.
Nos enim qui legem habemus benefaciendi,hanc quidem legem ſequi debe-
mus,niſi iniuſti eſſe velimus. at Deus nulla huiuſmodi lege tenetur,nullo cogit
præcepto,vt perditis benefaciat,& immeritis conferat ſalutem. Refutandum
itaque hoc argumentum,vt facit Paulus ad Roman. 9. Tu quis es,ô homo,qui
reſpondeas Deo? & c. Et capite vndecimo eiuſdem epiſtolæ hanc diſputatio-
nem ita concludit,vt noſtram imbecillitatem agnoſcamus,& quod de Deo no
bis Scriptura reuelat,ſimpliciter credamus,& non conſtituamus nos ipſos Dei
iudices. Quod ſi fecerimus,faceſſent omnes ſcrupuli & dubitationes. Mali ne-

minem possunt, quàm suam propriam prauam voluntatem, & seipsos accusare D
quia vltro peccant, & sunt suæ perditionis causa. Quatenus enim Deus pecca-
ta punit peccatis, iustitia est: sed quatenus eas pœnas studiosè illi amplectuntur
& sequuntur, seipsos, & non Deum accusent. Sequitur in textu:

Qua charos nos reddidit in dilecto.) Sequeretur hîc locus de Iustificatio-
ne et accommodatione Electionis, sed quia infra capite secundo latius explica
bitur, pauca tantùm de ea hîc dicemus. Charos reddidit & gratos, ergo nati e-
ramus ingrati, et non chari, filij iræ, rebelles, ad opera bona ignaui, præcipites
ad omnia peccata, etiam post regenerationem, in hoc mundo. In dilecto adie-
cit, quia scilicet in eo nihil habuit quòd odio prosequeretur pater. Et est hîc an
tonomasia, qua declaratur Christus vnicè dilectus à patre, per quem oporteat
diligi, & in gratiam recipi omnes, quos Deus in gratiam recipit.

Per quem habemus redemptionem &c.) Totum salutis nostræ ordinem
explicat & declarat, quomodo oporteat nos participes fieri æternæ electio-
nis. Quicquid redimitur, in aliena erat potestate: Ita nos, tyrannidi diaboli, pro
pter peccatum eramus addicti, qui diabolus est efficax in incredulis. Agnosca
mus ergo miseriam nostræ naturæ, & nostram seruilem cõditionem, à qua nos
tantùm Christus potuit per sanguinem suum liberare. Vnde admonemur etiã
atrocitatis peccati, quod non per hominẽ, nõ per angelũ, sed per solum verbũ E
carnem factum, & per ignominiosissimam illius mortem deleri potuit, vt ab il-
la morte liberaremur, quam propter peccata semper iustè pati debueramus.
Nam tum verè liberi sumus, cùm filius nos liberat, vt Ioannes ait. Summa igi-
tur loci huius est: Redemptionis nostræ causam esse in Deo, non in nobis. Ac-
commodatur autem illa, & applicatur nobis spiritu, verbo, sacramentis, & fi-
de viuifica.

Remissionem peccatorum, iuxta diuitias gratiæ eius.) Euangelium con-
stat prædicatione pœnitentiæ, & remissionis peccatorum, quæ adeò sunt in-
o ter se coniuncta, vt remissio nihili fiat ab ijs, qui peccata nõ agnoscunt. Qui au-
tem agnoscunt, oderunt, detestantur, crucifigunt, & quærunt purgari fide, &
exercitio iustitiæ. Exercetur in Ecclesia, reprehensione & correctione fraterna
confirmatione gratiæ, & misericordiæ in pœnitentibus, & exclusione im-
pœnitentium.

Dicit, Iuxta diuitias gratiæ suæ.) Vt omnia adscribat gratiæ, gratuito fauori
atque dignationi diuinæ. Nam nihil ante regenerationem dignum gratia faci-
mus, sed odio tãtùm. Et post regenerationem, quæ bona agimus, omnia vt spi-
ritu gratis donati agimus. Est autem perinde ac si diceret: Iuxta abundantiam
gratiæ suæ.

De qua vbertim nobis impertiuit, in omni sapientia et prudentia.) Sufficiẽ- F
tiã hîc sacrarum scripturarũ nota: ex qua sequitur, valere argumẽtum negatiuè
in sacris literis, cùm omnia abundè tradant, et traditis addere aliquid vetent. I-
taque optimè valet: Scriptura illud non commemorat faciendum: non igitur
est faciendum. quod argumentum est negatiuum. Porrò sapientia, quam hîc
commemorat, est vera et solida Patris, Filij, et Spiritus sancti cognitio, sacrarũ
scripturarum, et mysteriorum salutis nostræ intelligentia: quæ sunt rerum om-
nium præstantissima.

Sapientia quid apud Aristotelẽ

Aristoteles definit sapientiam esse intellectum, cognitionem, siue scientiam
rerum præstantissimarum. Prudentia verò est facultas, qua consulimus, & om
nia ad verum finẽ referimus: vel qua de rebus medijs, rectè, salutariterq;, ad glo
riam Domini, & incrementum pietatis iudicamus. Sequitur:

Prudentia quid

Patefacto nobis arcano volũtatis suæ.) Arcanũ est, quòd vltro nos absol-
uerit propter filium, & nobis dederit vitam æternam. Patefactum id nobis est,
fide, quæ donum Dei est, & tale donum, quo quæ sunt salutis nostræ efficaci-
ter & solidè cognoscimus, retinemus & sequimur per Spiritum sanctum. non

enim

A enim est in potestate & sapientia humana. Dicuntur hæc arcana, quia sub sensum non cadunt, humana ratione non comprehenduntur, sed solo Dei arcano concluduntur, & Spiritus sancti energia nobis patefiunt.

Duo loci hîc sunt obseruandi. Vnde sit conscientiarum nostrarum de propria salute certitudo, nimirum à Deo, spiritu & verbo, non sapientia humana. Nisi enim Deus doceat corda nostra, & ea aperiat, non possumus veritati acquiescere: cum nihil efficiat siue plantans, siue rigans, nisi Deus det incrementum. Quapropter semper est inuocandus in tractatione Scripturarum, atque sciendum, fidei esse, non dubitare. nam contraria sunt fides & dubitatio, & se mutuo tollunt. Sed tamen nunquam satis excludimus dubitationẽ, quia semper imbecilliter fidimus. *Primus locus*

Alter locus est, quod cum Deus arcanam suam erga nos voluntatem, quib. vult reuelet, nihilq; veræ sapientiæ, aut prudentiæ viribus humanis comparari possit, sed omnia à Dei erga nos bonitate proficiscantur, abundè apparet, quàm ex diametro pugnent cum Pauli doctrina, qui cognitionem Dei, & eius iustitiæ, peccatorum remissionẽ, nostri redemptionem, aut aliquid huiusmodi, aliunde, quàm á sola Dei beneuolentia & satisfactione Christi, vel ipsi petunt, vel petendum esse docent. Facessat igitur illud humanum, imò diabolicum figmentum de libero arbitrio, & naturali lumine ad diuina percipienda, B & perficienda, contra Dei gratiam fabricatum, et meritum Christi. *Secundus locus.*

Quod proposuerat in seipso &c.) Quasi dicat: Hactenus fuit absconditũ in diuina mente, illud de æterna salute communicanda gentibus consilium, quod tamen reuelaturus erat suo tempore, iuxta æternũ propositũ voluntatis suæ, vt nulla sit voluntatis eius facta mutatio, cum non populus Dei, in populum Dei est mutatus.

Vsque ad dispensationem plenitudinis temporis.) In salutis dispensatione temporis seriem, & plenitudinem considera. Nam multis seculis gentes incredulæ in sua incredulitate perierunt, & tum demum assumptæ sunt, cum Christus est ad dexteram Dei patris exaltatus, quando legati ad eas fuerunt Apostoli, & per eos diuulgata inter illas Euangelij doctrina. Itaq; licet æterna fuerit electio etiam gentium, tamen pro suo arbitrio administrauit Deus illam. Quòd si causa quæratur, hîc quoque est exclamandum: O altitudo diuitiarum O profunditas iudiciorum Dei. Hinc etiam apparet, quàm euanidum sit argumentum reijcientium lucem Euangelij, eo quòd illam progenitores non habuerint. Dicunt enim quidam: Si hoc Euangelium fuisset verum, patres quoque illud cognouissent. At Deus pro sua libera voluntate, & quibus, & quando vult, dat, & dispensat salutem: eius iudicijs nobis est acquiescendum, non C autem disputandum, cur ita, aut ita voluerit facere: Itaq; propositam eius beneuolentiam, sine temporum cõsideratione, gratis animis oblatam recipiamus. Similis locutio est ad Galatas: At vbi venit plenitudo tẽporis &c. Certa enim tempora & momenta rebus omnibus Deus statuit, vitæ, Ecclesiæ, verbo, restitutioni, omnibus denicq; rebus. Quia autem solus est sapiens, bonus, & potens non dubitemus illud eum tempus præfixisse & constituisse, quod fuit opportunissimum, nec illud vllo modo differet, aut protrahet. Porrò hac dispensatione pro tempore ita vsus est Deus. Ad quid? Subiungit Apostolus:

Rom. 11

Galat. 4

ἀνακεφαλαιώσασθαι, id est, vt summatim omnia instauraret in vnũ Christũ, & quæ in cælis sunt, & quæ in terra.) Huius Græci verbi ea vis est, vt indicet, Christo glorificato, angelos & homines sub vnum caput Christum instaurari primũ cœpisse. Atque est verbum ab epilogantibus sumptum, vt putat Chrysostom. Hieronymus verò ab Arithmeticis in summam multos numeros redigẽtibus. Hîc maiestatem Christi suspiciamus, quem Deus cælestium & terrestrium instauratorem constituit, qui homines seruat, & perficit societatem angelorum consortio hominum, cumulatq; illos gaudio, quo afficiuntur super conuersio-

ne peccatoris. Neq; tantùm sunt instaurati angeli ratione modò dicta, & quòd D
per Christũ cœpit, ruina per malos spiritus facta, instaurari, cuius maximo desiderio tenebantur: verùmetiam sunt ampliore cognitione Dei instaurati, & ab Ecclesia edocti, vt infra capite tertio dicetur. Itaq; pleniorem Dei cognitionẽ simul ac cumulatiora gaudia per Christum accipiunt. Sequitur in textu:

Per quem & in sortem ascíti sumus &c.) Sortibus diuidebatur hæreditas. Hac autem locutione hîc excluduntur merita, vt sors excludit hominum industriã. Nec tamẽ temerè electi sumus, sed æterno Dei consilio: ideo subiungit:

προορισθέντες, id est, præordinati secundum propositum ipsius.) Videtur simplicius esse & magis congruere, vt ἐκληρώθημεν non sortem respexerit, qua hæreditates diuidebantur, sed ipsas tantùm hæreditates. vnde de Leuitis dicitur, quòd sint sors Domini, etiam si id eis sorte non contigerit, quòd Domino peculiariter ministrarent. vocabantur autem sors, siue hæreditas Domini, quia debebant præ cæteris, rebus mũdanis vale dicere, & Deum habere pro sua hæ-
1. Pet. 5 reditate, & portione. quod ad omnes Christianos deinde Petrus epistola prima refert: Quòd omnes debent Deum summopere amare & colere, vt quisq; priuatus singulariter amat suam hæreditatem. Atque illud deinde προορισθέντες quod subiungit, facit ad asserendam Dei libertatem ac gratiam, & ad excludendam humanam iustitiam, atque ad cõfirmandã stabilitatem diuinæ voluntatis.

Cuius vi fiunt vniuersa &c.) Hæc subijcit, vt superiora confirmet. Ac si di- E
cat, Deus facit & perficit quod vult solus, elegit vos, ergo non poterit quacunque re impediri, quominus vestram electionem perficiat. Perficit autẽ electionem nostram, per nostram pœnitentiam. Præterea solus habet verè liberum & rectum arbitrium cum omnipotentia coniunctum. Homini autem libertas illa falsò tribuitur, quod inde saltem patet, quòd non facit quæcunq; vult, nec bona sine Deo facere potest, quæ coram Deo bona sunt. Illud etiam tenendum est, arbitrij libertatem, voluntatis esse, non efficientiæ. Sed nos magnis nosipsos tenebris perfundimus, cùm hæc inter sese confundimus.

Vt simus nos in laudem gloriæ illius.) Potentia & gratia, qua nos seruat, meritò debet à nobis agnosci, & glorificari viua fide, & bonis operibus, iuxta modum, quo eam in nobis Spiritus sancti virtute sentimus. Per ipsa bona, inquam, opera, debemus commoda proximorum, diuinamq; gloriam, quisque pro spiritus, quem accepit, mensura, promouere: vt cogantur omnes Deum in nobis agnoscere, & excitari ad prædicandam bonitatem, potentiam & sapientiam eius. Huc debent omnia nostra opera spectare: nam omnia à Deo, nostra verò minima ex parte sunt, & etiam ea pauca, nisi ad ea incitati ab illo simus, nihil sunt: nam nostra sufficientia ex Deo est. Quantum igitur à Deo habemus, cur non debeamus eò totum dirigere, vt nomẽ eius apud omnes sanctificetur, cunctiq; ad eius bonitatem suspiciendam & adorandam inuitentur?

Qui priores sperauimus in Christo.) Patres hoc ad Iudæos referunt: at cõ- F
modè possumus id intelligere de omnib. Christianis, qui iam antea crediderãt Christo, & vitam æternam sperabant à Deo. Spes enim cum fide est cõiuncta, sine quibus nulla solida virtus existere in nobis potest.

In quo speratis & vos &c.) Vtile in actionibus grauissimum habet pondus. Spes salutis æternæ, sustinet studium bonorum operum: vt in aulicis appareat, qui spe honoris multa difficilia subeunt pericula: & in bellantibus spes victoriæ. Nam momentanea leuitas afflictionis nostræ mirè supra modum æternum pondus gloriæ parit nobis. Momentanea &c. vt immensum pondus &c.
2. Cor. 4 Rom. 8 ait Paulus Corinth. & Roman. Reputo non esse pares afflictiones præsentis temporis ad gloriam quæ reuelabitur erga nos. Sine hac salutis spe, quæ est in Christo, languet omne studium virtutis.

Euangelium salutis.) Delabitur ad commendationem Ephesiorum, & priuatam

A uatam accommodationem beneficiorum Dei ad ipſos, vt magis fiderent, & grati eſſent tota vita. Hoc propriè facit ad ſcopum Epiſtolæ, vt pietas commemoratione beneficiorum creſcat, & in Epheſijs, & in nobis, qui hanc Epiſtolam legimus.

Et eſt tractatio mediæ cauſæ, qua nobis applicatur æterna electio, quæ eſt per verbum Dei, ſine quo nec cognoſcimus, nec percipimus ſalutem per Chriſtum, de qua Matth. vltimo. Cum totius Epiſtolæ ſcopus ſit incrementũ fidei, & pietatis in omnibus, quid potuit rectius & efficacius inſtitui, quàm recenſio beneficiorum Dei? quæ profectò in gratis animis non poteſt nõ vehementer incendere ſtudium gratitudinis & cupiditatis retinendi, & rectè vtendi illis beneficijs: accommodauit etiam Epheſijs, qui viua fide illam Dei beneficentiam & charitatem ſentirent, regenerati & recreati ſpiritu Dei. Ordinem ſalutis noſtræ deſcribit. Omnium prima eſt electio: deinde per Euangelium vocatio efficax, & regeneratrix. Fides & ſpes, quibus ſimul eſt coniuncta charitas, audito verbo veritatis. Vocat Euãgelium verbum veritatis, quia eſt reuelatum per ſpiritum, qui patefacit, & docet quicquid eſt verum.

Euãgelio ſalutis veſtræ, in quo etiam, poſteaquam credidiſtis, obſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto.) Vocat Euangeliũ ſalutis, quia eſt potentia Dei
B ad ſalutem, vt in Epiſtola ad Roman. Illo, nobis ſpiritus offert, & communicat Chriſtum, reconciliat Deo, certosq; facit de dilectione eius immutabili, & renouat nos ad eius obedientiam. Salus noſtra eſt ſalutaris ſtatus naturæ noſtrę vt formemur ad imaginem Dei, iuſti, ſancti, honeſti, & modeſti fiamus in tota vita noſtra. Hæc nobis proponuntur in Euangelio, & credentibus imprimuntur: ideo fit illis odor vitæ ad vitam: incredulos autem ſub ira Dei magis præmit, ideo eſt illis odor mortis, ad mortem. Præcedit ergo annunciatio Euangelij: ſequitur deinde fides, quando Deus aperit Spiritu ſancto noſtra corda, & perſuadet omnia eſſe vera & immutabilia, quæcunque in Euangelio de peccato, & gratia traduntur. Quam perſuaſionem cùm concepimus, amamus Euangelium, ei adhæremus, & habemus pro maximo theſauro. Verùm non de imagine fidei, ſed de vera fide loquitur Paulus, cũ de ſalutari, & à ſancto ſpiritu profecta fide loquitur. Licet enim illa fidei imago mirabiliter aliquando proficiat, vt etiam protrudat ſegetem: tamen naſcente Sole, tandem extinguuntur tales fructus, vt apparet in ijs, qui ex Euangelio libertatem carnis quærunt, & nihil de cruce conſiderant, quæ ibi docetur. Hæc fides eſt ſimulata credulitas. Iacobus vocat fidem mortuam, quæ addita conditio deſtruit fidei naturam: vt cùm dicimus hominem mortuũ, illa additione hominis, natura deſtruitur. Dat Deus huiuſmodi hominibus, vt etiam libenter audiant: ſed tempore quo mundus
C eos reuocat ad ſuas delicias, tum recedunt promptiſsimi, & oderunt, ac contẽnunt prædicationem pœnitentiæ, diſciplinam, afflictiones dei. & tamen hæc quoque fides dicitur, in Scripturis. Sed hoc loco, & ſimilibus, ſermo eſt de vera fide, quæ eſt recta perſuaſio, omnia eſſe verba veritatis & ſalutis, quæ Deus nobis loquitur in ſacris ſcripturis, quod qui credunt, verè peccatum oderunt, fidunt bonitati Dei, per Chriſtum, & omnem vitam ſuam ad eius placita formare ſtudent totis viribus, quibus illos agit & viuificat Spiritus ſanctus, & carnẽ ſemper repugnantẽ, omni cura & exercitatione ſubigunt, & crucifigunt magnis laboribus & vigilijs: nec tamen fidei eſt alligata noſtra ſalus. Nam erimus aliquando beati ſine fide: & in pueris nondum eſt, et tamen ſunt ſalui. Nam paruuli baptiſmate purgantur, cooptantur & obſignantur ſpiritu, quo in dies præparentur ad fidem, et auditum verbi, cum fuerint adulti. Spiritu.) Tribuitur Spiritui ſancto noſtri ſanctificatio, et afflatus ille quo diuina quadam virtute regeneramur, et lumine perfũdimur cæleſti. Is purgat nos et inſerit ſtudiũ dei etc.

Et licet opera Trinitatis erga nos, non ſint diuiſa, tamen Scriptura hinc nos quodammodo docere vult, diſcretionem perſonarum.

Promissionis.) Quia promissus est omnibus sanctis, licet non omnibus om D
Act.19. nia d ona contingant, vt in Act. non contigerat pijs omnibus donum linguarum, & miraculorum: Veruntamen fidei, & regenerationis gratia, sanctitas, & obsignatio in vitam æternam nobis datur, & confertur omnibus qui sunt Christi. Hic spiritus, in sanctis præualet carni, et eius conatus, ac vim mortificat, et restinguit, ac refrænat cupiditates, adeò vt non solùm repurget nos à peccatis, verùmetiam conformet corpus nostrum, ad corpus Christi glorioſum. Attamen quia nos nondum totos obtinet, propterea dicitur σφραγὶς, id est, arrabo et pignus plenæ redemptionis, quæ hîc inchoatur. Sumpta est similitudo ab eo qui aliquid emit, et rem non suam facit, cùm non soluit totum precium rei emptæ, sed tantùm partem aliquam, vt sit firma emptio, aut perdat arram. Sic nos regenerat Deus, et suos facit, ita tamen vt remaneamus hîc in carne. Atque ea accepta arra renouationis, qua credimus et amamus, nequaquam dubitare amplius debemus de Dei beneuolentia erga nos, et nostra futura perfectione: nosq; eo spiritu ab impijs reprobis distinctos iam esse apparet, cùm eò etiã promoueat, vt vitam vltrò fundamus pro Euangelio, contra quod alij vsq; ad mortem repugnant. Nemo hoc spiritu actus, hac energia donatus, dubitare potest de opere Dei in se, & quòd sit illius filius. Ioan. In hoc cognoscimus, quòd filij Dei sumus, si mandata eius seruamus. Et in prima Corinth. quoque Paulus de hoc arrabone loquitur: atque eó dem pertinet quod Paulus nos probare iubet
Gal.6 vtrum simus noua creatura. et ad Galat. opera spiritus describit, quæ ab illo nũquam separantur. E

Hæreditatis nostræ.) Nostra hæreditas est plena Dei cognitio, & ex illa plena consolatio, lætitia & gaudium. Sed hæc hæreditas hîc non potest nobis plenè adiri, est tantùm inchoata: et arrabo illius hæreditatis perfectæ, eius inchoationis et plenitudinis autor, est Spiritus sanctus, cuius est fidem facere nostræ salutis, eam confirmare in nobis, sicut arrabo facit fidem de emptione, et eam confirmat.

In redemptionem acquisitæ possessionis.) Quia ita redempti sumus, vt tandem plenè liberemur à peccatis et diabolo. Sed in præsenti vita, Ecclesia, per prædicationem Euangelij, et sacramentorum vsum innouat, instaurat, et perficit hanc redemptionem. communicat nobis corpus et sanguinem Christi, vt magis in nobis maneat, et nos in eo: vt viuat in nobis, vt plenius capiamus bonitatem Dei, et maiori eius affectu teneamur, et simus penitius in eius possessione, et ditione singulariter ei addicti et consecrati, idq; vi & efficacia illius spiritus arrabonis. Itaque ordo sic habet: Mittit Deus Euangelium, quæ est tota doctrina cælestis, vniuersa Scriptura sacra, quæ quanuis legem contineat, multas præterea historias comprehẽdat, habet tamen intermistum Euangelium, quod
Isa.40 lætum annunciat: vt in Isaia: Quot sunt Euangelia? et ante 40. caput de virgine F conceptura, de puero pacis principe nascituro, et cætera sunt quoq; Euangelia Et in ipso decalogo: Ego sum Dominus Deus tuus, est Euangelium. Sunt in ipsa lege, sunt in sacris historijs præconia redẽptionis, et salutis nostræ per Christum. Dat deinde spiritum, vt credamus, et illud excipiamus tanquam Dei verbum: et certò expectemus perficiendam nostram regenerationem, fugiamus peccata. Facit deinde vt nos exponamus Deo & proximo, totiq; inardescamus ad perficiendam voluntatem Dei. Hic enim est finis eius, vt Deum colamus, et glorificemus ex toto corde & conatu nostro. Sed hæc omnia sunt opera Spiritus sancti in nobis, quo oportet iudicium nostrum illuminari, et voluntatẽ accẽdi ad bona opera. Hæc vis, obsignatio quædã est, quòd filij Dei simus, id quod olim plenius apparebit, & indies magis à tyrannide diaboli liberamur, et Deo addicimur: vnde gloria Dei inter homines splendore nostrorũ operũ eluceſcit

Conferamus locum Corin. & infra 4. Nolite contristare spiritũ, in quo estis obsignati &c. Qui locus admonet, ne quid agamus, aut cogitemus, quod non

suggerat

A ſuggerat ſpiritus, qui nihil ſuggerit, quod non ſit Scripturæ diuinæ conſentaneum, cuius ipſe eſt autor: atque ideo cùm nos attemperamus ad ſacrarum ſcripturarum doctrinam, in vita & moribus ſectandam, eſt illi iucundum: cùm contrafacimus, certè quantum in nobis eſt ipſum contriſtamus. Deinde de perfectione noſtræ redemptionis, hi loci confirmandi ſunt nobis. Et cùm initium ſalutis ſit à prædicatione Euangelij, doleamus de eius præconum inopia, & oremus Deum ſedulò vt mittat Euangeliſtas, qui omnibus creaturis prædicent, et huic prædicationi omnibus ſtudijs ſeruiant.

Item cùm ſermo Euangelij, ſolus ſit verbum veritatis & ſalutis, isq; tantùm canonicis ſcriptis contineatur: quicquid ergo eſt præter canonem, eit ad eum examinandum: et vt non ſunt extinguendæ prophetiæ, & ſpiritus: ita ſunt omnia probanda ad Scripturas.

Præterea quum ſit ſalutis, quàm diligenter ei incumbendum nobis eſt.

Tertiò: Fides nemini contingit, niſi à Deo: cumq; à Deo ſit, procul dubio certa eſt, et indubitata, nec fallere vnquam poteſt.

Quartò: Sine ſpiritu Dei nihil ſumus quàm hoſtes Dei, et aduerſamur ei totis viribus, iudicio, voluntate, tota denique vita.

Quintò, Sumus liberati, vt Deo ſeruiamus. non ergo contriſtandus ſpiritus: ſed ſtudeamus rectè, & gratis animis nos illi, in omnibus accommodare.

B Quapropter & ego cum audiſſem &c.) Sequitur ſcopus Epiſtolæ, qui eſt incrementum pietatis in omnibus ſanctis, & in primis in Epheſijs. Itaque nunc ita repetit beneficia Dei, vt mentionem ſuarum precum inſerat, quo illorum beneficiorum amplitudo grandeſceret in eorum animis: Deinde eos ſua beneuolentia præpararet ad ea quæ dicturus eſt: Tum etiam vt ſuo exẽplo, eos ad preces inflammaret, quo Deus eis ſua dona ſeruaret & augeret.

Fidem in Domino Ieſu.) Fides eſt qua verbis alicuius aſſentimur propter dicentis authoritatem. Illud de fide perpetuò teneamus, quod eſt donum Dei, et afflatus ſpiritus Dei, quo agnoſcimus Chriſtum, et in ipſo bonitatẽ patris, qua hominem regenerat, & reformat ad obedientiam omnis voluntatis Dei. In Domino Ieſu.) Deo & homine, mediatore. Capite fratres, quãquam tota Scriptura eſt Trinitatis, atq; ideo quę eſt in Chriſto fides, eſt etiam in Patre, & Spiritu ſancto. Porrò credere Deo, & credere in Deum, in Scriptura ſunt phraſes idẽ ſignificantes. Nam neceſſe eſt credere Deo reuelanti ſe nobis, vt conijciamus noſtram fiduciam in Deum: atque ideo cum vno modo dicimus, perinde eſt ac ſi alio modo dicamus, Credere Deo, & in Deum. Ita iuxta Hebraicam phraſim אכלי בלחמי comedite in pane meo, in Prouerbijs: אוכלי לחם חעצבים comedentes
C panem dolorum, in Pſalmis idem eſt. Quod verò diaboli dicuntur credere deo id verum eſt, ſed imperfectè. nam reconciliationem per Chriſtum nõ credunt: neque credunt propter dicentis autoritatem, ſed quia experiuntur.

Et charitatem in omnes ſanctos.) Charitas in Paulo, pro amore proximorum, & iuſtitia erga eos accipitur, vt ad Roman. 13. Hæc ſequitur, & eſt perpetua comes veræ fidei. Nam agnitis Dei beneficijs ſtudio gratitudinis, benemereri ſtudet omnibus facultatibus, & viribus ſuis de proximo, quia Deus nõ indiget benificentia humana, propterea totum hoc ſtudium in ſanctos qui ſunt in terra confert propter mandatum eius.

In omnes ſanctos.) Inimicos etiam debemus diligere, neque vlli nobis inimici eſſe debent, quàm qui ſunt inimici Dei. φιλαδελφια enim nõ excludit eam charitatem, quam lex ſimpliciter exigit erga omnes, cum quibus eſt nobis aliqua communio, ſiue artis, ſiue negocij, ſiue ciuitatis, & habitationis, ſiue ſanguinis. Sed quoniam nulla eſt præſtantior, et arctior ſocietas, & communio, quàm ſanctorum, qui ſunt caro & membra noſtra, propterea ardere debent noſtri affectus magis erga fideles, et domeſticos fidei. Hi igitur vehementius ſunt diligendi, neque proximorum delectus, ex noſtra commoditate haberi debet.

Arist. 2. Rhet. Est autem diligere, vt rectè definit Arist. Alicui bene uelle, et cupere, ac sedu D lò præstare, & perficere, vt eo bono fruatur. Est & modus distribuẽdi dona Dei vt non ita distribuamus, vt nostra administratione nos temerè excludamus, siue ea temporalia sint, siue spiritualia. Per hanc dilectionẽ, necessariò fides operatur, quæ agnita Dei beneuolentia, flammam cordibus nostris iniicit, qua quę rimus, non quæ nostra sunt, sed quæ sunt Dei, et proximi. At de hac infra copiosius. Sanctos autem vocat fideles, quia sanctificati sunt sanguine Christi, & liberati à peccato, vt Deo viuant sanctè & piè.

Non cesso gratias agere pro vobis.) Omnia bona procurantur nobis à mera liberalitate Dei, & quo largiores sumus erga proximos, eo erga nos vberior est eius benedictio. Quare vnus omnes debemus esse in Christo, & bona ac mala proximorum, nostra reputare, vt inuocando, & gratias agendo, illa eadem ardentibus precibus à Deo petere, & gratis animis agnoscere debemus. Quod etiam agnouit ethnicus Cicero, in primo libro de Legibus. Atq; omnis recta oratio hanc petitionem exprimit, vel intendit, vt regnum Dei in omnibus hominibus perficiatur, & eius voluntas fiat inter homines, vt inter angelos fit. Cõmemorat autem Paulus suas præces, & gratias pro donis Dei erga Ephesios, vt eos ad idem opus, suo exemplo incitet, quo pro sua salute, Deo gratias agãt. ac etiam, vt testando charitatem suam erga eos, magis præparatos habeat, ad id quod agit.

Obseruare hîc licet, quòd dona excellentia proximorum, non debent nos reuocare à precibus pro iis, qui ea habent, sed potius eo nos ardentius incitare. Quando enim operæprecium affulget, tunc reddi debemus alacriores, et studiosius petere, vt ea res quæ feliciter cœpta est, perficiatur. Cùm præceptor videt discipulum in literis bene proficere, non segnior, sed eo redditur erga eum diligentior, vt virtutum & scientiæ incrementum, quod apparere in eo cœpit, magis ac magis crescat & perficiatur. Videt nanq; se non frustrà laboraturum, neque lusurum operam. Ita agit Paulus: atque eius erga Ephesios charitas vera est, qua tantùm salutem eorum, & progressum, magis quàm quæ propria erant spectabat & curabat etiam in carcere.

Mentionem vestri faciens in precibus meis.) Oratio est eleuatio mentis ad Deum, & eius appellatio vt ei vota animi nostri exponamus. Partes eius sunt, vt innitatur fide mẽs nostra diuinæ potentiæ, sapientiæ, bonitati, misericordiæ, &c. ideo semper initio sunt confessiones potentiæ, sapientiæ, bonitatis Dei. Ex hac mentis eleuatione, et meditatione exoritur aliqua laus, vnde illæ voces: Deus refugium meum &c. Et quoties aliqua ratione potentiæ, sapientiæ, clementiæ Dei &c. mentio mentem subit, in tales laudes animus effunditur: atque initio in illis breuibus appellationibus, sancti plerunque ea commemorãt, quæ præsertim in illa precatione respiciunt, & præsentibus maximè conueniunt necessitatibus. Misericordem appellant, cùm de remissione peccatorum agunt. Altera pars est peccatorum confessio, & petitio veniæ. Quicunque enim ad Deum accedit, suæ miseriæ, impuritatis, et indignitatis non potest non meminisse. Sed non semper hæc secundum obtinet locum: aliquando enim est postrema, & nonnunquam penitus reticetur, sed intelligitur. Tertia pars est gratiarum actio præteritorum beneficiorum, quorum commemoratione confirmatur fides, de obtinendo eo quod petitur, & præsentis quoq; beneficij, siue futuri, quod iam fide certa tenemus, & si re ipsa adhuc id non simus cõsecuti. In hac cõmemoratione sancti sunt prolixi extollẽdo ea, & amplificãdo, nec sibi satisfacere possunt, vt re vera sunt infinito maiora omni humana laude. Quarta pars, est oratio pro proximo: vt in altera parte non tantùm propria, sed etiam aliorum hominum continetur peccatorum confessio. Nam quia onera, alterũ alterius portare oportet, et est mirabilis communio beneficiorum, & afflictionum, vt passim in Prophetis est obuium, et mandatum est nobis, vt totũ genus

huma-

humanũ diligamus, & electos omnes, noſtra membra eſſe agnoſcamus, ſequũ-
A tur interceſsiones pro omnibus ordinibus. Et hæ orationes aliquando fiunt pu
blicè, & excitantur lectione ſacrarum ſcripturarum, quæ debẽt fieri lingua co- 1. Cor. 14
gnita, vt cum omnium fructu fiant. Nec tantùm in templis, ſed vbi fueris, erit
orandi locus. Sunt etiam ſtatæ preces in familijs ſingulis, quibus paterfamiliâs
debet cum ſua familia orare. Sunt & ſecretiores, ac magis priuatæ, vbi concla-
ue ingrediendum eſt, & hoſtium claudendũ iuxta Chriſti verba, et iuxta Chriſti
exemplũ, qui etiam ab intimis ſuis ſe ſeparauit, atq; montẽ conſcendit ſolus ora-
turus, & ſeſe in ſinum patris precibus ardentibus effuſurus. Tales enim preces
ſolitudinem affectant. Omnia verò vota in genere continentur, expreſſa ſunt
in oratione Dominica. Si autem pietate aliqua tenemur, nullo tempore poſſu
mus nobis temperare ab oratione: cum ſciamus Deum chariſsimum patrẽ vel-
le inuocari, et à ſe impetrari quæ ab æterno nobis deſtinantur. Sic ſolent carna-
les quoque patres ſuis cariſsimis filijs facere: veſtimenta quæ volunt illis para-
re, denegant illis, quia ab illis orari volunt, nec volũt niſi rogati facere, vt magis
innoteſcat filijs eorum amor, atque illi magis magisq; ſuos parentes redament,
& creſcat illis eorum reuerentia, atq; eorum diſciplinam lubentius recipiant.

Oratio hæc, de qua loquitur hîc Paulus, eſt, qua nunquã debemus vacui eſſe
quin ſemper omni loco & tempore, & cauſa de Deo noſtro cogitemus, & glo-
riam eius promotam vehementer cupiamus.

B Vſus orationis ſanctorum eſt, vt nos ad eadem vota impellant, & animos no
ſtros ſtudio Dei inflamment. Diximus initio, mentis eſſe eleuationem, & eius
appellationem, qua ei vota animi noſtri exponimus, quæ quanuis nec os, nec
labia moueri requirat, cum Deus ſit καρδιαγνῶσις, tamen quia vehemens cogi-
tatio non poteſt continere verba, ideo frequenter orationi mentis cõiuncta eſt
vocalis oratio. Sequitur:

Vt Deus domini noſtri Ieſu Chriſti.) Quid? Quare non dicit Deus meus,
aut veſter? quia eſt quidem noſter Deus, ſed per Chriſtum. Ita cum dicitur in
veteri Scriptura, Deus Abraham, Ishaac, Iaacob, nõ negatur eſſe aliorum quo-
que Deus. Nec fruſtra tamen illorum Deus potius vult dici: illis enim ſe bene-
facturum poſteris promiſit, cùm eos commemorat, vult dicere ſe eſſe memorẽ
ſuarum, ad eos promiſsionum. Et hîc Deum vocat Ieſu Chriſti, quia ei verè eſt
Deus, & paternam præſtat charitatem, ac fidem: atque propter eum nobis pa-
ternam exhibet gubernationem, vt tandem reddat conſortes ſuæ diuinæ natu-
ræ, immortalitatis ac felicitatis. Hoc explicat Chriſtus in Ioan. Aſcendo ad pa-
trem meum, & patrem veſtrum, Deum meum, & Deum veſtrum.

Pater gloriæ.) Id eſt omni gloria dignus: Vide ſimilem phraſim ad Philip.
& Coloſſen.

Det vobis ſpiritum ſapientiæ & reuelationis.) Qui autor eſt fidei, & dat e-
C ius incrementum, à quo eſt ſapientia & prudentia cæleſtis, quibus incompre-
henſibilia rationi myſteria, cognoſcimus, & ea cognitione ita totam vitam in-
ſtituimus vt glorificemus Deum, & conſequamur bona, quæ nobis in cælis cer
tò repoſita ſunt. Spiritus eſt afflatus Dei in nobis, energia, & vis diuina, quæ in
nobis ſalutem perficit noſtram. Vocatur Spiritus, metaphora ſumpta à vento
ſpirante vehementiſsimè, propter eius in nobis efficaciam. Sapientia eſt co-
gnitio eorum quæ Dei ſunt: prudentia, facultas, qua (ſecundum ea, quæ de deo
nobis ſunt cognita) vitam noſtram attẽperamus. Addit: Et reuelationis,) quia
ab origine adnata eſt nobis Dei horribilis ignoratio, & eſt nobis obductum ve
lum, ne videre poſsimus veram Dei gloriam, & eius voluntatem cognoſcere.
Hoc velum neceſſe eſt, vt à ſpiritu nobis detrahatur, & vero nos lumine incen- 2. Cor. 4
di, vt gloriam Dei ſpeculari poſsimus: Quæ reuelatio in eo conſiſtit, vt Deum
& Chriſtum verè cognoſcamus, & ad id ipſum nos transformemus.

Διάνοιαι, id eſt per agnitionem ſui.) Vox eſt mentis agitationem ſignificans
in bo-

in bonam & in malam partem. de qua etiam infra capite 4. Sed hîc in bonam D
partem accipitur.

Illuminatos oculos mentis veſtræ.) Iterum proponitur definitio fidei per genus, & propria. Genus eſt afflatus gratuitus. Primum proprium, vt oculos noſtros illuminet: Secundum proprium, ad cognoſcendas ſummas diuinas, & æternas res: & prudentes ſimus, id eſt ſecundum cognita viuamus. Sic itaque definit eam: Eſt afflatus Dei gratuitus, qui intellectum parit rerum diuinarum et humanarum, ad ſalutem æternam. Hæc, etſi ab euidentia non ſit, tamen eſt ſcientia, et firma ac certa cognitio, multo certior, quàm quæ euidentia, & per cauſas contingit: licet de eis ſit rebus, quæ oculus non vidit, &c. Vnde paſsim ſcientia appellatur in Dei verbo, & credentes, ſcientes dicuntur. Paulus dicit ſe
Rom. 14 ſcire, & certã perſuaſionẽ habere. Vide etiã ad Cor. Vt ſciamus quæ à Chriſto
2. Cor. 2 donata ſunt nobis. Et ad Theſſalonicenſ. Scientes fratres electionem veſtram
1. Theſſ. 1 Et Ioan. Vnctionem habetis, et ſcitis omnia: Scimus quòd de morte tranſimus
1. Ioan. 2. 3. & 5 ad vitam: Hæc ſcripſi vobis credentibus, vt ſciatis &c. & credatis &c. vide tres ibi præclaros locos de hac certitudine.

Simus igitur grati Deo, qui nos non ad dubiam, ſed ad certam vocationem elegit, et vocauit. Hæc certitudo aliunde nõ poteſt dari, et reuelari, nec poteſt aliunde comparari, remoto ignorationis noſtræ obſtaculo, quàm à gratuita liberalitate Dei, per verbum, quo Deum cognoſcimus, per quod ei credimus, neque blaſphemis communicamus, qui ipſum verbum tanquam humanum re ijciunt. Hæc ſcripta ſunt, ait Ioan 20. vt credatis &c. & vt credentes, vitam habeatis &c. Oremus itaque pro certitudine fidei, emendemus diffidentiam carnis, & prauitatem eius contra verba Dei, de peccato, de ira, de dolore, de Chriſto, de inuocatione, de officijs noſtris & bonis operibus.

Vt ſciatis, quæ ſit ſpes, ad quam ille vocauit.) Requiritur ergo, vt fides certa ſit: quæ certitudo oſtenditur etiam ex proximis cauſis, & obiectis fidei. Spes ponitur pro rebus ſperandis: vel quæ, id eſt, quàm certa ſit. Hæc interpretatio
2. Tim. 1 melior eſt hoc ſenſu, vt fide nitatur ſpes noſtra, quæ firmatur, & fundamentum
1. Petr. 5 habet in verbo Dei, & ideo non pudefacit, non fallit, nec confundit. Et dona
Heb. 11 Dei ſunt eiuſmodi, vt eorum illum pœnitere non poſsit.
Rom. 11 Et quàm opulenta gloria hæreditatis illius in ſanctis.) Opulentia hæreditatis, ſonant verba: & Hebraiſmus eſt. pro, opulenta hæreditas, id eſt exuberans. Sancti dicuntur populus peculij Dei: omnia habẽt in Deo ſuo, qui eſt illis merces magna, & nihil præter eum requirunt: & ipſe ita illos amat, vt plenitudinem omnem gloriæ, et bonitatis ſuæ conferat illis, & faciat in illis relucere.

Primum ergo eſt, aſſentiri: Secundum, illuminari: Tertium, cognoſcere im- F
menſa Dei dona. Quartum, amare ipſum, & admirari. Quintũ, in ſumma patiẽtia, quæ adhuc deſunt, expectare. Sextum, poſita ſolicitudine, effuſa charitate agere, et promouere regnum & gloriam Dei in proximis.

Vocat hæreditatem, quia hæreditaria certiſsimo iure tenentur: deinde ſummo ſtudio ſeruantur & retinentur: vt exemplum Naboth in libris Regum indicat: vitæ periculum potius ſubit, quàm patiatur ſibi eripi ſuam hæreditatem: quod ſtudium eſſe debet in nobis, & tanto maius, quanto hæc, illa hæreditate eſt præſtantior. Tertiò, quæ hæreditaria ſunt, non nos illa acquirimus, ſed aliũde nobis comparantur, & gratis nobis quæruntur: hæc in nomine hæreditatis conſideremus, & ex precioſiſsima hæreditate expendamus, quàm chari Deo ſimus.

Qui credimus ſecundũ energiam roboris fortitudinis eius.) Cauſa redditur omnis certitudinis ſpei, & amplitudinis hereditatis, gratis datę regeneratis. Eſt meritum Chriſti, qui nobis patrẽ reddidit benignũ, ſtabilem in cælis hæreditatem parauit: & licet caro nunquam det quietem ad cultum Dei, tamen illa energia eſt omnipotens, & inuincibilis, qua Deus agit, & vegetat nos: nec ſinit

hoſtem

hoſtem de nobis triumphare: ſed quod præclarè exhibitum eſt in Chriſto, qui
A reſurrexit victor, ea virtute & energia fiet in nobis, vt ſcilicet omnino peccatū oboleatur, quod iam in nobis confirmatur fide, & ſpe ſuæ electionis. Ingeminat autem, & tergeminat, dicens: Energiam roboris fortitudinis.) vocatq; illā vim diuinam in nobis, efficaciam, robur, & fortitudinem: vt condenſatione argumē torum, omnem eius vim oſtendat, & fidem noſtrā ſtabiliat. Quaſi dicat: Reſpicite Chriſtum caput veſtrum, vbi ille eſt, ibi vos membra eius eſſe oportet. Videte admirabile robur Dei, ex mortuis Chriſtum exaltauit, & collocauit in cæleſtibus ſuper omnia. Hic parauit vobis illam opulentam hæreditatem, quam vos ſperatis. ergo non ibit vacua veſtra ſpes, quantumuis ſitis imbecilles, & in firmi: hoſtes verò contrà fortes ſint & robuſti. Certiſsima ergo illa vobis ſit, de ea non dubitetis, eam profiteamini. 1. Cor. 15 Rom. 8

Super omnem principatum & poteſtatem &c.) Coloſſenſium primo, & hîc, habemus de ordinibus angelorum. Et hîc, & 1. Corinth. 15. & infra 3. Colloſſen. 2. & infra 2. & 6. Innuitur ordinem aliquem eſſe inter bonos, & item inter malos angelos, ſed non explicatur: & diſtincta eſſe miniſteria inter eos docet etiam Daniel 10. & 12. & Heb. 1. Matth. 19. Et certum eſt Deum, qui omnia in cælo & in terra optimo et pulcherrimo ordine diſpoſuit, angelicis quoque ſpiritibus, certa & ordine diſtribuiſſe munera. Sunt aliquando regnorum præfecti, in regijs thronis collocati: ſunt qui habēt poteſtatem miraculorum, et aſſe-
B rendi gloriam, et potentiam Dei &c. Idem de malis quoq; ſentiendum. Vult Paulus dicere: Chriſtus eſt ſuper omnia abſolutè. Hæc autem nomina miniſteriorum, et munerum, non ſunt ex ſcripturis ſacris deprompta, ſed ex Hebraicis traditionibus, vt veriſimile quidem eſt. nam Paulus ne nominat quidem eos, ex quorum ſententia hęc accepit, nec aſſerit ita eſſe. Nam Theologię principiū eſt, Deus dixit: ex quo omnia ſunt nobis demonſtranda, quæ volumus eſſe certa: ſi non poſſunt inde demonſtrari, incerta ſunt. Generaliter quidem hæc obſeruare, diſtincta ſcilicet, inter eos munera eſſe, & certum aliquem ordinem, & poſſumus, et debemus. Quia verò nulla eſt ſcriptura, ex qua Paulus nomina iſta munerum ſumat, per modum conceſsionis ſunt intelligenda. Quaſi dicat: Diſputant multa de angelis, principatibus, virtutibus &c. certum quidem eſt, inter eos eſſe ordinem: fac etiam eſſe quem multi imaginantur, quicunque, et quotcunque illi ſint, Chriſtus meus omniū dominus eſt, ſupra omnes eſt. Quid quid curioſæ hominum mentes de ſpiritibus iudicent, Chriſtus eſt omnium ſu premus, in omnes habet imperium, Is eſt caput veſtrum: quare nihil ſpem veſtram fallet.

De bonis angelis conſerenda ſunt quæ ſequuntur:

Epheſ. 1. et 3. Coloſſ. 1. Rom. 8. eorum diuerſa miniſteria, Matth. 18. Heb. 1. Danielis 10. et 12. Exodi 23. 1. Corinth. 10. & Scripturæ paſsim teſtantur, mini
C ſterio angelorum conſilia Dei reuelari, vt in Zacharia paſsim, Daniele, Apocalypſi, Matth. 1. Act. 27. Geneſ. 12. Matth. 28. Marci vlt.

De malis angelis, & ordine ac miniſterio eorum.

Epheſ. 6. Iob 1. 2. 3. Iannis 13. & 8. & paſsim in hiſtoria Euangelica.

DE FIDE

Fidei definitio.

Fides gratuitum donum Dei eſt, & afflatus diuinæ ſapiētiæ et reuelationis, quo Electis ſuis illuminat oculos, vt cognoſcant in Chriſto patrem, & teneant certiſsimam eſſe ſpem vitæ æternæ, ad quam electi ſunt, quæ eſt felicitas incomprehenſibilis: & cognoſcant ſe ſeruari à Deo, ea virtute, qua Chriſtus excitatus eſt à mortuis, vt ſuos ad illā felicitatem introducat, & omnib. impleat donis, & ſpiritualibus bonis, quia ſibi ſubiecta habet omnia.

Primum proprium, eſt illuminare oculos: ergo ante fidem cæci ſumus.

Secundum proprium, ſpiritum ſapientiæ & reuelationis id facere. ergo Dei ſolius eſt reuelare, per ſacras nimirum literas,

Tertium, vt cognoſcamus Chriſtum ſeruatorem, & in eo patrem: hoc eſt, cre D
damus certò, quod per eum habemus Deum propitium.

Quartum, quòd firmam ac certam reddit ſpem noſtram de hæreditate vitæ æternæ.

Quintum, de ineffabili, et incomprehenſibili felicitate noſtra.

Sextum, quòd nititur ſola Dei potentia & virtute eius. His docemur fidei eſſe, vt firmam & indubitatam reddat ſpem, & vita æterna contineri quicquid optare poſſumus.

Septimum, nos à Chriſto, ita contra Sathanam, peccatum, et mundum ſeruari, vt nihil poſsit impedire propoſitum Dei de ſalute noſtra, quin eò nos perducat, vt fruamur æterna, & plena felicitate: ne mundo quicquam potentiæ tribuamus, & illum diligamus, ſed toto corde vni Deo per Chriſtū adhæreamus, reliquis omnibus contemptis, neque ab eo latum vnguem deflectamus. Docet quoque Paulus infra 4. τεκμήρια, quibus qui verè credunt, agnoſcuntur. Idem facit & Ioannes in ſua Epiſtola. Illa ſunt ſegnibus, & pigris proponenda, atque hac ratione ſunt monendi, qui teſtimonio Spiritus ſancti carent, & perſuaſione verbi Dei. Monendi quoque ſunt, qui nimium fidunt diuinæ miſericordiæ, et ſanctè viuere, negligunt: hi, inquam, ſunt reprimendi. Si enim cæleſtes eſſent, cæleſtia ſaperent: & ſi verè crederent, tanta hoſtia placatum fuiſſe patrem: pro- E
fectò perhorreſcerent à peccatis, quæ huius immolandæ cauſa fuerūt. & vt qui ſpiritum Chriſti non habet, is non eſt eius, ita qui illo aguntur, illi vitam ſuam recte inſtituunt. Quantum intereſt inter ſpiritum & carnem, tantùm intereſt inter veram fidem, quæ præſtātiſsimum donū Dei eſt, et carnis credulitatem, quę cùm vera fide nihil commune habet, quām nomen falsò ei attributum. illa credulitas, inanis eſt, nihilq; habet.

Fides verò, & ſi infirma quidem ſit etiam in ſanctis, ac propterea etiam multa (proh dolor) committant peccata, vt paſsim vetus ac noua Scriptura teſtatur & vbique exempla nimis euidentia docent, vt in Petro, Dauide &c. tamen eū qui prædītus ea eſt, non ſinit prorſus ſuccumbere. Explorat quidem noſtram fidem, ſed nobis: vt ſcilicet ipſi cognoſcamus, quantum ſemper imperfectionis admiſtum ſit. Hinc afflictiones, vnde illæ voces in Pſalmis: Deus es mei oblitus? me deſeruiſti? & c. Hinc eſt factum, vt Petrus ab hoſtiaria tentationū arietibus peteretur & affligeretur: ſed tamen non corruit in perpetuum, quia Deus ſuppoſuit manum. Deus enim ſemper ſuum electum ſuſtentat, vt tandē emergat, & eluctetur: dona enim & vocatio Dei, ſunt ſine pœnitentia. Et quid adhæc dicemus? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Quæ Pauli verba ſunt non de quibuſdam, ſed de omnibus electis Dei intelligenda. Ac nos conſolatur De F
us contra hanc noſtræ fidei mollitiem, omnipotenti virtute Chriſti, qua in omnia imperium habet, dominatur & morti, & peccatis. Nam mortuus quidē eſt, ſed reſurrexit deuicta morte: aſcendit ad patrem, ſedet ad eius dexteram, intercedit pro nobis: & quiſq; electus ad ſe hęc referat, & dicat pro me reſurrexit &c. Et cum ſit caput noſtrum, nos certè viuificabit & corroborabit, neque veri capitis officium deſerere poteſt. Viuimus enim propter eum, qui dilexit nos: quare nō viuimus propter noſtram dilectionem? hauddubiè noſtra requiritur, ſed ea eſt imperfecta, & non poteſt ſuſtinere ſpē vitæ æternæ. Vt ergo certa ſit ſpes eius, cauſa noſtræ vitæ in eo, non in nobis, ponitur. Atque ideo quicquid de incertitudine fidei excuſatur, præcipitur, traditur, impium eſt planè, & blaſphemum, contra potentiam, amplitudinem, & maieſtatem, atque charitatem, ac diſpēſationem Chriſti, & euertit omnem fidem & authoritatem verbi eius, quod vrget Paulus Rom. 8. & paſsim.

Conferenda etiam eſt fidei natura, et eius proprietates, quæ ab ipſo Chriſto traduntur in ea oratione, quam habuit apud Patrem. Ioan. 17. Glorifica me pater &c. Si eius capitis verba expendantur, videbitur,

Primum

Primùm, quòd fides donum Dei eſt. Verbum quod dediſti mihi, dedi eis &c.

A Deinde proprium eſſe electorum Dei, non omnium hominum. Dicit enim: Quos dediſti mihi, & tui erant et c.

Item, quòd eo certò cognoſcitur Deus in Chriſto per verbum, autor omnis boni et ſalutis. vnde, Cognouerũt verè, quod à te exiui etc. atq; hoc modo ſingula in hoc capite conferenda, et expendenda ſunt.

Conſiderandus præterea locus ad Romanos 4. de fidei definitione. Ex eo quoque conſtat eam eſſe donum dei per Chriſtum. Ita reuelat Euangelium ſuũ nobis, vt ei certo credamus, & agnoſcamus omnia eſſe Chriſti, ipſum autem eſſe noſtrum, ex dono & mera gratia, patrem, caput, ſeruatorem, & cõplementũ omnis iuſtitiæ, et omnis boni: vt harum rerum conſtantiſsimam perpetuò concipiamus, & retineamus ſpem, atque inflammemur ad veram Dei dilectionem in Chriſto, & ad amorem proximorum, vt noſtro ſtudio, eos eiuſdem felicitatis conſortes reddamus. Hoc donum eſt quidem imperfectum, in imperfecta noſtra carne, ſed perficiendum eſt opera & virtute Dei: propterea pro eius incremento ſemper orandum, & mentis oculi ſunt in promiſsionem conuertẽdi: atque hac ratione pugnatur contra ſenſum peccati. In illo quarto capite ad Romanos Paulus, vt & Ariſtoteles conſueuit facere, inueſtigando quid inſit illis, quos dicimus fideles, fidei colligit definitionem: Profert Abraham fidei patrem, quòd non conſiderauit mortuum vterum Saræ, ſuum corpus emortuum

B ſe centenarium, colligit: ergo contrarium fidei eſt dubitare, & inquirere de promiſsione. Ad Philipp. 1. dicitur quòd ſit efficax ad omne opus iuſtitiæ. Coloſſ. 1. dicitur Dei afflatus, quo velum tollitur ab oculis noſtris, vt verè cognoſcamus Chriſtum eſſe noſtrum ſeruatorem, & in ipſo Deum, in quo repoſita eſt nobis firmiſsima & certiſsima ſpes vitæ, et ſalutis æternæ, ad quam nos regit et perducit, ea virtute, qua ſuperata morte, et ſubiectis ſibi omnibus creaturis, æqualem gerit cum patre maieſtatem, et potentiam, qua nihil eſt ſuperius: atq; ideo eius vim ad noſtram ſalutem, nihil poterit impedire.

Mors verò Chriſti, et eius reſurrectio fidem noſtram efficaciſsimè confirmãt et à peccatis et mundo, ad Deum ſolum ſuſpicere vehementer impellunt. Ideo Scripturæ ad eam confirmandã, vtranq; nobis proponunt. Rom. 4. et 8. ac paſſim, 1. Petri 1. 1. Corinth. 15. &c.

Super omnia.) Propoſuit Deus filium ſuum omnibus creaturis, quamadmodum paulò ante dictum eſt, vt ſuos ſeruet, et aſſerat à tyrannide diaboli: poſuit, inquam, ſuper omnem adminiſtrationem bonitatis & potenttæ diuinæ, ac gratiarum infuſionem, vt eis impleat Eccleſiam, cuius eſt caput, quę eſt caro de carne eius, corpus eius, os ex oſsibus eius.

Et eum dedit caput ſuper omnia ipſi Eccleſiæ.) Id eſt, præ omnib. alijs creaturis, ſingulari quadam charitate, & maiore, q̃ erga vllas alias creaturas feratur.

C Sapientis eſt gubernare totum corpus: ergo vera membra eius, ei ſe tota cõtradunt gubernanda, Nam ex capite eſt, vt ait etiam Galenus, origo neruorum, quibus omnium membrorum motus & actiones reguntur: Si igitur nos membra eius ſumus, dicamus cum Paulo: Quid me vis facere? & meditemur in lege Domini die ac nocte. nam in ea patefacit hominibus voluntatem ſuam.

Caput in omnia membra vim quandam viuificam influit, ac communicat: ſimilis eſt Chriſti communicatio cum ſuis membris, vt planius in inſtitutione ſacramentorum docemur.

Caput hoc nullum vitioſum ac noxium humorem, nullam pituitam in ſua membra inſtillat, ſed ſolam vitam, & eam æternam.

Si membrum aliquod in naturali corpore obſtruatur, vt capitis gubernationem non admittat, ſtatim profectò morbus oritur, & niſi tollas obſtrutionem vt commodè influat, moritur membrum obſtructum: Ita vbi Chriſtum nõ admittimus, vt plenè nos gubernet & regat, morbi errorum & peccatorum infi-

niti oriuntur in nobis, qui nos tandem necant. D

Si membrum luxatum fuerit, nisi suo loco restituatur, defluũt illuc humores inflammatur membrum, & aliquando totum corpus perit. Ita in Ecclesia, quę corpus Christi est, singuli propriam habent vocationem, in qua si non maneãt, mirabilis confusio ac dissipatio oritur, ideo in sua quisque vocatione maneat.

DE ECCLESIA.

Hîc tota ratio corporis considerandа, quæ nos maximarum rerũ admonent in coniunctione Christi nobiscum, de qua Rom. 12. et infra 5.

Eccleſiæ definitio.

Hîc Ecclesia diffinitur esse corpus Christi. Appellantur autem à iureconsultis collegia quoque corpora, quòd habeant inter se homines illi quandam cõmunionem, ad quam conseruandam & promouendam omnes pro suis viribus conferant. Sic Ecclesia est corpus Christi, id est congregatio hominum, quæ non aliter regitur Christi spiritu, et verbo, quàm totum corpus à capite regatur Et hoc modo, electorum & renatorũ tantùm est, & omnes consociatos in Christo, siue in cælis, siue in terris, rectè comprehendit: Vt in Epistola ad Hebræos capite decimo appellatur, Ierusalem cælestis &c. & soli Deo est nota. Ad hanc non est confugiendum vt doceamur, quia nobis non est nota: sed canonẽ Scri E pturarum de eius consensu, & iudicio vnicum monumentum habemus.

Dicitur præterea vniuersalis Ecclesia, omnium eorum qui vera fide regeniti, hîc à Domino peregrinantur. Sed nec hanc magistram, interpretem, et iudicem Scripturarum, et controuersiarum expectemus: nunquam enim congregatur in eodem loco, nec simul coit. Eadem equidem fide viuit, eodem Euãgelio pascitur, eisdẽ sacramentis vtitur, quanquam disciplina, et ceremonijs differant, sed quæ sunt liberæ. Græci & reliqui Orientales, quia sunt calidiores, multi sunt delectati ceremonijs: frigidi verò Occidentales, contrariò. Vnde Augustinus illud Psal. 45. Circundata varietate, de varijs Ecclesiarũ ritibus intelligit, et vocat Ecclesiam variegatam.

Tertiò, Ecclesiæ dicuntur ad Roman. Corinth. Ephes. cœtus hominũ in singulis regionibns, ciuitatibus, parochijs, familijs, domibus, qui eadem fide, eundem Deum inuocant, et colunt. Ii cœtus, quanuis loco sint dissiti propter eandem inter eos fidem, vnam constituunt vniuersalem Ecclesiam. In his est ministerium, et tractatio verbi, et sacramentorum, ac totius religionis, ex dispensatione & gubernatione spiritus, iuxta verbum: qui spiritus in eis dona necessaria infundit, vt infra 4. Hæc Ecclesia habet suos ministros ordinarios, præsentes, munere fungentes suo, quorum opus est, vt electos Deo pro sua fide, et mẽ F sura spiritus colligant. Nam vt infra 4. Dedit deus alios Prophetas, alios &c. ad quid quæso dedit? vt Romæ ociosè viuant? nequaquàm: sed ad commoditatẽ sanctorum, vt ibidem legis. Profectò quod potest membrum ad conseruationem totius corporis conferre, nõ detrectat officium suum facere: & qui ex hac Ecclesia verè sunt membra, quæ à Domino acceperunt dona, libenter illa communicant Ecclesiæ, in salutem singulorum.

Inter huius Ecclesiæ membra nullum est in terris, quod sit eius caput, sed caput in cælis habet Christum. Principes quidem & singulorum locorum magistratus, capita dici possunt, sed non in Ecclesiastico: verùm in politico corpore, & in politica gubernatione: hæc est Ecclesia cum consideratione, Hic & Nunc. Visibilis est, & eam oportet aliquando, & alicubi congregari vt audiat, & membra eius eam audire debent. Christus ipse per se est eius rector, & gubernator: vtitur nihilominus Angelorum & hominum ministerio: attamẽ suæ ipse semper adest.

Signa eius euidentiæ si vis videre, lege librum de vnitate ecclesiæ contra donatistas. Est ciuitas in monte sita. quæ abscondi non potest. Habet vitæ & salutis ad-

tis administrationem, id est doctrinam verbi, & sacramentorum legitimũ vsum
A & dispensationem, atque disciplinam illam exercet, quæ in Canonicis scripturis à Christo mandatur, atque ei consentaneam habet vitam.

In definitione Ecclesiæ, corpus ponitur vt genus, &, Christi, additur, quæ est differentia. Est autem corpus, aliud quidem naturale, aliud politicũ, aliud mysticum. Nam, vt supra dictum est, collegium quoque à iureconsultis dicitur corpus. Sed intelligunt illi, propter politicam inter collegas coniunctionem, collegium vocari corpus. Cùm verò multò omnium maxima sit inter Christi mẽbra coniunctio, & vnitas: siquidem sunt diuinitus, & per spiritum Dei, non naturali, aut politica affectione in vnum collecti: certè multo magis propriè eorum cœtus dicitur corpus, in quo viuit Christus, & ipsum viuit in Christo. Christi:) In hac voce omnes huius collegij differentiæ, & propria sunt comprehensa. Cùm enim habeat Christum caput, is certè tanquam bonus pastor verbo colligit errantes oues, & venit vt patefaceret patrem, traheret ad se omnia, aperiret mentem, vt vera fide intelligat Euangelium, per quam fidem eos iustificat. Hæc fides est per charitatem efficax, quæ charitas sua non quærit. Est itaque mirabilis membrorum eius vnitas, & coniunctio, vt de primitiua Ecclesia: Erat illis anima vna, & cor vnum in Domino. Item, quia Christus eam per omnia regit, quemadmodum Paulus testatur, vbi infra 5. monet mulieres, vt sint subiectæ viris, sicut est Ecclesia, Christo. Ipse suo sanguine eam purificat, suo spiritu
B viuificat, quanquam vtatur in ea varijs ministerijs, tamen ipse est præcipuus gubernator, primus, & potentissimus. Act. 4.

Et hæc definitio competit etiam vniuersali Ecclesiæ, non tantùm particulari, quæ certo etiam loco congregata est, vt infra 4. & passim fit mentio particularium. 1. Corinth. 3. 11. 14. Roman. 16. de quibus, vt dictum est, mandatum intelligendum est de audienda Ecclesia: et de qua est scriptus ille Augustini contra donatistas pius libellus de vnitate Ecclesiæ.

Vt igitur cognoscas de singulis, num veræ sint Ecclesiæ, cõsiderandum tibi est, quid singulis insit, more eorum qui aliquod vniuersale volunt diffinire: & vbi hæc quæ necessariò Ecclesiæ veræ competunt, non inueneris, ibi nequaquam debes agnoscere Ecclesiam esse.

Porrò dum hîc est, semper Ecclesia permista est. habet oues, id est sanctos. habet hœdos, id est hypocritas. sunt zizania à diabolo: sed sunt hœdi, non oues: inter oues quidem latent, oues autem non sunt: zizania sunt latentia inter bonas segetes, sed bonæ segetes non sunt. Si hæc zizania, & hi hœdi suam aliquando impietatem prodant, disciplina arceri debent, & ligandi ad pœnitentiam: si disciplinam non admittant, et pœnitentiam negligant, sunt habendi vt ethnici, et publicani: et ita de omnibus est agendum, qui Christi membra dicuntur, siue ita reuera sint, siue non.

C Languet quidem aliquando disciplina in Ecclesijs, quæ tamen doctrinã habent sinceram. Sed signa, sine quibus esse Ecclesia non potest, hæc sunt: *Signa veræ Ecclesiæ.*

Si vocem pastoris sui audit. Nam qui natus est ex Deo, verba Dei audit. *Primũ signum. Ioan. 10*

Affine huic est fugere vocem alieni. Ad Galat. 1. Ait Paulus: Si ego aut Angelus de cælo &c. Anathema sit. Per audire vocem, intelligere, prædicare, credere, viuere, colere, ex 4. cap. infra. De administratione doctrinæ, clarissimè vltimo Matth. hanc rationem gubernandi suam Ecclesiam, pastoribus Ecclesiarum commisit Dominus Act. 20. Attendite igitur vobis, & cuncto gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, ad regendam Ecclesiam Dei &c. *Secundũ signũ.*

Tertium proprium, ac signum veræ Ecclesiæ, ex secundo nascitur, & est, vt idoneos habeat ministros, et verbi doctores, fideles dispensatores mysteriorũ Dei. Cui hoc deest, non est Dei, sed diaboli Ecclesia. De eadem re infra quarto. Et vt doctores debent idonei esse, ita populus esse debet audiens, & pabulum quod illi suo tempore Ecclesiæ dant, non respuere. *Tertium signum 2. Tim. 2*

Quartũ signum

Quartum, est legitima dispensatio sacramentorum, quæ etiam ad præceden D
tia sequitur. Nam sacramenta sunt mandata à Christo domino, & ministri verbi
munus est, omnia quæ sunt Christi, docere, & populi, omnia audire. Sic etiam
disciplina à Christo est mandata, cuius ruina est horribilis, & ea profligata, pes-
sundedit omnem doctrinæ, & sacramentorum administrationem, et horribi-
lem superstitionem diabolus substituit. Vbi enim iacet disciplina, dormiunt
homines, & diabolus zizaniam seminat. De disciplina prima Corinth. 5. secun
dæ .2. & 12. 1. Thess. 3.

Quintũ signum

Quintum proprium signum, iustitia est, & sanctimonia vitæ, quibus Deus
glorificetur. Quando enim scelera & omnis impuritas vitæ obtinet publicè: ne
mo potest tales pro filijs Dei, & membris Christi, & corporis eius, quod est san
ctissimum, agnoscere. In Ecclesia verò qui tales sunt, excommunicatione, &
omni parte disciplinæ coercendi sunt: quæ administranda est à pijs pastoribus,
& doctoribus, ac senioribus, electis ex omnibus ordinibus ecclesiasticis. In hoc
1. Ioan. 3 cognoscemus nos nosse Deum, si mandata eius seruauerimus &c. Perseueran-
tia quoq; in vitæ sanctimonia, est necessaria per omnem vitam. Quæ Augusti-
nus contra Donatistas scripsit, valde illustrant hunc locum de Ecclesia. De per
seuerantia locum habemus in epistola prima Ioan. capite tertio. Si ex nobis fu-
issent, mansissent vtique nobiscum. Et illud: Qui natus est ex Deo, non peccat, E
sic est intelligendũ, Non peccat prudens, sciens, nõ peccat impœnitenter, quia
vis quædam Spiritus sancti erigit illum. Licet enim multa peccata circundent
adhuc pios, non tamen in ijs perseuerant, aut ijs consentiunt, cum oppressione
conscientiæ, & legis Dei. Vide Augustinum de pœnitentia contra Donatistas:
& in Lege, et Euangelio sunt dicti peccatores, non promiscuè omnes qui pec-
cant, sed qui scientes, volentes peccant, cùm legis Dei, & propriæ conscientiæ,
oppressione. Ecclesia quæ prædictis notis caret, non est dicenda corpus Chri-
sti: quãquam in ea possunt esse multa membra, sed nõ est societas, spiritu Chri-
sti congregata, constans clero, ministris, plebe, sicut illa septem millia, quæ Baal
non adorauerant, erant Dei. Israeliticus autẽ reliquus populus, qui à vero Deo
defecerat, idola receperat, eis iuramento se adstrinxerat, non erat amplius Ec-
clesia Dei: sicut in ciuitate etiam licet videre. Nemo enim eũ qui ad hostes prin
cipis sui sese receperit, iuramento se illis adstrinxerit, quantumuis fuerit prius
familiaris illi, iam ad illum pertinere dixerit, sed defecisse ab illo: nec habet am-
plius princeps eius salutis, & vitæ curam, vt habebat prius, imò si potest, perdit
eum. Et in Deuteronomio promittit quidem se fore Deum, sed ijs qui seruant
quæ ipse mandat. Scripsit Vincentius Gallus, qui sub Theodosio vixit, præcla-
rum librum de Ecclesia Dei, & de eius officio erga verbum Dei, & canonicam F
Scripturam. Lege Augustinũ contra Donatistas. Ecclesia, verba sponsi adfert
non verba humana. Et Tertulliani, ac Irenæi sententia est: Catholicũ esse, quic-
quid inde ab initio vbique constanter à bonis est seruatum, Scripturę consonũ

Matth. 16 Et Petrus non est dictus Petrus, nisi à petra fundamentali Christo: nec aliud
quisquam potest fundamentum ponere. Alij dicunt, à confessione suæ fidei:
Ergo tu es Petrus, quia confiteris Christum, & super hanc petram confessionis
eius, fundabo Ecclesiam meam. Sic filij Zebedæi dicti sunt filij tonitrui, á voce
Euangelij, quæ per eos longè lateq; resonuit.

Ecclesia est columna veritatis, quæ cum mendacio nil habet commune. hæc
Ecclesia est audienda, quia eius vtitur Deus ministerio in vocatione nostri, vt
habetur: Crediderunt Domino, & Mosi seruo eius. Et hinc illud Augustini ita
ab aduersarijs malè intellectum: Nõ crederem Euangelio, nisi Ecclesia me &c.
Et Paulus laudat illos, qui suum sermonem, vt Dei sermonem, acceperint. Non
enim possumus Deo credere, si eum prædicanti non adhibeamus fidem. Con-
tra hanc Ecclesiam portæ inferorum non possunt præualere, idest, nulla inferna
potentia poterit illam prosternere. In portis exercebat magistratus publicè suã

A potentiam,quia in portis ius dicebatur:& inde translata vox est ad designandam rei vim & potentiam,vt portæ mortis,portæ inferorum &c. Labũtur quidem omnes,etiam sanctissimi,sed in luce veritatis renouantur: adeò vt tandem diabolum superent,vt Galatis & similibus videtur euenisse. Ideo Ecclesia precatur,Remitte nobis debita nostra,& clamat:Erraui,vt ouis quæ perijt:ac petit fidem & iustitiam sibi augeri. Daniel certè & Ezras,ac alij sancti in veteri Testamento confitentur sua,& Ecclesiæ peccata. De eis cùm dicitur, quod non possunt peccare, de perseuerantia tantùm est intelligendum,& de studio peccandi. Item quod Christus dicit de suis ouibus, quibus constat Ecclesia. Audiunt me meæ & sequuntur,de fine loquitur. Peccant,sed non iacent in peccatis,nec regnat in eis peccatum,sed tandem eriguntur,audiuntq́, & sequuntur pastorẽ suum. Et ad Timotheum, Cùm columna & stabilimẽtum veritatis dicitur, nec in alijs commemoratis locis excluditur infirmitas singulorum,& omnium Ecclesiæ membrorum:sed asseritur immutabile esse Dei donum,quo sancti electi sunt, & tandem sunt ab omni peccati labe mundandi,& iustitia,ac veritate absoluendi,iuxta hanc Dei electionem. *Ioan.10* *1.Tim.3*

Obseruandum quoque,quòd cùm spiritus sit,qui in omnem veritatem inducit omnes & singulos, & verbum Dei solùm sit veritas,quia id tantùm audi-
B tur in Ecclesia,quæ est corpus Christi,cuius Christus, nõ Satan,est caput:ideo columna veritatis dicitur. Et valde est absurdum illud, quod plerique de Ecclesia loquentes,sensum omnem communem abijciunt:neque cogitant de singulis eius membris,sed tanquam inanem ideam eam prædicant:& tamen quicquid Ecclesiæ tribuitur,ideo tribuitur illi,quia singulis de Ecclesia tribuitur. Et schola talis censenda est,quales sunt scholastici:& ciuitas talis est, quales sunt ciues. Atque Paulus de Ecclesia Corinthiorum tam magnifica prædicat, in qua tamen deinde tot grauissima peccata reprehendit.

Concludamus igitur,Ecclesiam esse cœtum eorum qui spiritu & verbo Christi reguntur,& cohærent vt membra vera,charitate se mutuò ædificãtes ad pietatem & veram religionem:& quòd quicquid ecclesiæ tribuitur,eatenus ei tribuitur,quatenus ex singulis constat,quibus ea sunt tributa. neque enim aliud, quàm singulis, est vniuersitati promissum,quod doceri possit. Quãquam,quia Deus communicationis est amans,ideo vniuersitatibus,& cœtibus sacris,lucu lentissimè communicat suam gratiam: sed tamẽ cœtus nihil habet quàm quod in singulos est collatum.

Ecclesiæ autem vnitas,in quo consistit? Non in vestibus,non in ceremonijs vt infra quarto videbis. Studentes seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis &c.
C Consistit itaque in vnitate spiritus,charitatis,verbi Dei,Christi,sacramentorũ, & communione donorum,vt in idem conspiremus,idem sentiamus, idem loquamur:nemo se regat,sed regendum tradat spiritui, & Christo, cum voluntate patris nostri cælestis consentiamus. eadẽ probemus omnes,& reprobemus. Nam per spiritum,in eo loco,intelligit vim internam spiritus,ex qua omnia nostra consilia,& actiones proficiscuntur,quæ in omnibus similis,& eadẽ esse debet ei,quæ est in Deo,nobis reuelata in verbo. Vnum verbum,vnica Scriptura baptismus vnus,vna mors Christi,vnus pater,vna religio,vna charitas, idem sacramentum Eucharistiæ,eadem impositio manuum,eadem disciplina, & consensus administrorum, ac eorum quibus hæc administrantur. Denique omnia, quæ ad ædificationem Ecclesiæ instituta sunt,necesse est vt omnia eadem habeamus. Sed quicquid non proditum est in verbo,non est in eo vnitas necessaria,sed est libertas quædam in illis:vt de ritibus humanis variè apud varios potest constitui ad commodiorem ædificationem:nam pro diuersa temporis ratione,instituimus non necessarium,propter necessarium: vt sunt quæ de locis, temporibus,modis,formulis &c. diuersa à diuersis instituta fuerunt. Lege epistolas decimã octauam & nonã Augustini ad Ianuarium. Et prima Corinthio- *1.Cor.14*

1.Cor.14 rum 14. Regulam tradit Paulus, vt omnia ex ordine fiant. Charitas neminem D
lædit. Admiserunt Apostoli quoque non necessarium, propter certam tunc ne
cessitatem, cùm à suffocato iuberent abstinere: est quoq; huiusmodi, quòd Cœ
na Domini matutino tempore peragatur, quòd die Dominico ferietur. Admit
tunt etiam mulieres ad communionem Eucharistiæ, quod nullibi est præcep-
tum. Sed nemo non contentiosus negabit esse ad ædificationem proximi, lau-
dabiliter institutа: non quidem tãquam per se necessaria, qualia sunt, quæ supra
recensuimus.

De Paschate, & ieiunijs fuit magna in antiquis ecclesijs varietas: alijs pascha luna 14. alijs verò Dominica proxima celebrantibus: in qua tamen re ecclesiæ vnitas est seruata hortatu Irenæi, ceremonia existente diuersa. Vide Eusebium libro quinto ecclesiasticæ historiæ. At Antichristi ecclesia, quia in ijs etiam repugnat cum omni honestate & recto ordine, fuit omnino recedendum ab ea, imò etiam contraria via fuit illi occurrendum. De ecclesiæ vnitate habes à Paulo, non est Græcus, nec est Iudæus. Et in extrema Christi oratione, Christus dicitur in nobis manere, & nos in illo, nec plura possumus desiderare ad vnitatem ecclesiæ, vel constituendam, vel conseruandam, quàm quæ Sctiptura tradit. Et hîc in primis deprimendum supercilium humanarum traditionum, de quibus præpostera superstitione digladiatur, contempta doctrina verbi de Vnitate ecclesiarum, ad quam ea tantùm propriè pertinent, quæ à Christo sunt, vel manda B
ta, vel instituta: At quæ contra mores, & fidem pugnant, manifestè illa sunt tollenda: Imò quæ sunt humanitus instituta, & sine graui offensione tolli possunt, tollenda sunt: quia ecclesia non est grauanda præsumptionibus humanis, vt Augustinus iam de suo tempore queritur: & patres idem senserunt in ritibus etiã præcipuis, vt in festis, ieiunijs, modo Cœnæ &c. de quo vide August. epistola 86. ad Cardulanum Episcopum. Tantùm in ijs ecclesia, vtilia, & recta statuat, & priuati rectè instituti, sese studiosè non subducant, & pacem contra conscientiam turbent.

Est quoque in Patribus piè videndum, quando simpliciter docent, quando non: nam cùm agunt contra aduersarios, omnia amplificant, quæ contra eos faciunt, vt Hieronymus contra Iouinianum modum se excessisse fatetur. Et qui etiam veteres sunt, & valde antiqui ritus, vt est chrisma &c. tamen quia ad tam fœdam impietatem pertracti sunt, & degenerarunt, retineri nullo modo possunt: vt etiam serpente æneo per Ezechiam comminuto legimus. Ad instaurationem enim pietatis, omnia in ecclesia debent geri, & institui: & curatoribus ecclesiarum mandatum est, vt doceant ea, quæ Christus mandauit: nõ ergo debent se tyrannos constituere, exigendo â conscientijs obseruationem eorum, quæ non mandauit Christus. Atque in summa ritus ad tria referuntur genera.

Primum genus est eorum, de quibus est in Scripturis expresè mandatum.

Alterum est eorum, quæ licet non sint expresè mandata, tamen ea possunt F
demonstrari ex Scriptura esse, non contentioso, docili, pio: & si non tam euidẽter, vt primum genus. huius generis est baptisma infantium, Dominicus dies, Cœna Domini mulieribus, & similia. & hoc quoq; genus necessarium est per se in hoc seculo.

Tertium genus, ab hominibus sanctis in ecclesia instituti, qualis est modus precum, tempus ieiuniorum, ratio lectionum, locus, & similia: & hoc genus, si tamen non repugnet diuinæ voluntati, sed ad eam, vt ad scopum, & finem omnis sanctæ doctrinæ tendit, liberum est, seruata tamen pace & charitate. Rara autem admodum est illa κοινωνία sanctorum, vt omnes sint Deo & proximo cõsecrati, & toti sint sanctis ecclesiæ institutis concrediti, & contraditi, vt in primitiua ecclesia clara fuit. Act. 2.3.4.5. cap. Ioan. 17. Philip. 2. Rom. 12. 1. Corin. 12. infra 4. Et est clara, vbicunque est maxima charitas, qua Deum & Christum eundem habent, ac mutuò quoque sibi communicant, quęcunque acceperunt spiritua-

A ſpiritualia & temporalia à Deo communi patre,ac Domino:quiſque ſuo loco, iuxta Dei vocationem,qua optimè tota eccleſia,& aptiſsimè compingitur,manente ſemper munerũ & diſpenſatorum proprietate,& diſcrimine. Actorum caput ſecundum oſtendit communionem fuiſſe ſpiritu, ſacramentis,verbo,precibus,& omni re ſpirituali,priuatim ac publicè: & hæc communio poteſt cum abſentibus quoque ſeruari ex æquo. Eſt deinde beneficentia, qua temporalia noſtra,omnibus etiam abſentibus quantum quiſque opus habet,pro noſtra facultate conferimus. Quantum quiſque opus habet,eſt modus communicationis,& habemus exempla miſſarum eleemoſinarum. Eſt hæc cõmunicatio multo magis cum præſentibus,quàm cum abſentibus, & arctiſsima non poteſt nõ eſſe, vbi viget vera charitas. Proponamus nobis Paulum, reliquos Apoſtolos,& diſcipulos:imò Chriſtum ipſum,qui nihil prætermiſit, ac vitam quoque in noſtram ſalutem contempſit. Quid non optant ſibi Paulus & Moſes pro ſalute ſuæ gentis? Quid non ſuſtinuerunt illi fundatores Eccleſiæ? quos refugerunt labores? quæ incommoda nõ ſubierunt,vt fratribus prodeſſent aliqua in re? Si ſint abſentes, epiſtola mone,munera mitte &c. ſi præſentes,age verbis,vita,iuua omnibus modis. Qui valde ſe mutuò diligunt,ac etiam ij, quorum ſimilia ſunt ſtudia,ſæpe conuenire ſolent,ſeſe mutua oblectant præſentia. At mul-
B tò ſolidior eſt charitas Chriſtiana. conueniendum ergo eſt frequentius. Mercatores parum alioquin inter ſe amici,quia ſocij ſunt in lucro,vt lucrum magis augeatur,& damna farciantur,libenter ſæpe conueniunt. Nos verò, qui cæleſtem negociationem adminiſtramus,in qua negociatione multum peccamus, multo libentius debemus conuenire,nos mutuò docere,hortari, monere, incitare verbo,vt damna peccatorum per vitę mutationem,preces,charitatem,eleemoſynam &c. farciamus. Conueniendum itaque nobis,& frequentius, & arctius. Atque qui ſunt ab hac ratione conueniendi alieni, à canonibus Eccleſiaſticis meritò iudicantur ſchiſmatici & hæretici. Vide 18. homiliam Chryſoſtomi in poſteriorem epiſt. ad Corinth.

Conſiſtit hæc communio primùm,vt ſimus vnum cum patre & filio. Epiſtola prima Ioannis,& Euangelio Ioan. 17. Deinde,vt eandem cum omnibus ſanctis mentem habeamus: & eadem fide Deum eundem inuocemus & colamus, ac mutuo tanquam membra amplectamur.

Atque debet noſtra cum præſentibus communio longè plenior eſſe, quàm cum abſentibus, vt ſupra dictum eſt. Vltima communicationis eccleſiaſticæ pars,eſt diſciplina,vt ſimus ſoliciti de mutua ſalute,de qua in Moſe præſtantiſſima continetur imago. Eſt autem diſciplina publica, vt quemadmodum vno
C baptiſmo baptiſati ſumus,& Deum vnum colimus:ita delectemur vno cœtu, idem prędicemus,idem ſentiamus. Priuato verò eſt,vt mutuò nos curemus, & munera non confundamus.

Sed videamus quid adferant aduerſarij contra ea,quæ de Eccleſia diximus, & reuellamus eorum argumenta.

Controuerſia prima.

Prima controuerſia eſt de definitione eccleſiæ,& membrorum eius, quæ data eſt ex verbo Dei. Illi contradicunt: Eccleſia eſt congregatio omnium baptiſatorum,qui ſe tradunt & conſtituunt in poteſtate & diſciplina Romanæ eccleſiæ,& ordine hierarchico. Et membra vocant etiam,quorũ fides,eſt fides mortua,quiq; ſunt ſcelerati,dummodò agnoſcant Romanum Pontificem, & eius diſciplina vtantur,& doctrina vtantur,etiam ſi peſsimè viuant:eũ qui aliter docet,ſchiſmaticum vocant. At Electi Chriſti tantùm ſunt membra eccleſiæ: & ij duntaxat,qui Chriſti diſciplinæ,verbo & miniſterio ab eo inſtituto ſeſe permittunt,in eo manẽt,illud viuunt: vt dictum eſt,vbi eccleſiæ notas deſcripſimus. Et quod citant de virginibus,inter quas erant quinque fatuæ:& de ſagena bonos & malos piſces congreganti:item de paleis & tritico: de non habente veſtem nuptialem, vt confirment flagitioſos eſſe membra eccleſiæ,paralogiſmus

est accidentis, & à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter. Tales enim sunt D
abominabiles coram Deo, & sanctis Dei: vt quę adducunt, non pro eis, sed cō-
tra eos faciant. Nam quod de paleis & tritico, bono semine & zizanijs, stultis
& sapientibus virginibus, putribus & bonis piscibus, arboribus viuis & mor-
tuis, hœdis & agnis, nihil aliud probant, quàm esse quàmplurimos ex diaboli
membris, qui sunt adhuc inter vera membra Christi: sed tamen nihil ad ea per-
tinent. Non sunt Dei, nec sunt membra Christi, in quo, qui manet palmes, fru-
ctum facit. Quod verò adferunt de electis, quòd viuant aliquādo sine fide, sub
incredulitate, & tamen vera sunt membra. Respondeo: Coram Deo sunt vera
membra, sed nobis non sunt tales habendi, donec reconcilientur Deo & eccle
siæ. Idem respondemus ad id, quod de sanctis lapsis dicunt. Quatenus labun-
tur à fide, non sunt de ecclesia: sed ecclesiæ postea reconciliantur, atque restitu-
untur, vt factum est in Petro. Eius nunc es membrum, cui nunc seruis. Idem
respondemus, cùm dicunt: Impij iustificantur, ergo impij sunt de ecclesia. Nō
quatenus impij sunt, iustificantur, & quatenus tales sunt, nec sunt membra Chri
sti, nec sunt membra ecclesiæ. Nobis mandatum est, vt ex fructibus eorum co-
gnoscamus eos. Deus nouit qui sunt sui, & ea cognitio hoc habet fundamen-
tum, vt recedat ab iniquitate, qui inuocat nomen Dei. Nam qui nō est natus ex
Deo, non est membrum Christi. Quod etiam de nescio qua miraculorum fide,
&c. dicunt, leue est. Nam fides miraculorum, nō est fides, nisi vt homo mortuus E
est homo: & talis non facit Christianum, nec iustificat. Christus dicit de illis qui
in nomine eius prophetauerint, & miracula fecerint: Amen dico vobis, nō no-
ui vos. Nunquid, si essent eius membra, caput posset ea ignorare? Et Augusti-
nus dicit, Ecclesiam Christi quærendam esse in verbis Christi. Hæc dixisse iam
sufficiat: Satis enim iam ex dictis intelligi existimo, qui vera sint Christi & ec-
clesiæ eius membra, qui non.

Altera controuersia.

Altera controuersia est, an sit Ecclesiæ vnum caput in terris, cui oporteat
omnes subijci? & an illud sit Romanus Pontifex? In hac controuersia aduersa-
rij nihil habent antiquius, quàm consensum. Sed non tamen fuit consensus, qua
lem ipsi fingunt: nos, quid Scriptura nos in hac controuersia doceat, profera-
mus. Dico igitur, non tantùm non debere nos, sed etiā non posse tolerare. Spi-
ritus paracletus solus est, qui nos inducit in omnem veritatem hodie quoque
vt prius fecit, & est porrò facturus: ille sua dona singulis distribuit, prout vult.
Et vniuersæ ecclesiæ episcopatus vnus est, cuius omnes ritè instituti episcopi
habent singuli eius vnam partem in solidum regendam, vt ait Cyprianus, & ea-
dem est omnibus ac æqua potestas. Cyprianus hæc ex catholica sententia tra-
dit, cui vsque ad Gregorium creditum est: deinde omnium patrum est consen-
sus, Petro quidem primùm traditas fuisse claues, at non soli: postea enim, etiam
reliquis. Legatur Cyprianus. Item Gregorius quoque dicit: Qui se facit vniuer F
salem episcopum, præcursor est Antichristi. Et episcopum esse, vt scripturæ san
ctæ requirunt, exigit vt sit præsens, & præsens præsentem gubernet, pascat, do
ceat verbo, sacramentis, & disciplina, iuxta verbum Domini. Sed hoc non po-
test Episcopus Romanus. Lege Registrum Gregorij à 31. epistola, vsque ad
40. requiritur vt totum regnum Dei possit, & sciat administrare.

Habeat igitur quælibet ecclesia suum episcopum: & legantur quæ in concí-
lio Calcedonensi decreta fuerunt. Legatur Cyprianus in epistola tertia primi
libri ad Cornelium episcopum Romanum. Et Paulus & Barnabas in singulis
ecclesijs præsbyteros constituerunt.

Aiunt etiam, ecclesia Dei regno sæpe confertur, & Dei imperium est monar
chia: ergo debet imperatorem vnum habere hîc in terris: quia quæ est in terris
ecclesia, regno assimilatur.

Respondeo: Si in terris detur talis monarcha, qui vbique possit adesse, suos
seruare, intus in corda oculis suis penetrare: feratur. At quis potest hæc, præter

Deum

Deum ſolum præſtare? Sit itaque ipſe ſolus ſuæ eccleſiæ vniuerſalis epiſcopus,
A & monarcha. Adducunt etiam maxima impudentia, quòd de ſacerdote conſu- Deut. 17
lendo legitur. Si incidat controuerſia inter ſanguinem & ſanguinem &c. ve-
niant ad ſacerdotem dierum illorum, & ad Leuitas &c. & cum noſtra condi-
tio non debeat eſſe deterior conditione veteris Iudæorum eccleſiæ: ergo in-
quiunt, in noſtra quoque eccleſia vnus eſſe debet, ad quem iſta referantur. Ex-
pende quæſo locum, & videbis quàm faciat pro illis. Primùm, non ad vnum iu
betire, cùm ſacerdoti adiungit laicum quoque iudicem, ſiue magiſtratum ſu-
premum. Deinde quarum ibi fit mentio, controuerſiæ ſunt temporales, nulla
ibi mentio cauſæ religionis. Iudæorum ſacerdotum iudicio, in cauſis doctrinæ
cæleſtis, nec Prophetæ, nec Chriſtus paruit, ſed ſoli verbo Dei. Quod ſi licuit
illis quidlibet ſtatuere, iure Chriſtus eſt crucifixus, meritò Prophetæ, & A-
poſtoli ſunt interfecti: Aiunt: Petro eſt dictum: Paſce oues meas. fateor: ſed
nõ eſt dictũ, Paſce ſolus oues meas, nec paſce vniuerſas. An nõ Paulus & Bar-
nabas æquè ac Petrus ſua doctrina fundarunt eccleſias, & pauerunt Chriſti o-
ues, eius mandato?

Tertia controuerſia eſt de antiquitate Eccleſiæ, quam priorem fuiſſe dicunt *Tertia con-*
quàm fuerit Scriptura, vt tempore Adam, & in Arca Nohæ, & ætate Abrahæ. *trouerſia.*
Sed manifeſtus eſt paralogiſmus, vel paranomia accidentis. Eccleſia fuit ante
verbum ſcriptum, fateor: Sed quod tum non erat ſcriptum, inde fuit ab initio,
B & per ipſum fides, quia fides ex auditu verbi ab æterno ex ore Dei prolati. Scri
ptio deſiderabatur, ſed verbum extabat, quod deinde in literas eſt relatum. Nul
la eccleſia eſt ſine fide, & nulla fides ſine verbo. Verbo fuerunt regeniti, quicun
que vnquam fuerunt ſancti.

Authoritatem quoque tribuunt eccleſiæ, ſupra Scripturam, quia ab ea habe
mus libros, ideo eccleſiam dediſſe Scripturis autoritatem volunt. Reiecit Euã-
gelium Nicodemi & Thomæ, approbauit autem Matthæi, Marci, Lucæ, & Io
annis Euangelia. In hoc argumento valde triumphant aduerſarij, cum tamen
nihil ſit quàm craſſus, & impudens paralogiſmus accidentis. Nam diſcernere
ſpiritus, & dijudicare, non eſt autoritatem præbere ſpiritibus, ſicut diſcernere
metalla, non eſt ea bona vel mala facere. Ita dijudicatio diplomatis principis,
quæ fit à ſubditis, non dat autoritatem diplomati, ſed ipſam authoritatem, quæ
eſt à maieſtate principis, ſine errore recipit ſubditus agnito principis diploma-
te. Offertur coronatus, probas num habeat iuſtum pondus, num inſit fucus,
num aurum ſit bonum, ſed coronato non conſtituis precium. Quod Accade-
miæ mittitur regium diploma, explorat cancellarius, ſiue rector: verúmne ſit di
ploma, an ſuppoſititium, priuſquam toti corpori vniuerſitatis promulgetur.
Non autem tribuit autoritatem ei: ſi verè ſit diploma regium, à rege habet au-
thoritatem.

C Diabolus, ſacramentis Chriſti ſua miſcuit ſacramenta, diuinis etiam libris
ſuos miſcuit, & diſcreuit eccleſia diuinos à diabolicis, non tribuit illis autorita-
tem, ſed alijs derogauit, ac diuinos non eſſe oſtendit. Abſit, vt homo autoritatẽ
tribuat verbo æterno Dei. Chriſtus quanta ſit diuinæ ſcripturæ autoritas, do-
cuit, cùm dixit: Scrutamini Scripturas. Verbum eſt æternum, ergo eius auto-
ritas æterna. Neque vnquam inuenitur concilium collectum fuiſſe, vt de Ca-
none Scripturarum decerneret: ſed ſpiritus corda omnium fidelium, omnium
temporum permouit, eiſq; perſuaſit, vt canonicis libris ſuam tribuerent autori
tatem, alios abijcerent. Nihil poteſt eccleſia quàm monere, indicare, plantare,
rigare &c. Et ſi tanta eſt hominum in eccleſia autoritas, quare non perſuadent
Turcis? Cur non eó adigunt Mahumeticam ſectam? Quare apud omnes eadẽ
authoritas non valet etiam inter Chriſtianos? Sed opus eſt regenerari à ſpiritu,
mentem illuminari, vt illas Scripturas pro mero, puroputo & æterno verbo
Dei habeamus, à quo omnis de religione eſt petenda autoritas.

Augustinus de Vnitate Ecclesiæ 17. dicit, se nolle inniti nisi solis Scripturis. D
Et Luc. vlt. Christus ex Scripturis ea probat, quæ de Christo cum euntibus in Emaum disserit: non miraculo probat ea, non ipsa sua resurrectione. ergo ecclesia quoque suam semper autoritatem accipit à Scripturis, quibus, ipsum eius caput Christus autoritatem tantam tribuit, & post Christum Apostoli, & Martyres quoque antiquissimæ ecclesiæ idem fecerunt. Vbi est successio in integritate doctrinæ, ibi est eadem autoritas. Irenæus quidem contra Marcionistas & Tertullianus de Præscriptionibus, vrgent autoritatem ecclesiæ, sed quæ integritatem doctrinæ habet. Quapropter suarum rationum probationes ex Scripturis desumunt, tanquam ex certissimis demonstrationibus: & vterque non aliam traditionem Apostolicam agnoscit, quàm Symbolum. Quod quid aliud est, quàm summa Scripturarum, qua salua, omnia reliqua salua quoque sunt?

Considera iam mihi Romanam ecclesiam, & vide num integritatẽ retineat doctrinæ, vt scias num debeas & tu, aut possis istorum exemplo, eius vrgere autoritatem.

Sed instant adhuc, & aiunt aduersarij: Habet potestatem mutandi Scripturã Mutauit sabatum in Dominicũ diem: Baptisauit in nomine Christi: Iussit abstineri à suffocato &c. Sed calũnia est. Paralogismus est. Lucas in nomine Christi baptisatum fuisse, recitat: At nos, cùm eius iussu, & verbo baptisamus, an E
in nomine Antichristi nõ baptisamus? & quomodo potest verè & solidè Christi nomen esse, sine conuinctione totius Trinitatis? Non ergo quicquam tum mutatum fuit, neque nos id facientes, quicquam ex Scripturis mutamus.

De Sabato, omnis Scriptura dicit œconomiam Mosaicam finem habituram fuisse aduentu Christi. Adorabatur Deus in certo tantùm loco, iam vbique adoratur: externis olim, & eis multis ceremonijs, nunc ceremonijs sublatis adoratur in spiritu & veritate.

Et Sabatum duo habet quæ sunt consideranda: certi diei circumstantiam, ce
Infra 1 lebrationem, & externam obseruãtiam: cessationem nimirum à negocijs, quod sublatum est. Interna verò & spiritualis ipsius mandati ratio, ad cultum retinendum & instaurandum: ad eius verbum audiendum &c. At quia vtilissimum est & est æternum, dum ecclesia in terris durabit, ideo nec vnquam ipsum ecclesia mutauit, nec mutabit vnquam. Nec fuit necesse eundem hîc seruare diem. quapropter diem resurrectionis Christi, ab initio ecclesia designauit, quo omnes Christiani, tantùm instaurandæ religioni vacarent. Quare & Apostoli prima sabatorum erant congregati &c. testantes de resurrectione Domini. Quod ad decretum Apostolorum de suffocato attinet: certùm est omnibus non contentiosis, fuisse decretum temporarium, quia Iudæorũ erat in Ecclesia maior pars, F
& ægrè discedebant à ceremonijs. Vt igitur facilius Gentiles & Iudæi coalescerent, decretũ id fuit ad tempus. Ex Actis & Epistolis apparet, quàm tenaces Iudæi suarum fuerint ceremoniarum. Vbi igitur causa desijt, desijt etiam decretũ: quanquam sunt qui scribant, esse seruandum. Sed Scriptura dicit: Omnia munda, mundis. Nos autem liberare à pedagogia Mosis, non est soluere legem: vel ipse etiam Christus soluit legem.

Adducitur etiam illud Augustini contra fundamentum Manichæorum, Nõ crederem Euangelio &c. Sed idem Augustinus dicit, suamet scripta debere ad veritatem Scripturarum examinari, & eatenus credi, quatenus consentiunt illi, quod omnes pij facere solent, & debent, nec certi aliter quicquam de doctrina cælesti statuunt.

Deide aduersarij legunt: Nisi ecclesia me cõmoueret, & tamen aliqua exemplaria habent, commoneret, non commoueret. Et in libro quarto suarum Confessionum testatur, Scriptura se fuisse illuminatum, & planè conuictum. Itaque siue legas commoueret, siue commoneret, certum est hanc fuisse eius sententiã nisi ei Ecclesia Euangelium prædicando, & recitando, ipsum proposuisset, vt

proponit

A proponit omnibus, dum publicè illud legit & prædicat, atque ita faciẽdo me, quantum in ea est commonuisset, atque etiam commouisset, non audiuissem, neque legissem Euangelium, atque ideo nec crederem ei. Nemo enim credit Euangelio, nisi sit aliquis qui doceat Euangelium: & nisi audiamus qui offerunt prædicando regnum cælorum, quomodo possumus regnum cælorum credere? Sed vt credamus non est opus ecclesiæ, sed est donum Dei, & solus eius spiritus afflatus id in nobis facit: alioquin omnes ex æquo crederent, & persuaderentur. Semper necesse est, vt quod Dei est, Deo relinquamus, quod hominis est, tribuamus homini. Confer Deum & hominem inter se, & quanto maioris autoritatis Deus est, quàm homines, tanto maioris debet esse autoritatis eius verbum, quàm verbum hominum.

Alia controuersia est, quòd illi dicunt, Ecclesiam non posse errare. Nos contrà respondemus. Hæc propositio habet multiplex attributum. Est enim triumphans ecclesia, quæ non errat: est rursus militans ecclesia, quæ cõstat veris Christi membris, in Christo Domino viuentibus. *Quarta controuersia.*

Si de Ecclesia itaq; loquamur, quã ipsi Ecclesiam dicunt, in qua membris veris commiscent flagitiosos, hypocritas &c. profectò crassissimè errat in fide, & factis abnegat Deum. Vis videre tales errare in fide? quis quæso sciens, & prudens præcipitaret se, propter leue aliquod commodum in profundissimam voraginem, vnde emergere nunquam posset? Si ista, quam vocant, ecclesiam, cre
B deret verbo Dei, suis certè impijs multis traditionibus, & decretis, sua item vitã nefanda se nequaquam pessundaret, vt hîc ad horas paucas commodè viuere liceret. Si cùm ad ecclesiæ authoritatem nos mittunt, quòd ea non erret, vellẽt illa falsa membra à reliquis separare, illa ecclesia nullo certè loco est, nec coit vnquam simul, vt adiri à nobis possit vniuersa: & particularis vera ecclesia est cœtus duorum vel trium quoque hominum, deum verè colentium. Illi ne cogantur ab errore semel commisso discedere, ad ecclesiam nouam, quam confinxerunt, & vocant ecclesiã repræsentantem, confugiunt. Et hoc suum inuentum, & nouum commentum putant ex capite octauo primi libri Regum, optimè cõfirmari, vbi principes tribuum &c. vocat vniuersum Israelem, quòd vniuersum Israelem repræsentarent.

Respondemus ad hanc crassam subtilitatem. Illi rectè repræsentant quamlibet communitatem, qui habent mandatum ab illa, & non excedunt illud mandatum, si non sit illis quicquam commissum à communitate, vel si quod commissum est illis, excedant illam communitatem, amplius non possunt repræsentare: neque enim amplius agunt negocium communitatis. Quapropter nec ratum communitates habent, quod illi præter acceptam ab ipsis potestatem, decernunt. Quæ autem ex accepto à communitatibus mandato agunt, communitates agnoscunt, & ratum habent. Sic ecclesia, hactenus recipere debet horũ
C decreta, quatenus illi intra limites acceptæ potestatis sese continent. Sic aliquã do piè sunt recepta, quæ pij homines post Christum in concilijs ex puro verbo Dei nihil subtrahendo, aut addendo statuerunt: nec pij aliud quicquam adferre solent, quàm quod à Christo acceperunt. At quam quæso ecclesiam repræsentant Tridentini, Bononienses? Nullus creatur episcopus sine simonia, quæ fuit prima hæresis.

Est enim simonia, cùm aliquod ministerium sacrum obrinetur, vel gratia, vel obsequio, vel precio: nulla alia ratione nunc eò perueniri potest. Sunt igitur hæretici omnes: at hæretici extra ecclesiam sunt, nec possunt eam repræsentare. Christus Dominus noster nos ad Scripturas mittit. Et Ioan. 5. ad Spiritum sanctum Scripturarum interpretem: quod & Augustinus de doctrina Christiana: eódem mittit Paulus suum Timotheum. Sed, vt illis respondeamus. Si accipiant ecclesiam pro congregatione hominum flagitiosorum, qui sunt membra mortua, ea semper errat. Si intelligunt ecclesiam represẽtatiuam, sunt fla- *Simoniæ definitio.* *1. Timoth. 1.*

gitiosi,simoniaci, dent similes Apostolis, &sanctis martyribus,& sinant nos v- D
ti regula illa. A fructibus eorum, eos agnoscetis. Vera quoque constans veris
Christi membris,aliquando in negocio etiam Euangelij non rectè incedit, & si
ea non errat,ita,vt in errore perseueret,vt exemplum Galat. & Corinth. docet:
Sub Valente, & Constantio,proh dolor,nimis grauis fuit Ecclesiæ, quam isti
errare in fide non posse dicunt,lapsum in hæresim Arianam,propter metum Im
peratorum. At illis qui inter eos vera Christi membra erant, Deus adfuit, vt in
errore non permanerent. Supponit enim Deus manum suam,ne sui pereant in
errore,vel fidei,vel conuersationis. Errant oues,vt verè omnes dicere cum Da-
uid possint & debeant:Erraui sicut ouis quæ perijt,sed errantem Christus redu
cit,& nemo potest eam de manu eius eripere,quia est omnipotens. Petrus ip-
se tantus Apostolus,an non grauissimè errauit? Paulus etiam & Barnabas dis-
sentientes ab inuicem,errauerunt. Et vniuersa ecclesia,atque singula eius mem
bra confitentur se peccatores,cùm orant: Remitte nobis debita nostra &c. le-
gantur orationes Prophetarum,in quibus sua,& ecclesiæ peccata confitentur,
& remitti petunt.

Argumentantur: Christus est in medio suæ ecclesiæ,ergo ea non errat. Re-
spondeo: Quod Christus de præsentia sua vniuersæ ecclesiæ promisit:idem
promisit,& singulis,& idem illis præstat. Lege Luc.2. Ioan.14.16, Rom.8. Gal. E
4.Nam quia filij Dei sumus,misit sanctum Spiritum in nostra corda, quo cla-
mamus Aba, pater.& portæ inferi,quæ aduersus Christi Ecclesiam non præua
lebunt,aduersus nulla eius membra vera præualebunt.Illa Christi præsentia re
vera,sola adimit hostibus nostris victoriam,vt non præualeant. At concutiũt
tamen,& sæpe,ac de via frequenter depellunt:coguntq; referre pedem,accipe
re vulnera:sed tandem per virtutem Christi,suo nos spiritu agentis corruunt il
li,& nos victores euadimus. Sic intelligendum quoque, quòd singulis qui in
Domino confidunt,promittitur:nempe quòd non commouebuntur. Atque
illæ amplæ promissiones,protectionis diuinæ aduersus mala, Psalmo 91.& pas
sim,huc quoque sunt referendæ.

Et de promissionibus ecclesiæ factis,donisq; in eam collatis,quod vniuersæ
promissum,aut datum est,certè idem est particularibus in ea,promissum & da-
tum,non quidem omnia omnibus,sed inter particulares sunt distributa:ita qui
dem vt vnus hoc,alius illud:iste plus,ille minus,pro mensura spiritus, & libera
voluntate donantis recipiat. Nec sunt propterea sacri cœtus negligendi, sed
summa religione retinendi:& vt ceruus fontes aquarũ desiderat,optandi, quia
vbi plures, ibi plura Dei dona, & ædificatio maior:sed tamen illa dona in par-
ticularibus residen. Præclara est facta promissio Matth.18.consentientibus su F
per terram,& in nomine Christi verè conuenientibus. Et Iacobi vltimo quoq;
docetur,sacros cœtus Deo gratissimos esse,& orationem quæ à congregatio-
ne fideli fit, valde esse efficacem.Debent itaq; coli sacri cœtus,vt cõmunes pre-
ces fiant,& à pluribus gratiæ agantur,vt charitas erga quàmplurimos exerce-
tur,vt pax & consensus retineatur,disciplina Christi exerceatur. Attamen qui-
libet pius,seorsim etiam inuocat,& habet promissionem exauditionis, si ex fi-
de inuocat. Sic quilibet seorsim,gratias agit,credit,sperat,& filius Dei est, etiã
cùm impeditur,nec potest interesse sacro conuentui:qui cùm possunt interesse
illum contemnunt,meritò schismatici habendi sunt. Paulus iubet petere inter
1 Cor.14 & 12. pretationem ab eo,qui donum habet,non ab Ecclesia,& cap.12.dicit, Singulis
singula,& vnicuique propria esse collata dona,ad id quod expedit.Et Deut.3.
est locus de facilitate intellectus verbi Dei,timentibus Deum,&inuocantibus
Ierem.31 ac credentibus.& cordibus fidelium insculpsit legem suam Deus: atque Isaias,
Ad Legem nos & Prophetas mittit. Deut.20.docemur nobis non esse Deum
alibi,quàm in nobis ipsis quærendum.Ideo ille est consulendus studio, precib.
& linguarum cognitione. Tradamus igitur nos totos Deo,& simus confirma-

tæ ve-

A tæ veritatis, faciendiq; promptè quæ Deus tradit verbo ſuo: & tunc ſalutariter intelligemus Scripturas.

Septimum. Aiunt, eccleſia ſemper eſt paris autoritatis: ergo quæ nunc ſtatuit, tam ſunt ſeruanda, quàm quæ ſtatuerunt Apoſtoli, ſeruanda tum erant. *Septimũ ſignũ.*

Hæc quoq; controuerſia explicatur per definitionem veram eccleſiæ. Poteſtas verò eccleſiæ, eſt in inſtitutione diſciplinæ, & ordinis, ita vt non ad deſtructionem, ſed ad ædificationem, vt omnia melius & religioſius, quæ ad Chriſti diſciplinam pertinent, adminiſtrentur. Vera itaque eccleſia, tantundem poteſtatis habet ſemper in interpretandis Scripturis, adminiſtranda omni parte diſciplinæ & regno cæleſti: Sed nihil de nouo inuehendũ, aut recipiendum. Hæc cautio neceſſariò eſt adhibenda. Quod vetus eſt, ſanctum eſt, quod verò nouũ, adulterinum, vt rectè ait Tertullianus de Præſcriptionibus, & Ireneus 1. cap. li. 3 Neque eſt relictum vllius temporis eccleſiæ, vt de dogmatibus neceſſarijs ad ſalutem quicquam immutatet. Et ſpiritus reuelationis, perfectam Apoſtolos ſalutis doctrinam docuit, vt optimè ex Act. 20. cap. colligunt illi duo martyres Tertullianus & Irenæus: vbi Paulus omne conſilium Dei ſe Epheſijs patefeciſſe dicit. De diſcipiina quoque, & ritibus, quantum eſt neceſſarium ad ſalutem æternam, Chriſtus abundè docuit Apoſtolos, & veterem populum ſuum. Ve- *1. Cor. 1. & ult.*

B rùm, vt ſunt varia ingenia, & mores, nunc viget fides, nunc languet, & penè iacet. Tunc intendi poteſt diſciplina, ſed remaneat ſemper integra verbi authoritas. Imò verbo ipſo omnia confirmentur. Et dat Tertullianus regulam, vt ſcripta Apoſtolica ſcrutemur, atque illis conſentientia recipiamus, adiecta verò tanquam noua repudiemus. Itaque ſpiritus ſibi non contradicit, & nihil adferunt iſti, quod Scripturis non repugnet, & quod ex eis refutari non poſsit. Quod verò conſentit cum Scripturis, conſenſio demonſtranda, & recipiendum deinde illud eſt. Aliter nulla nouatio eſt admittenda: quanquam diſciplina poſsit pro tempore, vt dictum eſt, intendi.

Vltimò de conſenſu catholico eccleſiarum dicendum, vtrum apud aduerſarios pluris fiat, an apud nos: veritas enim conteſtanda eſt in hòc præſtigio, quo externa pax fucũ facit idiotis. Si eſt conſenſus de rebus aliquibus, oportet vt ſit in doctrina, ſacramentis, & diſciplina, quæ ſequitur vita pia, & noua, ſine qua omnia ſunt mortifera. Et primùm conſtat, quòd ſicut Chriſtus & Apoſtoli, ita primitiuæ ac antiquioris eccleſiæ, vſque ad Auguſtinum agnouerunt, ſcripturas ſacras docere neceſſaria: atque magno conſenſu tenuerunt, quòd ea abundè, copioſè & certiſsimè patefaciat, quæ ſunt æternæ ſalutis omnia: Quapropter exegerunt, vt ſine perſonarum diſcrimine, ſacri libri tererentur manibus omnibus. Certè Chriſtus omnia probauit per Scripturas: & Auguſtinus de Vnitate eccleſiæ nihil niſi ex Scripturis demonſtratum recipit.

C Hæc traditio eſt catholica & vniuerſalis, hanc nos petimus ſeruari. Aduerſarij hanc traditionem tollunt, & ſub pœna capitis laicis prohibent Biblia habere in linguam conuerſa vernaculam. Non ergo nos, ſed illi, à conſenſu diſcedunt. Deinde etiam conſtat ex canonibus, ſumptum à Synagoga, & per Chriſtum cõ probatũ, vt in cœtibus ſacris, lectio Bibliorum haberetur, ita vt per annum Biblia tota abſoluerentur, & miniſtri, aut vniuerſa, aut partem explicabant. Lege Euſebium Hiſtoria eccleſiaſtica lib. 5. Et eſt certa ratio, certuſq; finis, qui debet ſpectari, vt ædificetur eccleſia. Quam rationem qui ſequuntur, eum ad interpretandum Scripturas in eccleſia deſignabunt, cui donum interpretandi eſt collatum, ex quocunque tandem gradu fuerit. Hoc factum adhuc eſt temporibus Origenis. Admiſſus eſt Origenes ad proponendum Scripturas populo, antequam ordinaretur: & qui ſpiritum ſequitur, curabit, vt in eccleſia, qui facultatem habet, cuiuſcunque ſit gradus, verbum populo proponat. Hoc quod ab antiquo traditum eſt, nos recipimus: at illi reijciunt. In Laudicenſi concilio, & alibi, prohibetur, ne quid legatur in cœtu, niſi ex Scripturis per dies feſtos, vt

Christi quoque tempore fiebat: & tempore Apostolorum Act. 15. atque lingua D
Luc. 4 cognita.
2. Cor. 14 Aduersarij recitant martyrologia, & legendas cõfictas, atque id lingua peregrina. Nos & Biblia tantùm legi cupimus, & ea lingua, quæ vulgo intelligatur. Nõ igitur nos, sed illi nituntur contra hanc diuinam & antiquam traditionem. Lectorũ speciem exhibent quidem illi. sed vbi est visus vnus verus lector in ecclesia eorum? vbi vnus religiosus Scripturæ interpres? Consensus est omnium antiquorum, & obsignata apud illos doctrina, quòd omnis nostri apud Deum iustificatio gratuita est per fidem, quam spiritus infundit.

Augustinus primo, & secundo libro contra Pelagium, adducit antiquorum omnium consensum de hac doctrina: nos id docemus, ac apud omnes obtinere cupimus, aduersarij præparationem, meritum & alia nostra, gratiæ Dei commiscent. Omnis vetus ecclesia, Tertullianus, Irenæus &c. vsque ad Basilij tempora, vnum nobis docuerunt mediatorem esse Christum, iuxta Spiritus sancti doctrinam Rom. 8. Cyprianus quoque alium ignorauit mediatorem. Nazianzenus deinde, & Prudentius in hymnis suis, nouam doctrinam de inuocatione sanctorum inuexerunt peruersè: quia sine Scriptura, imò contra Scripturam.

Nos regulam Tertulliani secuti dicimus, quod prius verum est, quod posterius falsum.

Sacramẽta â Domino instituta recognoscimus, ac exhiberi ea volumus, per E
probatos ministros veris membris ecclesiæ, cum clarissima explicatione mysteriorum: Apud aduersarios omnia teguntur voce submissa, & aliena lingua dicuntur. Ministri sunt plerique spurcissimi, & indoctissimi: nihil pensi habent quomodo pietas per sacramenta restituatur & conseruetur.

Baptisma cum summa religione est antiquis administratum, vsque ad Carolum Magnum. Apud aduersarios omnia sunt ludicra, etiam in primo sacramento, quo Deo incorporamur, & Christi sanguine abluimur. Nos illam in eo antiquam grauitatem & religionem reuocari cupimus. In sacramento corporis & sanguinis, qui Cyprianum legerunt, sciunt quanta ille religione, purũ Christi
Chrysost. in 1. Corinth. homilia 8. institutum retineri vult. Idem vult Chrysostomus. Nihil de missis, in quibus nihil est non impium, vel per se, vel propter superstitionem.

De ritibus alijs, paucissimos ritus, eosq; bene explicatos, & religiosè exhibitos, vetus probauit ecclesia apud omnes patres, teste Augustino: & eos quidẽ tales, qui cum Scripturis consentirent, & præsenti populo valerent ad fidei augumentum. Nos hanc moderationem adhibemus. Aduersarij omnia habent ad quæstum perapposita.

In Chrismate, verum est, vetus fuit: sed abusus est manifestus, quia pluris fit, quàm ipsum Baptisma. Et scimus Ezechiam bene fecisse, cùm propter abusum populi, serpentem quem Dominus conflari iusserat, contriuit. Et vbi est nobis mandatum, vt pro sacramento ipsum habeamus? hoc est ingenium nostrum, vt F
homo sibi velit deus esse, & sacramẽta ex suo cerebro sibi fingere: deinde quòd non possit accipi, nisi ab episcopo, nõne fœtus est humanus?

De ceremonijs quæ non sunt expressæ, ac demonstrari ex verbo possunt, illæ seruantur à nobis inuiolatæ: & item aliæ, quæ sine impietate ad pacem & cõcordiam conferunt. Ecclesia ligatur ad verbum sponsi sui: quicquid præterea adfertur, potest aut repudiare, aut nonnisi recta cum ratione retinere. Deposuimus vestes, lumina, & huiusmodi leuissima: quia nec Christus, aut Apostoli eis sunt vsi: nec verbum vllum de eis, aut exemplum habemus in Christi & Apostolorum libris.

Consensus fuit ecclesiæ, vt nullæ in templis essent imagines, de quo vide Epiphanium tantæ autoritatis episcopum. Populus non picturis, sed Scripturis est in pietate erudiendus, & retinẽdus. In eis enim solis est vera omnis pietatis imago. hoc nos sedulò curamus. Aduersarij omnia tanta impleuerunt idolo-

mania

A mania, vt non maiorem apud Gentiles & Ethnicos olim fuisse, non putem.

Fuit vetus consensus de diebus festis, de quo lege Augustinum ad Ianuariũ epistola 118. & Hieronymum in epistolam ad Colossenses, Diem dominicum commemorant, & præter eum paucos. Lege etiam titulum de Ferijs: Vera sanctificatio diei festi, consistit in reiectione omnis carnalis negocij, in conuentione in sacrum cœtum, communicatione verbi, sacramentorum, & disciplinæ, ac eleemosynis. Aduersarij habent innumerabiles dies festos: nihil docent: omnia ad quæstum componunt, sunt in illis festis infiniti gentiles errores, ac superstitiones innumeræ. Populus luxui & vanitatibus tum maximè deditus est, vt Deus multo plus tum offendatur, quàm celebretur, & licentius peccatur: Nos religionem festorum dierum, omni studio restitutam cupimus.

Vigiliæ & ieiunia sunt iam sepulta. nomen quidem supersest, sed res est iampridem abolita. Finis ieiuniorum fuit, vt populus à voluptatibus distraheretur atque studium intenderet pietatis. Vide Historiam ecclesiasticã Socratis cap. 22. lib. 5. & Eusebium in Ecclesiastica historia libro quinto, varijs temporibus, & in varijs locis, varia fuerunt ieiunia. Aliquando feria quarta & sexta septimanæ. De Quadragesima quoque Mediolani in ecclesijs Ambrosij, diem Sabatũ & Dominicum, liberos habebant. Romana ecclesia præter Dominicum diem, tota quadragesima ieiunant. Lege etiam quod de Ieiunio scribitur, de Conse-

B cratione, distinctione prima. Et quanquam publicitus ieiunium obseruaretur, nemo tamen sub peccato mortali ad id cogebatur. De quo legatur Chrysostomus in Genesim 10. Homilia, quem eo loco contra consensum antiquarum ecclesiarum scripsisse, nec nos dicimus, nec aduersarij nostri. Itaque nos iuxta antiquum consensum, ieiunari quidem volumus, sed cuiusque conscientiæ libertatem non adstringimus. Prædicationi pœnitentiæ, in temporum difficultatibus, orationi, Spiritus sancti implorationi, ad intendendas preces, coniungi bonum est, iuxta Pauli & reliquorum Apostolorum consuetudinem, & doctrinã Act. 13. 1. Cor. 7. Dominus præscribit quidem ieiunium, sed diem & tempus non determinat.

Modus ieiunandi, & exempla habentur in Prophetis. Hîc ego (proh dolor) nostras quoque ecclesias reprehendo, quòd quantum ad hoc attinet, multa desiderantur. Sed non propterea Papisticæ sunt meliores, imò longè etiam in hoc corruptiores. omnia enim quæ ad verum ieiunium requiruntur, apud illos desiderãtur. Quæ enim apud illos præparatio? quę sanctificatio? quæ opera? quod ministerium, quo doceatur populus, & ad meliorem frugem reuocetur? legantur conciones patrum de Ieiunijs.

Administratio disciplinæ in eo est, vt si quis manifestus sit peccator, ligetur

C ad pœnitentiam, quæ est affectus, seu passio animi, qua dolemus de peccato, cũ fide, & spe veniæ, ac emendationis studio, siue declaratione huius passionis animi: quæ declaratio apud Patres satisfactio dicitur. Constatq; illa animi conseruatio, submissione sub iudicio ecclesiæ, & exhibitione operum, charitatis erga ægrotos & captiuos, & similes: quibus rebus, olim, nisi seriam pœnitentiam ecclesiæ ostendissent, non admittebantur ad sacramẽta. de qua disciplina legatur Cyprianus, epistola tertia libri primi & epistola 14. & 16. libri 5. & decima septima, & decima octaua libri tertij, ac in sermone de lapsis.

Aduersarij hoc quoque pessundant. Absoluunt post auricularem confessionem, & infiniti sunt magni abusus. ergo non est in illis consensus, cum sanctis antiquis ecclesijs. Ad cleri disciplinam pertinebat, vt eligendus ad ministerium verbi, magna esset præditus sanctitate, & egregia voluntate pascendi gregem Domini, vnde erat graue examen, antequam ad aliquem ecclesiasticum gradũ assumeretur: opus erat testimonio populi, omni seculari curavacuum esse oportebat, pietate irreprehensibili, doctrina saltem mediocri, studium certissimum & ardens ministrandi ecclesiæ. Visitationes fiebant sæpe in episcopatibus sin-

gulis, frequẽtes itẽ ſynodi, & ſi quid graue oriebatur, ibi tractabatur. Hanc diſciplinam profligarunt aduerſarij, & conducunt ſophiſtas, qui ſuis ſophiſticis cõcionibus valeant populum ſeducere, & in iſta tyrannide retinere. Atque ita ſuã tyrannidẽ per illos ſophiſtas ſtabilierunt, vt nec reges, nec imperatores hiſcere contrà audeant.

Quàm viget in illorum eccleſia ſimonia? Eſt quidem ſimonia, quicquid accipitur miniſterij cauſa, præter ſtipendia proprij miniſterij. illi multarum eccleſiarum prouentus occupant, in quibus nihil prorſus agunt, quod ſit ſacri miniſterij. Cælibatus ſemper eſt factus maximi à patribus, propter illud dictũ Pauli, quæ nupta eſt, curat &c. tamen vetuſtiſsimi præferunt matrimonium, nimirũ Cyprianus, Tertullianus, Epiphanius & Auguſtinus in de bono Viduitatis: ac Chryſoſtomus in Iſaiam: & Dominus ipſe præfert matrimonium cælibatui, etiam in electione miniſtrorum, cùm epiſcopum vnius vxoris virum eſſe debere pronunciat. Dona Dei ſunt varia, & multa aliquando concurrunt in eodem homine, nec impedit matrimonium, eccleſiaſticam adminiſtrationem. Quantum ad plebem attinet, dabant nomina, contradabant ſe ſanctificandos miniſterio verbi, ſubijciebant ſe diſciplinæ, excommunicatos habebant, quos eccleſia excommunicaſſet. Idem fieri petimus: ſed inter illos huiuſmodi fieri nihil videmus. Monachi erant pars plebis, manibus laborabant, vt eſſent exemplum B diſciplinæ: tales non reijcimus, & tales non reperias apud aduerſarios.

De exequijs mortuorum, veteres eccleſię gratias egerunt, quòd illi tanta potirentur felicitate, quam ſperauerant: & cætera fiebant piè, quæ apud antiquos doctores leguntur.

Aduerſarij omnia opera pietatis in Purgatorio conuerterunt, de quo vetuſtiores nihil, & Anguſtinus dubitat. De ſucceſsione, illam agnoſcimus, ſed negamus eam eſſe penes titulos: eſt enim tantùm penes verbum & ſpiritum.

Epiſto

A

ET uos, cùm essetis mortui delictis ac peccatis, in quibus aliquando ambulastis, iuxta seculum mundi huius, iuxta principem, cui potestas est aeris, qui est spiritus, nunc agens in filijs contumacibus, inter quos & nos omnes conuersabamur aliquando in concupiscentijs carnis nostræ, facientes quæ carni ac menti libebãt & eramus filij iræ, quemadmodum & cæteri. Sed Deus qui diues est misericordia, propter multam charitatem suam, qua dilexit nos, etiã cum essemus mortui per delicta, conuiuificauit nos unà cum Christo, (per gratiam estis seruati) simulq; cum eo resuscitauit: & simul cum eo sedere fecit inter cælestes, in Christo Iesu: ut ostenderet in seculis superuenientibus eminentem opulentiam gratiæ suæ, benignitate erga nos per Christum Iesum. Gratia enim estis seruati per fidem, idq; non ex uobis. Dei donum est, non ex operibus, ne quis glorietur: nam ipsius sumus opus, conditi in Christo Iesu ad opera bona, quæ præparauit Deus: ut in eis ambularemus. Quapropter mementote, quòd uos quondam gentes in carne, uocabamini præputium, ab ea quę uocatur circuncisio in carne, quæ circuncisio manibus fit: quòd, inquam, eratis in tempore illo sine Christo, abalienati à republica Israelis, & extranei à testamentis promissionis, spem non habentes, Deoq; carentes in mundo. Nunc autem per Christum Iesum uos, qui quondam eratis longinqui, propinqui facti estis per sanguinem Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit ex utrisque unum, & interstitium maceriæ diruit, simultatem per carnem suam, legem mandatorum in decretis sitam abrogans, ut duos conderet in semetipso in unum nouum hominem, faciens pacem: & ut reconciliaret ambos in uno corpore Deo per crucem, perempta inimicitia per eam: & ueniens euangelizauit pacem uobis, qui procul aberatis, & his qui prope. Quoniam autẽ per illum habemus aditum utrique in uno spiritu ad patrem: iam igitur non estis hospites & incolæ, sed conciues sanctorum, ac domestici

B

Dei superstructi super fundamentum Apostolorum ac Prophetarum summo angulari lapide ipso Iesu Christo: in quo quæcunque structura coagmentatur, ea crescit in templum sanctum in Domino, in quo & uos coædificamini in habitaculum Dei per spiritum.

C

ENARRATIO EPISOLAE AD EPHESIOS CAP. II.

Loci quinque perneceſſarij I

IN ſecundo capite tractantur quinq; loci perneceſſarij, vt probè cognoſcantur.

Primus, de noxa peccati, in quo nati ſumus omnes, qui propagati ſumus ab Adam dempto Chriſto, quàm latè pateat, quanta damna adferat: vſque ad hæc verba: Sed Deus cùm diues eſt &c.

II Alter locus de reſtitutione noſtri, & iuſtificationis myſterio.

III Tertius de bonis operibus, eorum neceſsitate, & veris eorum cauſis. Deinde eſt amplificatio vitij naturæ noſtræ, & exaggerat perniciem peccati, atque ita eſt regreſsio ad primum locum.

IIII Quartus locus de vnione noſtri cum veteri populo Dei, cum quo vnũ templum Dei ſumus.

V Quintus de abrogatione ceremoniarum legis Moſaicæ.

DE PECCATO ORIGINALI

ET vos cùm eſſetis mortui.) Primùm in his verbis huius peccati pernicię, & ingens damnum ex noxa originalis peccati in tribus rebus eſſe explicat B

Primùm vita nos priuat, vt non poſsimus veræ vitæ actiones exercere: id eſt nos ipſos mouere ad bene agendũ: & omnibus calamitatibus obnoxios reddit.

Satanæ quoque addicit, & eius tyrannidi ſubijcit. Atque iræ Dei exponit.

Cùm mortui eſſetis.) Translatio eſt à corpore ad animum, qua rectè exprimitur, nos propter peccatum priuatos omni motu & vita ſpiritus, qua moueamur & excitemur ad noſtram felicitatem quærendam, & conſequendam. Talis enim vita eſt nobis adempta per originale peccatum, quod eſt omnium malorum noſtrorum cauſa & origo. Ingreditur autem hanc tractationem Paulus, vt pluris faciamus, & ardentius appetamus gratiam Dei, & iuſtitiam Chriſti: quibus ab hac noxa & reliquis omnibus peccatis ſeruamur & liberamur. Nemo enim dignè æſtimat medicinam, niſi qui probè intelligit morbi grauitatem. Atque primum docet nos eſſe mortuos per hoc peccatum, id eſt priuatos vita Dei, vi nimirum illa, qua per Dei ſpiritum ad noſtram conſeruationem & felicitatem incitamur & mouemur, Deum inuocando & colendo, ac omnem vitã noſtram ad placita eius conformando. Quãquam & hic locus poteſt ad actualia peccata referri, quæ noxæ originali quotidie adijcimus: quibus omnibus fit vt nihil aliud, quàm peccare poſsimus: & nos ad noſtram tantùm perniciẽ mouere, non ad ſalutem & vitam, qua Deo viuimus. Roman. quinto & ſeptimo, vbi docet Paulus per vnum hominem nos eſſe ſpoliatos vita Dei recta & ſancta. Mors primùm quidem ingreſſa eſt per peccatum originale, ſed deinde per quotidiana peccata, quæ originali adijcimus, pedem fixit, & regnum ſuum in vnoquoque homine ſtabiliuit. F

Delictis & peccatis.) Hieronymus hæc ita diſtinguit, vt per delicta prauos motus intelligat, qui tamen non perficiũtur: ac per peccata, prauos motus, qui perficiuntur. Quæ diſcrimina alicubi agnoſcuntur, & alicubi confunduntur. Certum autem & perpetuum eſt, vtroque nomine ſignificari dicta & facta repugnantia diuinæ voluntati. Quicquid enim Deo repugnat, & eius imagini, ad quam conditi ſumus, non conſentaneum vitæ Chriſti, qui eſt expreſsiſsima patris imago, & repugnans noſtræ naturæ, quæ imperfecta iuſtitia fuit ab initio condita. Id totum nihil eſt aliud, quàm peccatum: & à Paulo appellatur peccatum. Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, nec ſeruiatis deſideriis eius. Legatur totũ caput ſextum, & quæ in ſeptimo Paulus de peccato ſcribit ad

Rom. 6.

bit ad Romanos. In ſumma, quæcunque talia ſunt, ſunt deteſtanda, damnanda,
A crucifigenda, ſanguine Chriſti mundanda, & iuſtificanda. Nec inhæret quicquam tale ei, qui perfectè Deũ diligit, & conformis eſt voluntati diuinæ. Quoniam verò in omnibus nobis hæret, noſtram arguit imperfectionem & iniuſtitiam: & quòd Deum non ſatis diligamus, nec ſatis adhuc vnum cum eo ſimus. manet itaq; adhuc peccatum in nobis: ſed danda eſt opera, ne ſpiritum opprimat, & ita in nobis regnet, ut eius deſideriis ſeruiamus. De cogitationibus etiã & conſiliis admiſsis contra Deum, vel proximos, de omiſsis officiis non eſt diſputandum, quin illa quoque ſint peccata omnia. Sed etiam ipſa peruerſitas & imperfectio naturæ in peccatorum genere ponitur: propter quã Paulus ſe miſerum exclamat. Nam nemo miſer eſt propter virtutem, aut propter rem vllam mediam inter virtutem & vitium, bonum, & malum: ſed tantùm propter ipſum vitium & peccatum.

Sed de quocunque peccato Pauli dictum hoc loco intelligas, certum eſt omnium fontem eſſe illud peccatum originis. Mortui autem eramus, non tantùm priuati illo motu, & illa vita qua mouemur & excitamur ad noſtram felicitatem veram quærendam, & agenda quæ noſtrę ſunt ſalutis, ſed adeò ab illa vita, & ab eo motu longè diſceſſeramus, vt ſermonem de eo ne audiremus quidem, nec vllo modo ferremus, niſi ſpiritu Dei in aliam mentem regeniti, & ſpirituali vitæ re
B ſtituti fuiſſemus. Ante regenerationem enim ſecurè peccamus, & de peccatis gloriamur, oppreſſa omni conſcientia, & ſublato omni ſenſu peccati, in ſordib. ſumma ſecuritate iacentes.

Alterum ingens damnum ex noxa originali eſt, quòd hominem Satanæ addicit, & eius mancipium facit. de quo infra quoque ſexto capite, vbi tribuit Paulus Satanæ poteſtatẽ aeris huius. Et 2. Timoth. 2. capti ab eo ad ipſius voluntatem. Vide etiam Coloſſen. 2. Deo ita viſum eſt, cuius iudicia ſunt inſcrutabilia, & tamen laudabilia, vt qui peccato ſe obligauit, etiam ſubijciatur diabolo hoſti humanæ naturæ, qui homini illudat ad contumeliam Dei, & illius exitium. Atque plures ſunt quidem Diaboli, ſed quia in vnum finem & interitum noſtrum conſpirant, ideo Scriptura aliquando illos ſingulari nomine commemorat, & non diabolos & aduerſarios, ſed diabolum & aduerſarium vocat: aliquando etiam plurali numero vtitur, vt ſciamus illos eſſe reformidandos non ſolùm propter verſutiam, & odium immortale in nos, ſed etiam, quòd ſunt vbique prę ſtò plurimi, vt nos perdant. Vnde Petrus nos monet de grauiſsimo periculo quod nobis ab illis perpetuò imminet, dicens: Aduerſarium noſtrum diabolum nos circumquaque cingentem, quærere quem deuoret. Agnoſcamus ergo eorum ingentẽ vim eos præſtare omni arte, verſutia, & indefeſſo ſtudio, vt nos in per-
C niciem peccati & mortis pertrahant, quos ſolus Chriſtus vincere potuit, & ſolus poteſt & vult nos ab illis vindicare. Poſiti hîc ſumus ad depugnandum, & adeſt Chriſtus dux aduerſum illos ſtrenuiſsimus. Noſtrum eſſet officium, vt illum ducem ſecuti, omnia conferamus contra eos, ad roborationem fidei, & iuſtitiæ, qua illis reſiſtamus: Pia colloquia, ardentes preces, coniunctam charitatem, ſummam ſobrietatem, carnis cuſtodiam & mortificationem, abominationem eius quatenus propendet ad ea, quæ ingrata ſunt Deo, & diabolo ſeruit, quo nos decipiat. Vtitur enim ille carne noſtra ſæpiſsimè, tanquam perappoſito inſtrumento ad nos perdendos. Hanc autem vim in nos habent propter peccatum, à quo nos liberari non poſſumus, niſi per noſtrum ducem Chriſtum.

Cùm aeris meminit, alludit ad tempeſtates, & alias calamitates, quæ ex aere proueniunt, adminiſtratore diabolo, de quo in Pſal. Iobo, & hiſtoria Euangelica, quid agat, ſatis clarum eſt. Etenim miniſter & vas iræ Dei. Et ſi enim Deus omnia in omnibus agit, vtitur tamen miniſtris miſericordiæ & iræ, vt ſibi videtur. Sic fecit in Dauide numerante populũ. Dicitur enim incitaſſe Dauidẽ &c.

Nunc agens in filijs contumacibus.) Græcè ἀπειθείας, ſubſtantiuo pro adie-

ctiuo more Hebraico. Significat eos, qui non sinunt sibi recta persuaderi: in il- D
lis potissimum tyrannis diaboli apparet: exemplo sit Iudas, qui Christum prodidit. Operatur quidem etiam in alios, dum peccant, quia omne peccatū eum habet suggestorem: sed non agit in illis efficaciter: Quia qui sunt Dei, audiunt tandem verbum eius, & supponit Deus manum suam illis. Hîc autem considera, quanta sit in homine propter peccatum potestas diaboli. Primùm, quid est miserius, quàm omnium impijssimo, ac omnis impietatis autori crudelissimoq; tyranno seruire? Deinde ita ei seruire, vt quæcunque velit, faciat in nobis?

Tertiò, non sinit nos audire eos, qui ex ea miseria nos eripiant. Hæc mala ne cesse est agnosci, vt discamus verè diligere seruatorem & liberatorem, & nos illi addicamus, renunciantes nobis, & nostræ prauitati, ne nos perdat: renunciantes item nostro hosti acerbissimo, qui nihil præter nostrum exitium molitur.

In quibus nos omnes versabamur.) Quidam putant ex animi dimensione Paulum se alijs coniunxisse. Sed quorsum hoc? Paulus fuit sua natura ita diabolo addictus, vt alij: & ita in eum exercebat ille suam tyrannidem, vt in alios. Et hoc ex Spiritu sancto loquitur, qui vera planè & disertè loquitur. Idem Daniel quoque facit, & in peccatorum confessione se reliquo populo coniungit. Hoc quoque hîc est obseruãdum, quòd Spiritus sanctus de nostri redemptione, restitutione, & iustificatione tractaturus, sermonem præmittit de nostra perditione per peccatum, quò plenius agnoscamus beneficiū Christi, & cupidius quæ- E
ramus plenam nostri restitutionem. Igitur grauitatem peccati exaggerat per tria maxima damna, quæ infert, priuationem vitæ Dei, diuinæ gubernationis exemptionem, & iræ Dei obligationem.

Iuxta seculum mundi huius.) Huius mundi rationem secuti, qui Deū ignorant, Patrem & Filium: imò etiam Deum oderunt, atque ita se habent, vt editi fuerunt in peccatis, non regeniti, & suam innatam prauitatem sequuntur, ac toti sunt in maligno positi, atque incredulitati addicti: veritatem oderunt, & contemnunt, nec audire meliora ferunt, agunturq; spiritu malo, sicut filij Dei regeniti agūtur spiritu Dei. In his peccatis, inquit Paulus, inter eos illisq; similes ambulabamus, id est versabamur. Est enim Hebraismus ambulare, pro versari. Sicut enim qui iter facit, pedem post pedem infert & mouet, sic est humanarum actionum progressus. Ambulare in peccatis, est totam vitam transigere in peccatis. Et cùm dicit: Nos omnes: ostendit quàm latè pateat hæc labes naturaRom. 5. lis. Per vnum siquidem hominem peccatum in mundum introiuit, ac per peccatum mors, & sic in omnes homines mors peruasit &c. Bis repetitur, omnes, vt indicetur nullum esse ab hoc peccato immunem, etiamsi electus sit, vt nos sumus. Licet enim Deus det baptisatis, & dederit olim circuncisis, vt adulti rectam ingrederentur viam: tamen si experientiæ credamus, vsque ad eam ætatē pueri nostri optimè vim huius mali exponunt, rebelles omni bonę institutioni. F
Et pauci etiam sunt, qui non etiam in ea ætate, quæ pueritiam sequitur aliquandiu reijciant, quantum in se est, sortem salutis suæ, quam adepti sunt olim in circunciſione, & nunc in Baptismo. Proinde Paulus pondus & acerbitatem peccati fatetur se satis non intellexisse. Simpliciter ergo hæc Pauli verba sunt intelligenda, sine tropo, vt verè Paulus peccatoribus se connumeret Ephesijs.

In concupiscentijs carnis.) Concupiscentia est deprauatio totius naturæ, Deo rebellis ex ignoratione Dei proueniens, & obsequio sensuum. Et dicitur huiusmodi deprauatio concupiscentia, quòd in concupiscendo res malas, & in appetendo immoderatè bonas, vis peccati maximè sentiatur. Sic est natura nostra corrupta & plena cupiditatibus Deo rebellibus, & ex diametro repugnantibus. Ille naturæ infixit cupiditates & desideria omnium bonorum, quæ ad feliciter beateq; viuendum pertinent: sed ad gloriam suam, vt gratum ei ministerium præstaremus, eumq;, sicut decet, coleremus iuxta eius præscriptum, sine excessu, aut imminutione eius voluntati aduersante, atque nostrum illum finē

impe-

impediente. Verùm peruersa caro nunquam modum seruat: semper nos pleo-
A nexia agit vltra modum, & cum incommodo proximorum. Quis iræ modum seruat, & aduersus peccata tãtùm irascitur, quòd illis Deus sit offensus? Ita gaudium est absque modo, & de rebus, de quibus non esset gaudendum. Ita de spe de metu, de charitate dicendum & sentiendum est. Caro hîc significat totam naturam hominis corruptam. Ioannis 3. Quod natum est ex carne, caro est. Nõ nunquam componitur ei spiritus, vt in posteriore ad Corinthios, & ad Colosſ. 2. mentem carni tribuit: Ne quis vobis palmam interuertat data opera per humilitatem & superstitionem angelorum in his quæ non vidit, fastuosè incedẽs, frustra inflatus à mente carnis, & cætera: cuius carnis figmentum omne, est inimicitia contra Deum, & aduersatur ei: neque potest eius legi subijci. Quare eã oportet renasci, vt ait Christus ad Nicodemum. Sunt itaq; voluntates carnis, de sideria praua. διανοιῶν, significat prauas cogitationes, iudicia, consilia, quę ineũtur antequàm res agantur. Ioan. 3

Hinc apparet peccatum optimam & potiorem nostram partem vitiasse cæcitate & ignoratione principiorum, quæ in nobis sunt corrupta. Et per hanc vocem intelligimus omnia molimina, conatus, omnem sapientiam, vires, instituta, consilia, quæ in non renatis planè Deo aduersantur, vt testatur Ieremias, Genesis & Paulus. Hæc igitur pars lumine fidei prius illustranda est, quàm ali-
B quid boni possit. Hîc reuerẽtia tribuenda Spiritui sancto, & verbo eius, vt nos eius iudicio subijciamus, propter nostri tum corporis, tum animi deprauationẽ & nos totos illi reformandos contradamus. Rom. 8

Et eramus natura filij iræ.) Natura pro principio motus in vnaquaq; re hîc accipitur. Et in hac acceptione natura prima hominis fuit optima, in qua Deus impressit vim mouendi ad salutem æternam, cognoscendo, amando, & colendo Deum. Verùm hæc tota natura peccato perijt Adæ, vt rectè probat Augustinus ad Bonifacium contra Pelagianos, quo ad motus vitæ Dei, licet motus naturales seruauerit: sed qui sunt inefficaces ad vitam Dei, quanuis de virtutibus, de Deo, de operibus Dei, præclara etiam vestigia remanserunt in natura, sed harum rerum magistri, mancipia fuerunt diaboli, & efferebãtur contra deũ atque quod norant, non sequebantur, sed donis Dei sunt abusi omnes. Vnde Spiritus sanctus rectè in Genesi dicit, בל יצר, id est, omnem homini innatam molitionem, esse nihil quàm prauitatem atque peccatum.

Filij iræ.) Hebraismus est, vt filij mortis: & significat addictos gehennæ, dã natos, hæredes iræ Dei, sine vlla exceptione ne electorũ quidem: nam illi quoque sunt natura illi obnoxij & addicti, quanuis misericordia Dei per filium liberantur. Atque cùm nostram naturam damnat, damnat consilia, quibus mala destinamus, etiamsi non perficiamus ea, damnat prauè facta & dicta, damnat prætermissionem officiorum. Loca autem de vi & noxa peccati habentur Ro-
C man. 5. 6. 7. 8. Est autem peccati vox multiplex. Accipitur pro omni ἀνομίᾳ. 1. Ioan. 3. Item pro hostia expiatoria. Christus factus est pro nobis peccatum in secunda ad Corinthios. Sed hæc significatio est translata: illa verò primaria est, & deprehenditur in natura, in cogitationibus, dictis ac factis, & in officijs missis, de hoc naturæ vitio inquit Paulus: Per vnum hominem in mundum introijt peccatum, In mundum, inquit, idest in omnes homines, vbi peccatum accipitur pro eo quod pugnat cum lege Dei. Quod si in omnes homines, ergo etiam in infantes. Et si de infantibus improprie dici videatur, qui nondum actu peccata perpetrant, tamen sunt participes peccati: quia naturam habent Dei inimicam, rebellem eius voluntati, & incredulam, quam, vbi possunt, declarant, & est in illis, vt in alijs Dei imago deleta: atque ideo eo loco à Deo, & eius iudicio ac si destinata voluntate peccauissent. Quod autem in prædicto capite ad Romanos dicit Paulus, quòd peccatum non imputabatur, intelligendũ est, ab hominibus, id est opinione hominum, non imputabatur: alioquin lex & mens dei

Explicãtur quæ de peccato Pau. scribit 5. & 6.

Lege Aug. libro 2. ad Valerium, vbi ostendit ianuam, vnde in pueros irrepsit peccatũ, idq; facit Augusſt. con-

tra Pelagium, et valent eædem rationes contra Pighium.

æterna fuit. Sequitur in eo loco: imò regnauit mors ab Adam vsque ad Mosem in eos quoque qui non peccauerunt. Si in eos quoque qui non peccauerunt: ergo etiam in infantibus. Hîc loquitur de peccati ortu, de ortu, inquam, peccati naturæ, ex quo omnia reliqua demanant. Cumq; paulò infra dicitur: Nam condemnatio quidem ex vno delicto ad condemnationem, eius vis & noxa declaratur. Et in sexto, Quid igitur? manebimus in peccato? &c. Quæ ibi subiunguntur, sunt quoque de peccato originis intelligenda, quòd per sanguinem Christi lauatum esse docent verba illa: An ignoratis quod quicunque baptisati sumus &c. Ne regnet igitur peccatum in vestro mortali corpore &c. Regnat in nobis, cum eius concupiscentijs seruimus & obsequimur: si verò repugnamus, regnat Christus. Vides vnde oriantur prauæ cupiditates. Appellat etiam Paulus aliquando ipsum veterem hominem, & corpus peccati.

D

Vis et noxa peccati originis.

Alterum genus peccati.

Aliud genus peccati comprehendit prauas cupiditates, quæ repellentibus & inuocantibus per Christi meritum, non imputantur nobis, sed sunt tamẽ peccata. Quod hæ concupiscentiæ suggerunt, vbi admissum est, vocatur peccatũ actuale. Si igitur reijcias, & non assentiaris illi vitioso motui, & perturbationi ordinis iustitiæ primæ naturæ impressæ, in secundo cõsistis genere: si assentiaris, ad tertium genus deuenis.

Tertium genus peccatũ actuale

In septimo quoque & octauo ad Romanos, Natura & proprietas peccati naturæ, ex quo reliqua nascuntur, explicantur.

E

Et ex quarto capite ad Ephesios: Hoc itaque dico, & obtestor per Dominũ, ne posthac ambuletis quemadmodum & reliquæ gentes (intelligit non regeneratos): Ambulantes in vanitate mentis suæ: nam peccatum originis mentẽ quoque vitiat, vt mens nihil veri & solidi de vero bono possit cogitare, aut sentire. Et Christus, vt rectè obseruat Augustinus in epistola ad Bonifacium 106. venit seruare quod perierat in natura, non perituram naturam. Estq; mens, siue διάνοια, est pars qua disponimus res agendas, & debet instrui prudẽtia. Sed hæc corrupta, ignorationem mandatorum Dei, & omnium salutarium consiliorum atque eorundem contemptum infert. Ad Titum cap. 3. Eramus quondam & nos stulti &c. id est non valebamus iudicare quæ recta sunt, aut auscultare rectè monentibus. Ex supramemorato & hoc loco Pauli, licet videre quàm horrendam in nobis, & nostra vita deformitatem faciat, dum nõ sumus renati, à qua per Christum regeniti liberamur. Atque definitio clara & breuis peccati, ex his locis colligitur, quæ huiusmodi erit.

Peccati orig. & definitio

Peccatum est iniquitas contra mentem Dei quæ deprehenditur in nobis: id est, vel in natura nostra, vel in naturæ motibus, vel in destinatis consilijs, verbis, & neglectu officiorum, & constat cæcitate, & vanitate mentis, in illis molimínibus & operibus, quæ ab illa proficiscuntur.

F

C

Vt natura peccati clarius adhuc conspiciatur, locus quoque capitis tertij ad Romanos est considerandus: Non est iustus, ne vnus quidem &c. Docent hęc verba, quales omnes, etiam ipsi Electi, extra Christum sint, propterea subijcit:

Coloß. 1. Vt omne os obstruatur. Et in epistola ad Colossenses, idem docet, cùm dicit: Qui eripuit nos à potestate diaboli, Nos ante regenerationem sub tyrannide diaboli & peccati esse, à quo deinde per fidem, redemptionem, & remissionem peccatorum liberamur. Atque ex vi peccati non rectè expensa & cognita, est nostra horribilis securitas in peccatis, qua non consideramus omnia esse peccata, quæcunque sunt in nobis aduersantia legi Dei, & propter ipsa damnari in æternum, nisi remissa sint per Christum.

Gen. 6. & 8. Et in veteri Testamento dicitur: Omne figmentum cordis humani duntaxat malum esse. Figmentum humani cordis malum est ab adolescentia sua. &

Deut. 29. Deut. Nec dedit vobis Dominus cor ad intelligendum, nec oculos ad videndum, atque aures ad audiendum vsque in præsentem diem. Vbi de turba incredula, & non regenita, non autem de Iosua & Caleb loquitur, qui spiritum Dei hause-

hauſerant. Item illud, Sicut pannus menſtruatæ iuſtitiæ noſtræ, quo d Bernar-
A dus ſæpe addu cit de iuſtitia etiam renatorum. Et in Pſalmo qui iuxta Hebræos eſt 58. Abalienati ſunt ab eo tempore, quo vuluam egreſsi ſunt: errant iam inde ex quo è ventre prodierunt, &c. Et in 51. In iniquitatibus ſum conceptus, & in peccatis me fouit mater mea. Ac in Iob 25. dicitur: Quid purus eſſet natus de muliere? & quis mundum faciet de immundo conceptũ ſemine? Eſt igitur pec catum quicquid legi Dei aduerſatur, ſiue ſit in natura, ſiue in mente conceptis, ſiue in operibus, ſiue denique in neglectu officij.

Originale peccatum eſt defectus iuſtitiæ originalis, & ex eo innata rebellio contra legem Dei, contracta ex propagatione immundi ſeminis humani. Et epiſtola Ioannis prima, capite tertio, docetur peccati originalis reatum remitti in Baptiſmo, vitium remanere, quod in nobis non debet regnare, quia malum eſt. *Peccatum originale quid.*

Iſta doctrina aduerſarios habuit Pelagianos, qui negabant originis vitium, obnoxios reddere paruulos morti æternæ. Et Pighius definit eſſe quandam læſionem naturæ, qua ſine Chriſto priuamur æterna felicitate, & ſubijcimur morbis corporalibus: & iactat ante hanc non eſſe vllam in Eccleſia datam definitionem peccati originis: atque hæc eorum doctrina eſt quæ aduerſatur veræ illi antè demonſtratæ definitioni.

B Primùm aiunt, Non damnat &c. Deinde aiunt, Meritis gratiam dari. Tertiò Hominem bene poſſe operari propriis viribus, de quibus vide Auguſtinum, à quo ſunt ſolidè eorum argumenta refutata.

Secundam propoſitionem hactenus quidem retinent, vt dicant hominem ſe poſſe præparare, & quæ ſunt de genere bonorum, opera facere. Alij etiã contradicunt huic doctrinæ in nomine reliquiarum huius peccati originis in ſanctis, & negant eſſe peccatum. Sed Spiritus ſanctus ſine periculo eſt in religione ſequendus. Nos ſingula explicemus. Primùm quidem, ſatis eſt damnatus Pelagij, & eius imitatoris Pighij error, quòd Chriſtus nõ ſit ſeruator paruulorum. Quod verò adferunt, Deum fore iniuſtum, ſi eos puniat, qui nec volentes peccant, nec vllos habent motus ad bonum &c.

Illa ratio valet in iudicijs humanis, ſed ad Deum non poteſt referri, cuius iudicia ſunt noſtris altiora, multo quàm cælum ſit altius terra. Porrò teſtatur infantes quoque opus habere regeneratione, ſine qua non poſſunt videre regnum cælorũ. Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit, ex aqua & Spiritu ſancto &c. Deus nemini quicquam debet: & Adam voluntariè peccauit, & voluntariè omnes poſteros æternis pœnis addixit. Et vt Auguſtinus ait, Natura non ſolùm eſt peccatrix, ſed genitrix peccati: propria peccati, etiam peccato originali debere eſſe propria. Ergo integrè agnoſcamus beneficia Dei, & in infantibus, ſi nõ adoleſcant, ſequamur promiſsione Dei, quòd velit eſſe Deus noſter, & ſeminis noſtri. Si verò adoleſcant, ex fructibus cognoſcamus, & dijudicemus. Nam Pelagiani illi de Deo humanis rationibus peruersè iudicant.
C

Secunda contradictio idem habet fundamentum, ea hæc eſt. Naturam non ita eſſe peccato oppreſſam, neque arborem adeò malam eſſe, quin poſsit ſine lumine fidei, & ſpiritu, ſuis viribus aliquid bene agere, quod ſi faciat, dignum eſſe, vt Deus mercedem illis meritis dignam rependat. At hoc ſi admittamus, tũ gratia non eſt amplius gratia. Et cum hac doctrina pugnat etiam illud de congruo figmentum. Sed quia locum de Iuſtificatione attingit hæc quæſtio, in illa tractatione amplius de ea erit dicendum. Nemo antequàm ſit conditus, poteſt opera facere, neque antequam ſit reconditus, poteſt bona opera facere: & iuſtificatio eſt impij. Impius autem, tantùm impiè agit.

Tertia cõtrouerſia eſt de nomine reliquiarum peccati, & primorum motuũ, & ea eſt facilis. Nam & ſi impius Pighius dicat non eſſe peccata, ſed meras actiones naturæ, tamen ſpiritus Dei peccata nominat, Roman. 5. 6. 7. 8. & eſt ἀνομία

pugnans cum lege Dei, & vera eius imagine Christo, cuius vitam quandiu non perfectè exprimimus, hęret in nobis peccatum, & ipsa imperfectio est peccatũ. Neque est cur adferant ex Augustino quicquam ad errorem suum confirmandum: considerent quæ habet ille in Pelagianos, & videbunt appellari ab eo peccatum & vitium naturæ. Atque in quibusdam locis duplici ratione de peccato loquitur, quatenus reatu homines retinet: & eatenus concupiscentia non est peccatũ in renatis: quia nihil est damnationis his qui sunt in Christo Iesu. Nam in Baptismate illius reatus est remissus, & primorum motuum quoque, qui nullo possunt studio nostro vitari, reatus est remissus. In quibusdam verò alijs locis peccatum considerat, quatenus est aliquid pugnans cum lege Dei, siue illud scientes & volentes facimus, siue sit in natura, siue in primis motibus, siue in factis, dictis & omissis deprehendatur, nullo habito eorum in quibus hæc reperiuntur discrimine. Et tunc vocat Augustinus concupiscentiam peccatum. Contra Iulianum libro secundo: Laudanda quidem est nobis bonitas Dei, quæ genus hoc peccati nobis credentibus non imputat: sed interim sciamus esse grauissimum, & nos cum Paulo miseros agnoscamus, & queramur. D

Legatur Augustinus libro quinto, capite tertio, & in Ioan. tractatu 42. Item Ambrosius de fuga seculi cap. 1. Ita enim eum citat Augustinus. Item Cyprianus in epistola de Eleemosinis, quem etiam citat Augustinus. Item Hilarius in quodam sermone. Et Ioannes, Si quis dixerit, quòd peccatum non habet, &c. Et apud Matthæum: Vos mali cùm sitis &c. Et Hilarius in Psalm. 53. in eum locum: Melior est misericordia tua super vitas. E

Alter locus est de Iustificatione, breuis quidem, sed verbis vehementissimis & expressissimis, vt singula adferant singula argumenta. Voluit ponere antithesim claram Paulus: Per delicta mortui sumus, per Christum viuificati. Homini est salus, cùm ita habet, vt habuit cùm prius fuit conditus à Deo, cùm agnoscit, & inuocat Deum, mouetq; se ad actiones vitæ æternæ, sicut fuit cõditus. Mors autem, vbi his par non est, nec idoneus. Ait ergo Paulus:

Sed Deus qui diues est in misericordia.) Summa cum breuitate omnia expressit Paulus, idq; disertissimè: Diues est in misericordia. ergo meritis refertus, non debitis. Iam si gratiam non renatorum meritis referre congrueret, deus non vt diues misericordia ageret, sed ex debito. At ipse absolutè diues est, nos verò inopes: ipse compatitur miseris ex sua bonitate, quod illud significat, In misericordia. Subiungit:

Propter multam charitatem suam.) Prior ipse nos dilexit, non nos ipsum. Deum enim nondum fide donati, non possumus nouisse, & nemo diligit quem non nouit.

Etiam cùm essemus mortui.) Repetit quod in initio capitis dixerat: Et vos cùm essetis mortui &c. expendantur verba: Mortui. non dicit saucij, non læsi, sed mortui. Pleno ore est loquendum, vt facit Paulus. Quæ opera sunt mortui? nulla. Et nos, dum mortui fuimus, quæ agebamus, quę Deum mouere possent? In Ioan. ait Christus ipse, Sine me nihil potestis facere F

Per gratiam estis seruati.) Hæc tertia causa est nostræ salutis. Prima est:

1. *Misericordia* Misericordia, in qua ipse diues est. Secunda est:

2. *Dilectio* Dilectio eius erga nos, priusquam eum nouerimus: Tertia:

3. *Gratia* Gratia est. Est autem gratia, beneuolentia, qua quis alium amplectitur ex mero suo affectu & animo, atque vt docetur Roman. 11. Non est gratia vllo modo, si non est gratuita omni modo.

Estis seruati.) Id est vitæ Dei restituti, vt iam gubernemini à spiritu mouente nos ad omnia opera bona. Totius loci de Iustificatione hîc & alibi apud Paulum propositio prima, & summa est, quòd gratis sumus iustificati.

Conuiuificauit nos vnà cum Christo.) Qui susceptis omnium peccatis in se mortuus est, vt à morte liberatos nos vitæ æternæ restitueret,

Nos,

A Nos.) Cùm de se & Ephesijs loquitur adhuc in hac vita versantibus, dicit in præterito viuificauit, resuscitauit, sedere fecit &c. Quia qui sunt electi, fuerunt ab initio mundi electi, & qui sunt futuri electi, fuerũt, antequam mundus esset, electi. Apud Deum enim nulla est temporis vicissitudo, sed sunt omnia eius opera ei præsentia.

Conuiuificauit.) Multas voces habet Scriptura, quibus nostram salutem explicat: quæ tenendæ sunt, & uis singularum discenda, vt minus sophismatum & obscuritatis effundi possit.

Viuificatio, est restitutio à morte, quam intulit peccatum in mundum.

Gratia est, nõ habitus infusus, quo homo fiat noua creatura: aut vis Dei qua excitetur ad virtutes: sed mera beneuolentia, qua Deus, quos vult, complectitur in filio suo ad vitam æternam. Illa philosophia de habitu infuso & de vi ad virtutem excitante & cætera, est impia & fugienda, ac discedit à Spiritus sancti phrasi, qui dignatus est per Prophetas loqui, & eorum scripta nobis seruauit: sequamur igitur illum. Verum quidem est, dona Dei esse gratiam, quia gratis ex mera gratia data. Sed illa etiam sunt ratione separanda à mera Dei beneuolentia, qua illa nobis iustificatis, & absolutis, ac reconciliatis, gratis propter Christum donantur.

B Sanitas est incolumitas, seu virtus naturæ, quando obtinet eum statũ ad quẽ initio condita, & à Deo recondita fuit ad imaginem eius: quæ & si hîc perfecta non contingat, est tamen inchoata, & perfectio eius nobis certissima, & obsignata à spiritu Dei est.

In cælestibus.) Quia vbi est caput, ibi erunt quoque membra: & quia ex resurrectione Christi, & vita eius cælesti, qua in nobis viuit, donata est nobis vita cælestis: nam terrestrem deposuimus, & nostrum πολίτευμα est in cælis. Philip. & Coloss. 2. Neque in nobis valere amplius debet mundi, & nondum renatorum ratio.

Hoc itaque bifariam intelligas. Primùm, quia si surrexit Christus, & nos resurgemus. Deinde quia alieni viuimus à concupiscentijs huius mundi, & per fidem cælestem vitam viuimus, quanquam post resurrectionem plenius eam victuri sumus Matth. 24. Nam sic fides & spes vitam cælestem futuram cum Christo in cælo comprehendunt, vt hæc in nobis in hoc mundo etiam inchoentur, & nos illi accommodemus quantum licet in hac carne peccatrice, & firmemur contra afflictionum fluctus, mortalitatem nostram, Satanã & peccatũ. 2. Cor. 15

Vt ostenderet.) Finis his verbis declaratur, quem sectatur Dominus in nostri iustificatione, vt agnoscatur opulentia & vbertas benignitatis Dei, & eius philanthropiæ, qua nos gratis propter filium complectitur: non ad commendationem nostrorum meritorum, & nostræ præparationis, siue de congruo, siC ue de condigno. Propterea toties inculcat spiritus, Deum vnicam esse nostræ iustificationis causam, quia nouit nostram superbiã, & quòd volumus esse sicut dij, nostri ipsorum seruatores.

Per fidem.) Definita est fides supra cap. 1. cuius vocis æquiuocatio in hac doctrina graues tenebras effundit. Sed quando de mortua, aut aliàs non saluifica Spiritus sanctus loquitur, semper cum addito loquitur, vt simpliciter sine periculo possit post Spiritum sanctum vsurpari sine vllo offendiculo.

Est enim vera fides donum Dei & certa persuasio, quòd Deus velit hominẽ seruatum & participem vitæ, & æternæ felicitatis, cohæredemq; Christi propter meram bonitatem suam in Christo. Et ex quarto capite Roman. in fine capitis, Fides est persuasio expiationis peccatorum, & collationis vitæ, per mortem & resurrectionem Christi. Qua fide, toti verbo Dei assentimur, & quòd Biblia sunt æternum, viuum & infallibile verbum Dei, nosq; iuxta illud verbũ esse damnatos propter peccata, tamen seruari & absolui propter innocentiam Christi mediatoris & reconciliatoris nostri, ac spiritu sanctificari, vt tota vita,

Deum, & hoc beneficium Christi celebremus sanctissimis operibus, quæ illo verbo nobis à Deo mandantur, quatenus vis illius spiritus nos regit, & coher- D
cet in nobis rebellem carnem. Itaque, per fidem, id est, cùm assentimur Euange lio offerenti illam vitam & salutem à Deo & Christo omnium electorum capite, vt non dubitemus de venia, de reconciliatione, de gratia dei, de eius fauore, de adoptione, de hæreditate æterna. Hic assensus beneuolentiæ Dei in agno interfecto pro peccatis mũdi, adfert solidum gaudium, firmam fiduciam, & audaciam inuocandi & sustinendi nostram infirmitatem in bonis operibus, quæ imperfecta facimus. Accendit, & ardentem quoque reddit charitatem, qua ve rè amplectimur Dei bonitatem, studemus illum demereri, & si quid est patiendum pro nomine Dei, audacter subimus, fortiter sustinemus, & de afflictionibus gloriamur. Rom. 5.

Speramus quoque certò omnia bona à Deo, & expectamus perfectam libe rationem ab hoc seculo nequam. Nam assensus certæ & immutabilis veritatis perinde est, atque consecutio promissorum: quia Deus non fallit. Porrò, quòd quidam de fide, quę est imaginaria, exponunt, nimis dilutum est. Nam cum cõditione detrahente, & secundum quid dicitur fides, non simpliciter, sicut fides à Spiritu sancto accipitur in hac materia. Et in omnibus mysterijs & locis fidei, & religionis nostræ debemus in primis tenere verba & formulas loquendi Spi E
ritus sancti, quod fit in omni alia arte. & verbis proprijs, & eorum significationibus ignoratis, facilè erratur de rebus. Ergo cùm de fide salutatrice & iustificatrice loquimur, intelligimus fidem donum spiritus, quo omne verbum dei, & Scripturas certa persuasione & assensione recipimus, quòd sit verbum & Scriptura dei, & quòd Christus sit finis Scripturarum: & simul amplectimur gratiã in Christo oblatam, adoptionem & hæreditatem cælestem, quæ sola fide acceptatur, ita, vt firma sit, certa, & rata. Quia deus non mutat quod promisit. Neq; fide dicimur iustificari donando, sed recipiendo: non faciendo, sed acceptando non præparando nobis fauorem dei, sed præparatum admittendo. Contra eos qui cùm de fide disputatur, stupidi intenti sunt in ipsam actionem & dignitatẽ, non in proprietatem ipsius potius, qua est donum dei, & deum & lumen vitæ dei recipiamus. Itaque deus iustificat & offert eam gratiam cum Euangelio afflat, quos vult vt se agnoscant, & oblatam gratiam: afflatos plenè seruat, & simul confert regenerationem. Simul omnia fiunt, arbor bona, & in arbore omnia cõspiciuntur, quæ ad bonitatem arboris pertinent, vt est vis ferendi fructus. Atq; fides non actiuè, sed passiuè iustificat.

Idq; non ex vobis.) Id est nihil ex viribus vestris ad hoc contulistis.

Donum Dei est.) Opus totius vestræ salutis donum dei est, gratis confer- F
tur, & donatur, gratuitum est, non acquisitum vllis meritis &c. siue de congruo siue de condigno. Deus enim omnia agit, & vult gloriã sibi soli attribui, ne quis glorietur, & amplificet vires naturæ, quas ampliss imas acceptas turpiter fœdauimus, & amisimus. Et qui Christum non nouit, deum non nouit: quid ergo deum promereri poterit, quem non agnouit? ergo impij sumus ante donum fidei & mereri de congruo non possumus.

Ipsius enim estis ποίημα.) Si sumus ipsius ποίημα, ergo antequam sumus ab eo refecti, diaboli sumus non dei, à quo nondum sumus reconditi, ad bona opera, tantùm mala facimus.

Quiæ præparauit Deus.) Ideo placent illi, quia ipse ea præparauit: sed sunt imperfecta, & vt gratia dei fiunt à nobis, ita gratia accipiuntur. Sed de ijs fusius infra, de bonis operibus. Nunc summatim refutemus aduersarios.

Hîc Salutis voce, non iustificationis vtitur spiritus, supra verò, redemptionis & ad Romanos 5. reconciliationis, sed hæc eadem sunt. Est autem iustificandi verbum multiplex in Scripturis. Verbum est forense, significatq; sententiã pro aliquo, siue secundum aliquem pronunciare: & opponitur verbo condemnãdi:

estq; hæc

A estq; hæc primaria eius significatio, Hebraicè הצדיק & eius cõtrarium est רשיע. Significat deinde per translationem laudare, siue probare aliquem, atque hac significatione, iustificati erunt laudati. Sic dicitur sapientia iustificata à filijs hominum. Primo modo accipiendo bifariam quis iustificatur. Aut merito causę aut misericordia iudicis: & eo in vtraque hac significatione vtitur Scriptura, vt in communibus iudicijs, ita etiam in iudicijs dei. Sicut in hac materia accipitur pro absoluere in iudicio dei: absoluere, inquam, à peccatis, non autem merito causæ, sed misericordia iudicis, vt Rom. 5. accipitur pro remissione peccatorũ, intercedente sanguine Christi nobis impijs existentibus. Et quia probat deus, & laudat etiam bona opera, & mala improbat, & detestatur: ideo operibus quoque tribuitur. Sed tamen renatorum tantùm operibus tribui potest, non renatorum verò operibus non conuenit.

Loci autem, qui potissimum considerandi sunt pro significatione & vi huius vocis sunt, Isa. 50. Roman. 8. 5. 6. Act. 13. Atque voces & formulæ loquendi spiritus tanto sunt præferendæ vocibus, aut rationibus loquendi ab humana sapientia inuentis, quanto Deus præstantior homine sapientia, amore nostri, & facundia. Porrò non solùm causa, sed verba quoque singula & proprietates sermonis spiritus à nobis sunt rectè perpendendæ.

Iustificatio itaque, vt ex superioribus locis, & alijs est clarum, remissio est pec
B catorum, absolutio à peccatis, condonatio quæ fit non imputando iniquitatẽ, ex mera dei clementis iudicis gratia, & satisfactione Christi Rom. 5. & clarissimè in Act. 13.

Per hunc.) Intelligit Christum. A quibus.) Peccatis scilicet, nõ virtutibus. Non potuistis per legem, excluso nimirum Christo. Alioquin ceremoniæ, quas Hebræi חקים vocant, iustificationes dicuntur, quia fide percipientes eas, percipiebant simul gratiam & remissionem peccatorum. De fide autem recipiente remissionem illam, est, vt de medio, non vt de causa censendũ ipsius remissionis: Christo enim existente fine legis, si qui ceremonijs illis vtebantur, fide in Christum præditi erant, certè illis iustificabantur. Vnde Græca versio pro חקים vbiq; habet δικαιώματα, & Latina vulgata, iustificationes. Sed, vt ex loco Actorum, vbi Paulus ad gentes mittitur, apparet, quòd fidei tantùm λάβῃ, id est, accipere tribuitur. Vt accipiant, inquit, remissionem peccatorum, & sortem inter sanctificatos, fide in me. Vbi proprietas fidei declaratur esse, recipiendi beneficia Dei. Est locus ad Corinthios sexto in prima epistola, quem citant aduersarij, vt iustificatio significet collationem inhærentis iustitiæ, sed ille nostram interpretationem clarius recipit. Iungitur enim verbo abluendi. Tunc enim abluimur, quando propter sanguinem Christi remittuntur peccata. Item sanctificandi verbum, purgandi actionem continet: cur non & iustificandi? Nam
C spiritu afflati credentes recipimus hanc remissionis peccatorum gratiam. & hactenus de Iustificatione impij.

Est & alia Iustificatio piorum, & comprobatio iustitiæ, licet imperfectæ, pro qua Deus pronunciat, quam asserit, quam mercede etiam ornat & remunerat: de qua Iacob. 2. & in Matth. Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Seruaberis, non quidem propter facta, quæ sunt imperfecta, sed propter gratiam, qua recipimus condonationem. Hunc in modum Dauid suã passim iactat iustitiam, ac se asseri petit, & defendi secundum iusticiam manuũ suarum. Sic Nehemias: Memor sis mei dominus in bono &c. Et Ezechias prorogationem vitæ dum petit, bona opera commemorat, quæ tamen à deo prodierunt. Sed hanc operum iustificationem necessariò præcedit iustificatio vitę. Sic Roman. 2. vbi dicitur, Non auditores verbi, sed factores iustificatum iri coram deo. Sed impij impia sunt opera, & mala arbor non fert bonos fructus. Pij soli iustificati per fidem faciunt legem, quam intelligunt, cuius meminerũt, quã habent semper præ oculis, ad cuius obedientiam se exercent, & propter hoc tã-

dem laudantur & approbantur à deo Matth.25. Tamen obedientia noſtra ſem D
per eſt imperfecta, & non eſt niſi eis, qui ante â deo fuerunt benedicti, & quib. paratum eſt regnum ab initio, non poſtquam fecit bona opera. Ordo hic eſt, cognoſcere, amare, & ex amore facere, qui circulus pulcherrimè ponitur à Paulo Coloſſen. 1.

Eſt item locus in epiſtola Iacobi 2. Quæ vtilitas fratres mei, ſi fidem aliquis dicat ſe habere, opera autem non habeat, num poteſt fides ſaluum facere illum? Hanc epiſtolam veteres inter canonicos libros non habuerunt. Sed cùm omnia ibi ſcripta commodè poſsint interpretari, quantamcunque quis ei tribuat authoritatem, dummodò reliquos libros recipiat, non contendam: nam cum illis canonica epiſtola pugnare nõ debet. Conſentiant quæ ibi ſunt cum reliquis libris omnibus, qui citra controuerſiam ſunt canonici, & tum certè non eſt reijciendus. Scopus in ea eſt, vt reprimat eos, qui falsò præclaram fidem iactant in Chriſtum. Cùm de fide loquitur, quæ opera non habet, loquitur de ea cum addito, & in ſequẽtibus locis ſemper additum eſt ſubaudiendum, & eam fidẽ mortuam vocat infrà, quę ſecundum ſe ipſam ideo non poteſt ſeruare, quia in ſeipſa nihil vitæ habet. Omnis enim firmus & verus aſſenſus etiam quæ ſit verbis humanis, impellit hominem ad certa vota, actiones, ac motus pro modo ipſius aſſenſus. Et ſi vera eſſet fides ad verè bona opera moueret: huiuſmodi non eſt im- E
piorum aſſenſus: ſed temporalis & minimè verus, nec vniuerſalis. Nam verbis Dei omnibus eadem eſt authoritas, ergo omnibus ex æquo credendum propter ipſius loquentis authoritatem, quod cùm non faciunt, nec eſt eorum vera fides, nec verus aſſenſus: qui enim omni verbo Dei non credit, nulli credit, & qualis eſt aſſenſus, talis eſt fides, & contrâ, qualis fides, talis eſt aſſenſus: qui aliquid admittit contra verbum Dei, eius fides non eſt dicenda fides, quæ omnia verba Dei credit. Verum eſt in ſanctis, ſæpe, cùm ſcilicet peccant, fides opprimitur, ſed cùm reſipiſcunt, reſtituitur. Vt in Petro: Tu es Chriſtus &c. vides aſſenſum, atque ideo fidem. Non noui eum: ecce oppreſſa eſt fides: Fleuit amarè, quia fides reſtituta fuit. Et infrà in eodem capite Iacobi, Oſtende mihi fidem ex factis tuis &c. obſcurè quidem dictum, ſed rectè vrget fidem oſtendendam per opera. Sunt enim aut confeſsio, aut negatio fidei. Teſtimonia ſunt eius præſentiæ, vel abſentiæ. Rurſus, vt qui in vno peccat, omnium ſit reus in actionibus, animiq; motibus &c. ita qui aliquid de Deo credit, reliqua quæ Scripturæ de eo docent, non credit, fidelis dici non debet, vt Iudæi, & Turcæ credunt eũ eſſe, ſed multa alia de eo negant, ideo meritò ſunt dicendi infideles: quia vera fide carent. Vera nanque fides vero aſſenſu omnia quæ Scripturæ docent, complectitur. Et paulò poſt in Iacobo ſequitur: Abraham pater noſter nónne ex factis P
iuſtificatus eſt? &c. Vides quòd fides adiumento fuerit factis illius, & ex factis fides perfecta fuerit? Cum iuſtificationis voce vtitur hîc Iacobus, in altera acceptione eam accipit neceſſariò, alioquin Paulo cõtradiceret, qui dicit ad Romanos, Abraham fide fuiſſe iuſtificatũ. Intelligit ergo Iacobus per iuſtificatũ, factis oſtẽſum fuiſſe iuſtũ. & per fidem quæ factis perfecta ſit, intelligit, quæ factis ſuã vim declarauerit & perſpicuam ſe reddiderit. Nam cauſa non perficitur eſſentiali perfectione à ſuo effectu, ſed ſe declarat, & exerit magis, conſpicuamq; facit. Et vnaquæque res eſt aliquo modo perfecta, cùm eſt in actu, atque ita hic locus intelligendus eſt. Et impleta, inquit Iacobus, eſt Scriptura. Impleta, quomodo? fide & aſſenſu Abrahæ. Impleta etiam, quando adeò largiter ſpiritu & vita Dei fuit donatus, vt chariſsimum filium ſuum dederit ad mortem potius, quàm Dei ſui præceptum negligeret. Nam illo præſtantiſsimo nouæ vitę facto declaratum fuit & obſignatum, eum fuiſſe in gratiam receptum, & Dei filij factum. Videtis igitur quòd ex factis iuſtificetur homo, & non ex fide tantùm? Duplex eſt iuſtificatio, non vna, fidei & operum. Sed hæc, id eſt, iuſtificatio operum à iuſtificatione fidei pendet, & conſtat illis bonis operibus, quæ ex vera &

viua fi-

A viua fide manant. Quemadmodum corpus ſine ſpiritu mortuum eſt: ita & fides ſine operibus mortua. Similitudines non identidem reſpondent, vt ſimilitudo iniqui iudicis permoti precibus viduæ. Eſt quidem anima, ſiue ſpiritus, vita corporis, ſed non item opera vita fidei. Vita fidei, Sanctus ſpiritus, & vita operum fides eſt. Cur igitur dicitur mortua ſine operibus? quia ſciri non poteſt illam vigere, niſi ex operibus.

Eſt igitur iuſtificare, aliquando laudare, probare, & in exemplum aliquem proponere, eumq; remunerare propter bona opera. Nec vlla Scriptura eſt quę dicat Abraham & Rahab iuſtificatos ex operibus, ſi quis vrgeat verba: quanquam minimè verba quærimus vbi de re conſtat. Expendatur igitur reſpõſum Dei ad Abraham Geneſis 22. Quod nihil eſt aliud, quam collaudatio, & promiſsio benedictionis, quæ ante opera facta fuit Gen. 12. quàm ad eius conſolationem repetit. Ac facit opera Abrahæ tanquam cauſam illius promiſsionis, quæ tamen ante edita fuit gratuitò. Sed hoc eſt bonitatis Dei immenſæ maximi facientis ſuos & eorum opera quanquam imperfecta. At ex hoc loco clarũ eſt, quòd iuſtificare apud Iacobũ eſt laudare, & promittere mercedẽ bonis operib. Idem de Rahab dicendum. Nihil enim de ea habet Scriptura, quàm quod ea ſeruata ſit, & ampliter ſit remunerata, propter opera fidei, & veram hoſpitalitatem aſſumpta in Eccleſiam, & vitæ æternæ ac regni Dei particeps facta, quæ eſt am
B pliſsima merces: ergo apud Iacobum iuſtificare ex operibus, ſiquidẽ cum Scripturis reliquis conſentit, nihil aliud eſſe poteſt, quàm iuſtum comprobare, ac remunerare. Hactenus de propriis ſignificationibus iuſtificationis verbi ex Scripturis.

Patres plerique iuſtificare, pro iuſtum facere accipiunt, Latino etymo decepti, quàm in Hebręo verbo ſequi non oportuit. vt quemadmodũ Latinè albificare, eſt album facere, ita iuſtificare ſit iuſtum facere. Adducunt locum Apocalypſeos 22. Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc, & volunt ſignificari incrementum inhærentis iuſtitiæ, ſed nihil pertinet huc, vbi de gratuita & prima noſtri cũ Deo reconciliatione & iuſtificatione loquitur Paulus. Diſſerimus enim, quomodo ea vtatur Paulus, & quomodo eam accipiat, non quomodo ſemel accipiatur in Apocalypſi, quæ non caruit ſuſpicione etiam apud Hieronymum, & veteres Patres.

Primùm apud antiquos liber non fuit canonicus, deinde nõ Latinè ſed Grecè ſcriptus, & ſolus ille locus inter libros, qui canonici ſunt aut habentur, ſic vocem iuſtificandi vſurpat. Videamus iam conſenſum Patrum, de huius vocis Iuſtificandi, & iuſtificari ſignificatione.

Auguſtinus libro primo, capite decimo de Peccato &c. totam regeneratio-
C nem nomine iuſtificationis intelligit. verùm cum tantùm ſit inchoata, non ſeruat nos, quod ipſe & alij patres nobiſcum palàm docent & tradunt: quanuis de voce diſſentiant.

Ambroſius in capite quinto ad Romanos pro remiſsione peccatorum accipit & pro abſolutione. Item octauo capite ad Romanos, & Auguſtinus libro ſecundo contra Iulianum loquitur de triplici iuſtificatione, & primam facit remiſsionem peccatorum &c. legatur Auguſtinus in eo loco. Item in epiſtola 105. ad Sixtum idem dicit.

Et Gennadius in tertio capite ad Rom. in opere Græco collecto ab Oecumenio in Paulinas epiſtolas, in quibus locis Paulina ſignificatio etiam à patrib. agnoſcitur, licet nonnunquã latius etiam interpretãtur. Nunc de vocibus quibus eadem res ſignificatur, & de quibus minus eſt cõtrouerſiarum quàm in voce hac iuſtificatio.

Noſtri reſtitutio, viuificatio, Ioannis 5. & Rom. 5. Ablutio à peccatis, aſperſio ſanguinis Chriſti, 1. Petri 1. Translatio à tenebris ad lucem. In Actis, regeneratio, ſalus, adoptio, obſignatio, adoptio in filios dei, reconciliatio, redemptio

per Christum, gratificatio, ductio in sortem sanctificatorum, insitio in Christũ, complantatio, consepelitio, seruatio: quæ licet habeant diuersa prima significata & diuersos respectus, tamen vsurpantur ad eandem rem significandam, nostri scilicet restitutionem à morte ad vitam, â peccato ad iustitiã, à potestate Satanæ in regnum Dei, & ipsam iustificationem. Hactenus de vocibus, quarũ proprietas prius explicanda fuit: nunc ad rem ipsam. D

Controuersia fuit olim Paulo grauissima cum pseudoapostolis de necessitate ceremoniarum ad iustificationem, & durat hodie inter pios & aduersarios. Dicebant illi non sola beneuolentia Dei, & merito Christi, sed etiam circunci-sione &c. & nostri aduersarij dicunt præparationem aliquam requiri per bona opera &c. Quæstio igitur est in hac controuersia, Vtrum solum, purum, merũ meritum Christi sine operibus nostris quantumcunque bonis in speciem, nos iustificet, an verò nostra merita sint necessaria, & eò conferant, vt non sit satis fide in Christum ad purificanda corda. Hæc explicata fuit à Paulo satis, & depugnauit contra pseudoapostolos. Hodierni necessitatem non requirunt: sed dicunt infallibiliter eum iustificari qui fecit, quod in se fuit, & dispositionis iustitiam debere nos adferre. Deinde negant fide tantùm totam salutem accipi, sed etiam charitate & spe. Et hîc disputant de vocabulo fidei.

Tertiò, sic Deo nostræ salutis initium tribuunt & concedunt, vt tamen postea iustificati, de nostro aliquid conferamus, quod non sit opus Dei, & incrementum iustificationis, adferat, promoueat, eamq; magis perficiat: alioquin aiunt, deus esset iniustus & acceptor personarum. qui paralogismus est manifestus, à causa ad non causam: quia deus non respicit vllam conditionem in eo, quam non debet respicere, sed respicit suam voluntatem & gratiam in Christo. Et locus iste Pauli, cuius occasione hæc tractamus, noster est plenissimus & clarissimus, quia nos excludit, & donum dei esse dicit gratuitum, negatq; simpliciter operibus bonis omnis generis nos seruari, ne quis glorietur: sed tota gloria transcribatur Deo. Ambrosius, Hilarius, Cyprianus, Augustinus, Basilius, in sermone de Humilitate id sæpe vrgent, ne quis glorietur. Idem facit Paulus Roman. 3. & Gal. 3. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. Iustificati gratis (fuisset satis Paulo hoc dixisse) sed subiungit, Gratia eius, vt id magis inculcet. Et Augustinus contra Pelagium libro secundo dicit, Gratia non est gratia, si nõ sit omni modo gratuita, & Christi intercessio semper inseritur. Dicitur ille nostra propitiatio metaphora alludente ad illud Symbolum remissionis peccatorum, quod erat in veteri populo, cui Deus promiserat ex arcæ operculo, quod propitiatorium dicebatur, supplices se exauditurum. Per sanguinẽ ergo Christi, non per nostra opera. Fide illud applicatur, non charitate, non spe, quanuis sint coniunctæ, propter proprietatem fidei, agnoscendi, assentiendi, atque recipiendi. E

Quidam torquent locum memoratum Pauli, magis certè impij quàm Pelagiani fuerint, & dicunt Christum satisfeciisse pro peccato originali, pro reliquis actualibus nos nostris operibus satisfacere oportere. Sed quod nullo etiam actuali peccato aliter satisfiat quàm morte Christi, infiniti alij loci sunt. In primis autem Ioannis in sua secunda epistola: Filioli, dico vobis vt non peccetis, quòd si quis peccat &c. aduocatum habemus &c. & 1. Ioan. 2. fide in Iesum. De viua fide loquitur, quæ credit omnia quæ dicit Christus propter eius authoritatem, quod sit Deus, seruator, propitiatio &c. qui vult nos saluos, petit vt veniamus ad se, omnia offert. Vbi igitur gloriatio? Vis quidem & natura, ac proprietas fidei, quæ à Paulo lex fidei dicitur, est recipere cum assensu certo, quæ offeruntur verbo & sacramentis, & est συναίτιον, sed per se nihil est, nihil suum adfert, aut æstimat, & à principali causa dependet, à bonitate Dei, & perfectione, ac satisfactione Christi. & quantum ad opera attinet legis, de quibus Paulus Roman. 7. loquitur, id est de operibus decalogi, vel dato etiam aduersarijs, sed non concesso, vt de F

so,vt de ceremoniali lege,ibi, & non de decalogo loquatur. Eatenus sunt bona
A opera,quatenus cum fide & pœnitentia fiunt. Et dominus vsus est Marci 5. exclusiua,tantummodò crede. Quanquam alioquin viua fides,nō potest sine charitate & spe esse. Et nullus ferè est veterum,qui non vtatur illa exclusiua,Hilarius,Basilius &c. Et nos ab aduersarijs accusamur,vt qui primi eam vsurpauerimus,& non inueniatur in Scripturis.

Verum est Sola fides,posse diuerso sensu accipi,quàm nos accipiamus,vt fides dicatur sola,id est,non coniuncta cum spe,& cum charitate, quibus reuera nunquam destituitur, atque ideo nos quoque eo sensu negamus fidem solam iustificare,id est fidem, cui nec charitas,nec spes coniuncta sit. huiusmodi enim fides,non est fides. Per exclusionem verò nihil nisi nostram dignitatem, opus, & omnem partem in nostri iustificatione,reijcimus: ut Deo in solidum tribuamus nostram salutem,& adscribamus. Ac solius hîc fidei mentionem facimus, etiamsi nec charitate,nec spe sit destituta,propter singularem eius solius, non item spei & charitatis,proprietatem recipiendi oblata beneficia in Christo per Euangelium,& illis assentiendi. Alij loci de hoc dogmate Act.5.13.15. Augustinus Pelagio iustificationem vitæ in pueris baptisatis obijcit, qui seruantur sine propris operibus. Et omnes veteres,passim nostram iustitiam nos iniustos relinquere etiam post regenerationem quandiu hîc viuimus,libenter & ingenuè inculcant. Vide ea de re Augustinum contra Iulianum libro secundo & tertio.
B citat veteres &contemporaneos suos qui alicuius erant authoritatis. Item libro de Remiss. &c. cap.21.& 22. item epistola ad Bonifacium. Et Bernardum in sermone de Dedicatione,& in sermone de Assumptione & in Canticis. Nunc ad aduersarios.

Primum eorum dogma est,quòd opera præcedentia iustificationē,sunt præparatoria,& conferunt vt oculos misericordiæ dei in se conuertant.

Secundum,quòd fides non sua tantùm pro prietate,sed simul cum alijs virtutibus hanc gratiam accipiat.

Tertium,quòd post iustificationem vi & meritis operum debeatur vita æterna.

Homonymia in verbo instificādi est inter nos,quia nos eo vtimur vt Paulus: illi intelligunt ipsum iuxta Latinam etymologiam, pro infusione gratiæ ad nouam vitam,quod discrimen inter nos semper est obseruandum.

Ad primum suum dogma confirmandum adducunt,quòd nos Scriptura iubeat credere,quod, vt dicunt,non faceret si non essent opera pręparatoria. Imaginantur illi fidem esse debilem quendam assensum,esse sine vitæ innouatione quam acceptionem fidei Christus & Apostoli ignorarunt. Deinde fides non est opus nostrum,nisi quatenus assensus eius voluntarius est, aliàs est à Spiritu sancto,à quo est nostrum quoque velle.

C De pœnitentia autem,vbi maior scrupulus apparet, fusius respondendum est illis. Citant Ieremiam cap.18. Memento vt locutus fuero de aliqua gente, aut regno vt euellam,extirpem & perdam,redieritq; ea gens,contra quam locutus erā,à sua malitia,iam &me quoque pœnitebit mali,&c. Item Iehezkiel 18 Si auersus fuerit impius ab omnibus peccatis suis,quæ fecit & custodierit omnia statuta mea,feceritq; iudicium & iustitiam,viuendo viuet & non morietur.

Item illud adferunt,quod in Daniele legitur,Redime eleemosynis tua peccata &c. Et Matth.3. Pœniteat vos &c. Item Act.3. Quid faciemus viri fratres? respondet Petrus: Agite pœnitentiam &c. Dicunt itaque,Saltem pœnitētia debet præcedere fidem. Sed iustum est iudicium Dei,vt mentes eorum excæcet, qui se veritati in oculos incurrenti opponunt,vt imaginentur quòd impius manens impius se conuertat & resipiscat. Verùm vitæ mutatio non præcedit iustificationem,vt illi falsò dicunt,sed eam sequitur. Et clarissimè dicitur 2.Cor.7 Pœnitentiam esse dolorem de peccatis cum spe veniæ, & proposito emenda-

tionis vitæ. Et exemplum hanc doctrinam mirificè illustrans est in Actis, de illis D
qui sunt conuersi ad prædicationem Petri: Compuncti sunt corde, & dixerũt
ad Petrum, & reliquos Apostolos, Quid faciemus viri fratres &c. Compuncti
sunt: ecce, dolent de peccatis. Quid faciemus viri fratres? nõ desperant, sed cu-
piditate tenentur veniam consequendi, atque studeant se approbare Deo. Iam
dicant isti quæso, num hæc potuerint in illis promoueri absque fide. Cur quæ-
so, præmittit Lucas hæc verba: His auditis? Sed si pœnituerat eos, quid porrò
iubet eos Petrus pœnitentiam agere? Quia agere pœnitentiam & pœnitere
differunt. Nam agere pœnitentiã est veris signis & fructibus reuera ipsam pœ-
nitentiam exhibere, & cordis doloris manifestum indicium præbere, quod Io-
annes vocat, facere fructus dignos pœnitentiæ. Pœnitere est animi, & pœnitẽ
tiam agere est id quod in animo erat, externis quoque operibus declarare.

Res facilè intelligitur ex similitudine filij familiâs de offenso patre compun
cti. Verè, & non fictè, is omnibus modis studet vt satisfaciat patri iam sibi re-
conciliato, gratificetur ei, & se illi quantum potest, approbet. Atque hoc mo-
do qui iustificati sunt, tota sua vita pœnitentiam agunt. Sic fuit intellectũ hoc
discrimen & pœnitentialis disciplinæ mysterium apud veteres in veteri Eccle-
sia, vt de Theodosio apud Ambrosium. Sic Maria soror Mosis excluſa fuit, cũ
tamen reconciliatione prius fuisset accepta, idq; vt sensum iræ Dei plenius sen E
tiret. Sic Dauid etiam, postquàm audiuisset, Et Dominus transtulit peccatum
tuum, sensu peccatorum excitus fuit, & de eius pœnitentia lege Psal. 32. & Psal.
38. Dolebo de peccato meo &c. & Psal. 40. & 51. Sic Petrus fleuit amarè, cùm
tamen prius conspectus fuisset à Christo iam ei propitio. Et si enim Deus sit su
pra omne tempus, nos tamen sumus tempori obnoxij, ideo in nobis sensim re-
dit sensus iræ Dei, item sensus gratiæ eius & reconciliationis, sed qui nunquam
rediret, nisi nos in gratiam recepisset.

Absurdum igitur est quod de præparatione aduersarij dicunt, cùm mali e-
xistentes, boni nihil agere possimus. Necesse est nos prius donum fidei accipe-
re, & ad Deum conuerti: & vbi est fides, ibi est plena iustificatio, & hæreditas
æterna. Quia gratuitò promissiones consequimur, sola acceptione, & assensu,
atque fide. Propterea dicit Elisabet Mariæ, Beata es quia credidisti, quoniam
perficientur quæ dicta sunt tibi. Et illud Mariæ ad Angelum: Ecce ancilla do-
mini fiat mihi &c. Et Christus Centurioni & omnibus fidelibus, Fiat tibi, sicut
credidisti. Et natura pœnitentiæ est, vt doleat pœnitens de offenso eo, quem
offendisse nolet, & quem placatum, eiq; satisfactum esse maximè cupit, atq; fie-
ri id posse confidit.

Propterea impij non ducuntur pœnitentia, quia Deum non nouerunt, qua- F
re de ipso diffisi pœnitere non possunt, sed tantùm pij pœnitentiam agunt, quo
rum est fides, sensusq; magnitudinis peccati, & remissionis per Christũ. Hi diu
aliquando lugent, vt Niniuitæ, vt Dauid, vt Petrus, vt Theodosius, in quibus
semper est spes & fiducia veniæ, quæ iam concessa est. Sed quanuis iam veniam
deus concesserit, vult tamen suos plenè sentire atrocitatem peccati, & magnitu
dinem suæ misericordiæ. Et plurimi loci huc pertinent. Legatur pluribus in lo-
cis Bernardus. De operibus autem iustitiæ ciuilis, certum est, deus illa remu-
nerat, sed non æternis bonis: quia recto fine, & lumine fidei carent.

Veteres de disci plina pœnitẽtiæ

Tertullianus in libro de Pœnitentia, vocat eius administrationem exhomo-
logesin, & externam confessionem, quæ factis & gestu externo fit: item disci-
plinam humiliandi & castigandi peccatoris iam conuersi. Quæ ratio etiam in
deo ipso obseruatur. Remittit enim sæpe ille peccata, & tamen pœnis deinde
castigat illa, non vt illæ pœnæ possint expiare peccatum, & satisfacere diuinæ
iustitiæ, cui iam ante Christi pro peccatis hominis crucifixi intuitu, satisfactum
est, sed vt magis magisq; cognoscatur turpitudo peccati, & in posterum ab illo
magis abhorreatur. Et qui in vero dolore sunt, vt ait Cyprianus, hoc pœniten-
tiæ opus

A tiæ opus ſponte ſuſcipiunt, & elegantem ſimilitudinem adducit ex honeſta matrona, quæ amiſſo marito flet inconſolabiliter, quæ tamen hominem tantùm amiſit. & nos pet peccatum Deũ amittimus. Illud verò Danielis ad Nebuchadnezar: Redime eleemoſyna peccatum tuum. Item illud Chriſti: Date eleemoſynam & omnia erunt munda vobis: Et quæcunque leguntur de redemptione peccatorum per opera bona omnia ſic ſunt intelligenda, vt eatenus à Domino commendentur, quatenus verè bona opera ſunt: vt autem verè bona opera ſint neceſſe eſt, ea ex fide fieri vera, quam iuſtificatio neceſſariò comitatur.

Præterea duplici modo conſiderari poſſunt huiuſmodi opera, duplicique reſpectu. Primus, quo deo veneratio exhibetur & glorificatur. Secundus quo fiunt tanquam effectus veræ pœnitentiæ, quæ habet ſtudium bonorum operum quæ deo placeant: & non fiunt, vt aliquid donent deo: ſed agnoſcunt gratiam Dei, & ampliter agnoſcunt illam. et propter hoc ſtudium promerendi deum, & habendi gratiam eius, Latino vocabulo appellatur ſatisfactio, non compenſatio. Eſt ardor gratificandi deo, qui neceſſariò eſt in verè pœnitente.

Itaque gloria operum eſt ex gratuita iuſtificatione, & gratia dei, ac merito Chriſti, atque ex fide diffidente de propriis operibus, & innitente ſola Dei gratia, mera liberalitate, propter quam & nos & noſtra opera approbat, laudat, & remunerat. Et opera ſunt vel gratias agentis, vel gratiam ambientis.

B Pœnitentia denique ſalutaris eſt, vt 1. Corinth. 7. opus fidei, & hãc dominus vnicè præcipit & quærit. Pœniteat vos & credite, veſtra fides declaretur perveſtram pœnitentiam, & perficite in ea fide, qua nunc agitis pœnitentiã, nõ quòd vnum ſit prius altero, niſi ratione: tempore autem nequaquam. Atque ratione ipſa fides, vt dictum eſt, præcedit. Atque pœnitentia quæ fide caret, eſt abominatio coram Deo, & impij opera omnia ſunt impia, & quod non fit ex fide peccatũ eſt. Igitur ad condemnationem illi ſe præparant non ad ſalutem, quod Auguſtinus vrget contra Pelagianos.

Quid autem ſit veram pœnitentiam agere explicatur 2. Corin. 2. 5. 12. Ioelis. 2. Rariſsimè nunc, proh dolor, conſpicitur in Eccleſia, & tamen quid quæſo ſumus ſine diſciplina pœnitẽtiæ? nónne ſcopæ diſſolutæ? ſine cenſura labitur fides, & doctrina Chriſtiana peſſum it, & verbũ Dei auditur ſæpe tanquã fabula.

Porrò verbo ſatisfaciendi vſi ſunt Latini patres iuxta Latinam acceptionẽ, ne quis in illis legendis impingat, atque bifariam accipiunt, vt colligitur in Cypriano libro primo, epiſt. 3. & lib. 3. 14. & 16. epiſtola. Vno modo vt ſarciatur, & reipſa omnino compenſetur quod commiſſum eſt: quo modo Chriſtus ſolus ſatisfecit patri: alio modo, cum reipſa non compenſamus, ſed quod poſſumus, adferimus ad gratiam & voluntatem dei nobis reconciliandam, eumq; nobis

C placandum, quam is qui offenſus eſt, nos in Chriſto intuens, cuius fide adhæremus, pro ſatisfactione accipit & reputat: ſic nos pœnitentes Deo ſatisfacimus, vt dicit Cyprianus ad miſericordiam, quòd pro ſua miſericordia ſatisfactum ſibi reputat, & ſine rei plena ſatisfactione, quando verè pœnitemus & oramus veniam pro peccatis, ac ſtudemus omni vita nos illi accommodare & ſeruire. De tali ſatisfactione loquitur, vbi adducit in fornace apud Danielem feciſſe ſatisfactionem, tres illos in ſermone de Lapſis.

De præparatione autem ad iuſtificationem, quam nullus operatur in nobis, legatur Auguſtinus libro 6. 7. & 8. Cõfeſsionum, vbi illuſtriſsimum & notiſsimum exemplum de ſe profert. Vbi confitetur vſque ad extremum momentũ iuſtificationis ſe noluiſſe, quæ deus volebat, & voluiſſe quæ ille nolebat, & deũ ſolum exhauſiſſe abyſſum corruptionis ex corde ipſius. Et in ſumma tria ſunt genera operum, quæ deo non placent, ita vt in gratiã recipiat. quæ alio fine fiũt quàm quia deo placeant. Quæ voluntate ineficaci fiunt: & quę ab impijs fiunt.

Altera controuerſia eſt de fidei natura, & certitudine ſalutis, quam fides adfert. Nos ſequimur Scripturas tum nouas, tum veteres, quæ damnant dubi-

tationem,& iubent ac præcipiunt,vt fiduciam habeamns,& cum ea oremus ſi D
ne hæſitatione.Oramus autem remiſsionem peccatorum. In oratione adſit fides certa.Cumq; contrarium pellat contrarium,nec alterum alterũ ſimul adeſſe permittat,neceſſe eſt,ſi certa debeat eſſe fides, vt non ſit dubitans.Et ſi dubitans eſt,non poteſt eſſe certa:quia vnum contrarium tollit alterum. Et credere alicui eſt ei aſſentiri propter eius authoritatem,ſine cauſis,imò etiam cõtra cauſas. Roman. 4. Et ſine irriſione Deus à nobis vocari non poteſt pater, cùm dicimus:Pater noſter,ſi firmiter non credimus,nos eſſe ab eo electos, & in filios adoptatos.Sed, proh dolor,nimis parum credimus,debilis & infirmus eſt noſter amor,frigidè gloriam &reuerentiam Dei quærimus.Pſalmi pleni ſunt profeſsionis,ſummæ fiduciæ & ſecuritatis.

Adducunt aduerſarij illud Pauli Roman.11. Ne efferaris animo, ſed timeas. Nam ſi deus ramis naturalibus non pepercit,vide ne qua fiat,vt nec tibi parcat. Et 1.Corinth.10. Qui ſibi videtur ſtare,videat ne cadat. Et ad Galat.6. Conſidera teipſum, ne & tu tenteris. Item illud ad Philippenſes 2. Cum timore & tremore veſtram ipſorum ſalutem operemini,& ſimiles alios locos.Sed illi omnes loci tantùm nos à fiducia carnis noſtræ abducunt, de qua etiam planè eſt deſperandum,& à gratia Dei ſolùm ſine dubitatione pendendum.Solent & illud Eccleſiaſtis 9.adferre,quod in communi verſione legitur hoc modo : Sunt iuſti & ſapientes,& opera eorum in manu Dei:&tamen neſcit homo,vtrum amore an E
odio dignus ſit,ſed omnia in futurum ſeruantur incerta. Sed locus in Hebræo non ita habet,malè in vulgata editione eſt redditus,&aliter vertitur à Hieronymo,atque loquitur ibi Salomo de externo rerum euentu,per cauſas cognoſcẽdo,non de cognitione quæ eſt per fidem. Et dilectio ſignificat ibi quæ ſunt dilecta,chara,& grata:& odium quæ illis ſunt contraria. Atque quod in vulgata legitur,vtrum dignus ſit,eſt planè additũ à translatore. Et ſcire refertur ad cauſas cognoſcendi per rationem,non per fidem.

Adducunt etiam Auguſtinum de bono Perſeuerantiæ,ſed loquitur de incertitudine ſcientiæ per cauſas. Deinde ipſe Auguſtinus alio in loco aliter docet, vbi orationem Dominicam ex Cypriano interpretatur, in qua petitur donum perſeuerantiæ. Atque,vt eſt antea dictum,ſi quæ ſunt petenda, debeant ſumma cum fiducia peti,igitur hæſitationem longè abeſſe neceſſe eſt. Et quod ex Petro citant,per bona opera vocationem veſtram certam reddite, nõ ita habet in textu,& tamen non eſt impia ſententia,atque ita poteſt intelligi. Quantum ad homines certam reddite:redditurq; illis certior,quo melius operamur: nam ex fructibus arboris præſtantia certius cognoſcitur. Item, quantum ad noſipſos,fides augeſcere poteſt,& quo maiora accipit incrementa, eo maior fit per conſequens ſalutis certitudo. Cæterùm quo ad deum æterna eſt, & eadẽ ſemper. In ſumma omnibus locis quos adferunt,nihil aliud probant,quàm nos debere anxios eſſe de noſtra infirmitate,ne quid peccemus,& ęquè abhorreamus à lapſu atque à gehenna. Cæterùm oramus perſeuerantiam,& vitam æternam, quod ſine dubitatione facere iubemur,ex Euangelio,in quo, quæ petere iubemur,promittuntur,cuius Euangelij fides eſt qua totam doctrinam eius amplectimur,& ad nos quoque pertinere firmiter credimus. Ergo qui ſecus docent, vt faciunt aduerſarij,contradicunt Chriſto,nec fidunt eius promiſsis. Conſenſus quoque patrum eſt cum Scriptura. Bernardus in quinto ſermone de Dedicatione, Certitudinem affirmat ex fide quæ eſt communis omnibus Chriſtianis,& opus ſpiritus,quo omnes ſumus potati,non facit autem reuelationis internæ & peculiaris vllam mentionem,de qua multum garriũt Scholaſtici. Item in primo ſermone de Annũtatione, item ſermone tertio de Fragmentis &c.ponit firmitatem & certitudinem fidei,ae ſpei ſanctorum in charitate adoptionis, in veritate promiſsionis, & potentiæ exhibitionis in Deo, qui in verbo ſuo ſe planè patefecit, & cognoſcendum tradidit, atque ex ipſo verbo ſuo, in quo

plenè

plenè sunt tradita hæc de fidei certitudine vult intelligi. Et de secunda cõtro-
A uersia hactenus.

Tertia est de meritis iustificatorum de condigno. Adducunt omnia loca, in quibus æterna vita promittitur bonis operibus, vel proponitur pœna malis, vt Roman. 2. Matth. 25. Quia fuisti i &c. quia audiuisti &c. vbi causa præmij factis tribui videtur. omnia huiusmodi loca adducunt ad causam suam confirmandã. Nobis conuenit cum illis in hoc quòd necesse est iustificatum iustè viuere. Item conuenit quòd æternùm pereunt, qui bona opera non faciunt. Item iudicari omnes iuxta opera, vt in bono latrone. Atque vtinam bonis operibus verè studeamus, & de ampliss imis promissis illis factis seriò cogitemus. At quæstio est: an bona opera sint ex se condigna gloria illa quam deus promittit, aut aliqua mercede. Nos quidem dicimus non esse, quod demonstramus ex illa similitudine apud Lucam, de seruo cui redeunti præcipit dominus parari sibi &c. nec agit postea illi gratias, quia domino suo debuerat omnia. Et dicit Christus: Cùm feceritis hæc omnia, dicite serui inutiles sumus. q. d. non potestis à Deo aliquid mereri, cui omnia & vos ipsos debetis, propter creationem, gubernationem, prouidentiam, regenerationem, & cætera. Humiliemus ergo nos, & gratias Deo agamus, vt semper inculcat Bernardus de iustitia nostra loquens: & cogitemus nostras iustitias esse sicut pannus menstruatus.

Præterea omnis nostra obedientia est imperfecta, ergo nihil ex mercede illis
B debetur. Dicunt illi, Opera Christi sunt meritoria ad vitam æternam: sanctorũ autem opera sunt opera Christi, quia is in illis viuit, ergo illorum quoque opera meritoria sunt ad vitam æternam. Sed hîc committunt paralogismum à secundum quid ad simpliciter: sunt enim aliquo modo opera Christi, & aliquo modo eorum qui illa faciunt. Non sunt simpliciter opera Christi, quia in imperfecta carne, & vitiatæ siue imperfectæ voluntatis concursu contaminantur. Ideo non iustificatur omnis viuens coram Deo. Aliud eorum argumentum est. Merces & meritum sunt correlatiua: ergo si merces vitæ æternæ datur operibus, vt dari docet, Matth. 25. Ergo opera merentur. Respondetur, In argumento hoc esse fallaciam æquiuocationis.

Merces enim bifariam accipitur, pro mercede quæ debetur operi: & pro ea mercede, quæ liberalitate donantis facienti aliquid, offertur. Pater familiàs vocat mercedem non tantùm id, quod seruis aut operarijs pro labore dedit: sed etiam quod filio bene discenti, & cito, aut alacri animo imperata facienti, largitus est. Deinde mercedis est in Scripturis frequentissima mentio, meriti autem nulla. Nõ est ergo solida hîc relatio inter mercedem & meritum, cum latius pateat merces, sed tantùm hac mercedis voce commendatur benignitas dei: detestatione verò operum & iustitiarum nostrarum dejcimur à nostro supercilio.

Quòd autem patres aliquando in collectis verbo merendi vtuntur, vt in domi-
C nica secunda Aduentus, vt tibi seruire mereamur. Et in collecta Sabati post Inuocauit, vt mereamur in aduersis & c. nihil aliud huiusmodi phrasi intelligere voluerunt, quàm vt ex mera Dei liberalitate reddamur idonei & c. Bernardus in Cantica, sermone 61. dicit: Meritum meum est miseratio Dei &c. Item in sermone 68. Sufficit ad meritum scire non sufficere merita. Vbi officia pietatis appellat merita. & de secundo loco hæc dicta sint.

Tertius locus est de bonis operibus, in quo pauca dicã, vt certa de bonis operibus nobis constet fides. Dixerat Paulus nos seruatos gratia, non ex operibus ne quis glorietur. Itaque probaturus non seruari nos ex operibus, addit: Nam ipsius figmentum sumus: ergo antequam nos refingat, regeneret, & arbores bonas faciat, malos tantùm fructus facimus. Quicquid boni est in nobis, figmentũ dei est, & imago eius ab eo primùm gratis condita, & gratis per fidem cognito Christo, & nobis in ipso insitis atque incorporatis recondita. Nisi enim palmes in vite remanserit, non poterit ferre fructum. Sequitur in textu:

Conditi ad bona opera.) Conditi ad bona opera in Christo Iesu. Vt scilicet D
benefaciendo patrem referamus.

Quæ præparauit Deus.) Proprium bonorum operum est, vt à Deo præparentur, & nisi ipse ea præparauerit, non sunt bona. Porrò bonum dicitur quod omnes appetunt. Omnes appetunt vt secum cum iustitia agatur, ergo faciant & illi similiter. Quomodo autem præparauit? præparat primùm vocatione. Alium enim vult esse herum, alium serunm, alium maritum & c. quibus humana iuuatur societas. Quisque igitur consideret, in qua sit vocatione, & in ea maneat, & in ea se exerceat. Colat eam quam nactus fuerit Spartam & ornet. Et verè bona opera non sunt omnia omnium & vniuersalia, sed singularium munerum & functionum: quia singulæ vocationes certa & propria genera habent bonorum operum.

Secundò præparat deus in nobis bona opera donis suis: dando nobis facultatem qua vocationi nostræ satisfacere possimus. Quia ex nobis nihil boni possumus cogitare, nedum perficere.

Tertiò, dando velle & operari. Etenim etiam ij qui habent dona & facultates, si tertunt, nisi excitentur à Deo, & diuinitus moueantur ad illa opera. Illa autem, ad quæ Deus his modis non præparauit, non sunt bona opera. Itaq; per vocationem, excluduntur omnia illa commentitia, & fictitia opera, quæ præ- E
ferant homines verè bonis operibus à Deo præceptis, quæ (proh dolor) nimis adhuc in Papismo vigent. Ciborum delectus, monachatus, cœlibatus, peregrinationes, ceremoniæ non intellectæ &c. de quibus omnibus non docemur in Scripturis Dei: quæ tamen instruunt hominem ad omne opus bonum 2. Tim. 3. & lex Dei atque Prophetæ implentur in præcepto: Dilige proximum sicut te ipsum Rom. 13. Studium benefaciendi omnibus adfert secum, quę verè bona opera & sunt, & dici debent: nimirum quæ ab omnibus expetuntur, & quæ quilibet sibi vellet fieri. Hæc debemus cognoscere quæ bona sunt opera, & toto corde illis incumbere. Igitur hoc proprio bonorum operum, illa impia lex excluditur, qua sanciunt aduersarij omne opus esse bonum, quod ex bona humana intentione ad gloriam Dei fit. Quis, quæso, ferret à suo famulo huiusmodi opera grato animo? Deus vult vt suo non nostro arbitratu ei seruiamus.

Ad statuenda opera supererogationis citant Paulum 1. Corinthiorum 9. de remissa mercede sua, item de cælibatu, de ijs qui se castrauerunt &c. ac dicunt, Non præcipiuntur, ergo sunt supererogationis opera. Sed respondemus, esse quædam opera, quæ non omnibus præcipiuntur, vt gratis prædicare Euangelium, cælibatum seruare &c. ad quæ non tenentur omnes sine discrimine: sed ad charitatem tenẽtur omnes, & est generale mãdatum: Dilige Deum ex omnib. F
viribus tuis. Et ex hoc mandato, quæ non sunt generaliter necessaria, fiunt quibusdam necessaria. Gratuita prædicatio Pauli erat ei necessaria, quia melius sic poterat persuaderi Euangelium, & habebat facultatem operandi manibus, & inde quærendi sibi victum. Item vt careret vxore, donum habuit. Cur autem habuit? nónne vt vteretur? Debuit ergo vti donis quæ ideo acceperat, vt illis vteretur. Nec feciſſet iuxta mandatũ illud: Dilige Deum omnibus viribus tuis, si id non feciſſet, ad quod faciendum donum acceperat, & quod faciendo gloriã Dei apud homines promouebat. Sed cùm hæc dona non sint omnium, nec omnes ad ea facienda tenentur. Tale est etiam martyrium, de quo admonet Cyprianus, vt imbecilliores fugiant, ne Deum tentent, bene instructi maneant, & illud semper notandum, quòd qualis est arbor, tales oportet fructus proferre. Oportet vt bona sit, vt bonos fructus proferat, nec omnis profert omnis generis fructus. Itaque certæ vocationis opera non debent confundi. Hucvsque de tertio loco.

Quartus locus, est de admirabili coniunctione nostri cum veteri populo, propter quam sublata est lex ceremonialis, quæ nos ab illis discernebat: sed de ceremonijs postremo loco agetur. Qua-

A Quapropter mementote, quòd vos quondam gentes in carne vocabamini præputium &c.) Miseriam nostram, & nostram perditionem prius ponit nobis ob oculos, vt singulare hoc Dei beneficium nostræ cooptationis in Ecclesiam veterem. Est contrariorum conflictatio, & illustris collatio nostræ prioris conditionis, & huius præsentis, quasi dicat: Propterea quòd gratis estis seruati, non vestra dignitate, sed liberali Dei gratia, maximi facere debetis tãtam dignitatem, ad quam vilissimi cùm essetis, assumpti estis solo Dei beneficio. Mementote.) Id est, eius rei memores estote grati. Sequitur descriptio conditionis prioris. Gentes in carne,) Id est, carnales destituti spiritu. Sic Ioan. 3. Qui natus est ex carne, caro est. Sic & Paulus ad Romanos octauo, sæpe carnis voce vtitur ad significandum carnalem naturam, spiritu Dei destitutam. Vult dicere, eratis non renati & abominabiles. In carne quidem etiam Iudæi signum gratiæ acceperũt, & fœderis, quod Deus pepigit cum Abraham nomine generis humani, atque multi Iudæi tantùm carnis circuncisione contenti fuerunt, quæ non est, nec fuit vnquam sola illa circuncisio, quæ Deo placeret, sed qualecunque sit Iudæorum iudicium, vos non audiebatis verba Dei, quod tantũ inter Iudæos prædicabat,

Abalienati à republica &c.) A regno Dei, & administratione vitæ æternæ per verbum & sacramenta, dante efficaciam spiritu, in quo Christus omnia regit, atque in id plenam à patre accepit potestatem in cælo & in terra, sine quo B Christo vos eratis extranei à testamento promissionum, quarum summa in eo continetur: Ero Deus tuus, & seminis tui.

A testamentis promissionum.) Hebraica vox ברית placitum siue pactum significat. Et quia testamentum est species placitorum & pollicitationum, ideo noua Scriptura testamentum est appellata, quæ vox multis in locis obscuritatẽ intulit, quanquam similitudo illa sit in epistola ad Hebræos. Verũ διαθήκη ברית significat idem quod fœdus quale principes ineunt cum subditis, quibus ex fide obedientibus promittit vicissim princeps pacem & commodam vitam.

Deo carentes.) Eratis absque Deo, non agnoscebatis eum qui cuncta fecit & gubernat: qua ignorantia nulla potest esse maior, nulla maior miseria, calamitas, perditio, à qua Deus vos gentes mera gratia, reuelato filio, per fidem verbi liberauit.

Quia aliquot dierum feriati sumus, operæprecium facturus mihi videor, si ab initio repetam locum de nostri cum populo veteri coniunctione, vt quæ ad locum ipsum pertinent, recenti memoria teneantur, & quæ dicenda sunt intelligantur facilius. Locus incipit ab illis Pauli verbis: Quapropter mementote, &c. Confert illis verbis miseriam pristinam, in qua gentes erant ante Christum per fidem receptum cum felicitate, ad quam postea per fidem in ipsum assumpti sunt, vt beneficium Dei maximum & gratuitum, tanquam maximum maximi faciant, magisq; se Christo & patri gratos præstent, & Ecclesiam ædificare impensius studeant. Vos, inquit, quondam gentes in carne vocabamini præputium: Id est, eratis immundi, abominandi, alieni à salute, nascebamini alieni à populo Dei. Præputium, id est, incircuncisi, est Metonymia. Ad eam quæ vocatur incircuncisio in carne &c. Nota supercilium Iudæorum, qui omnes ferè in carne, pauci in corde circuncidebantur. In genitali mẽbro fiebat circuncisio quòd omnis caro, & carnis propagatio impura est & digna, vt præscindatur à Deo, & à vita æterna.

Verùm hoc sacramento promissa erat gratia spiritus circuncidentis cordà, qua interna circuncisione in adultis, pij ab impijs & hypocritis discernebantur. Quicquid autem habuit ille populus supra præputium, merito Christi habuit: sed tandem hoc meritum exundauit in ipsas quoque gentes, & si hostes fuerint Dei. & quia Deus consensionis & non confusionis est Deus, voluit vtrunque populum ita in vnum coniungere, vt vtrique eædem essent leges, & idem imperator summus Christus,

In eam illos conſpirationem cogit, vt quiſque ciuis cæleſtis factus id agat, & diſcat ad quod potiſsimum eſt factus ad gloriam Dei, ſine arrogantia, & polypragmoſyni: ſed quod habet in eccleſia agẽdum, agat, neque perturbet aliorũ dona: nec debet in hac republica ferri, qui non eſt Chriſti, qui leges alienas recipit, ſed qui conſentit & conſpirat fide & ſtudio charitatis cum reliquis ciuibus & fidelibus, frequentat ſacros cœtus, curat ne quis peccet, orat, viuit deo & proximo. Cùm eos alienos fuiſſe à pactis promiſsionis dicit, illa pacta intelligit, quæ Deus ſæpe Abrahæ repetijt, quæq; in Lege & in Prophetis ſæpiſsimè renouantur, quorum ſumma eſt, Deum eſſe deum noſtrum, vitę æternæ, & omnis felicitatis authorem, vt in ſumma rerum bonarum affluentia, pace & tranquillitate in hac republica fruamur per Chriſtum. Qui hoc regnum ignorat, quærit ſubſidium in homine, cui omnia ſunt incerta, & propterea ſemper fluctuat, nec vlla certitudine animum ſuum tranquillat. Sed huius reipublicæ rex Deus, ciues ſuos tranquillat, & facit habitare confidenter. propterea hoc in Scripturis paſsim prædicatur proprium regni Dei, vt in eo ſeruetur Iuda, & Iſrael habitet confidenter & ſecurè. D

Nunc de abrogatione ceremoniarum legis Moiſaicæ locuturus Paulus, rurſus reuocat in memoriam priſtinam conditionem, quia nunquam eius ſatis memores ſumus.

Nunc autem per Chriſtum Ieſum, vos qui quondam eratis longinqui.) Alludit ad locum Iſaiæ 57. Creo fructum labiorum pacem, pacem his qui procul, & his qui propè ſunt. E

Propinqui facti eſtis per ſanguinem Chriſti.) Dixit per Chriſtum, & iam dicit per ſanguinem Chriſti. Quia nulla virtute noſtra, aut ſanctitate ſanctorũ, ſed ſola morte Chriſti hæc noſtra cum veteri populo conſociatio eſt peracta: quod grauitatem peccati auget, eo quòd à ſolo dei filio horribili ſupplicio potuit expiari. Auget etiam pœnitentiam & dolorem de peccatis, & odium contra illa, & fidem in dilectionẽ Chriſti, qui eo nos dilexit, vt mortuus in cruce fuerit pro peccatis noſtris.

Qui eſt pax noſtra, qui fecit ex vriſq; vnũ.) Amplificatio eſt beneficij Chriſti & reconciliationis, qua nõ ſolùm nos patri reconciliauit, verùmetiam vt nos inuicem membra & fratres agnoſceremus, filios Dei, & fratres Chriſti, qui eſt pax noſtra, qui fecit ex vtriſque vnum. Vt vnum ſimus, quod eſt propriũ filiorũ dei, vt quemadmodum Chriſtus eſt vnum cum patre, ita ſimus inter nos vnum cum deo. Et quia mundus non agnoſcit hanc conſociationẽ, ideo perſequitur pios: ſed illius malum eſt bono patientiæ vincendum: ſicut fecit Dauid erga Semei.

Et interſtitium maceriæ diruit.) Quale erat interſtitium ceremoniarum, vt, Hoc attingere ne audeas &c. lex de mundis & immundis &c. nondum prædicato Chriſto notus tantùm in Iudæa erat deus, & ibi verè celebrabatur, & Iudęi adorabant, quod nouerant, vt legitur apud Ioannem. Propterea meritò Iudæi tunc abhorrebant à gentibus & eorum conſortio, conſuetudine, & moribus. At propagato regno Euangelij in gentes, quod gratia Chriſti factum eſt, tunc Suſtulit inimicitias, & tantũ ab vtriſque exegit eandem fidem in eundẽ Chriſtũ ceremonias illas auferens è medio, inducta libertate externa omnia charitati ſubijciens, quæ vbiq; quærit ædificationẽ proximorum. F

In nouum hominem.) Ne mundum & homines veteres imitemur, ſed omnia ad rationem cæleſtis vitæ comparemus. Rom. 12. Sed transformemini per renouationem mentis veſtræ &c. Sunt vetuſti homines qui viuunt vt à natura in hoc mundo geniti ſunt, & ſectantur concupiſcentias carnis. Noui verò ſunt, qui viuunt de cælo, & patris cæleſtis vocem ſectantur. quod pauci faciunt, etiã qui noui homines videri volunt. Sed nimis multa retinẽt ex veteribus & malis.

In vno corpore.) Vt cohæreamus vera fide & charitate inter nos tanquam membra vnius corporis Chriſti, Sumus autem vnum corpus, non naturale, neque e-

A que etiam politicum, ſed pluſquam politicum, vt inter nos ſit mutua & ſumma cognitio, & notitia, bonorum communio, ſumma charitas, pax, conſenſus, atq; conſpiratio in regnum, & obedientiam Dei. Quia leges ciuiles & ceremoniales latæ Iudæis, non erant vtiles omnibus gentibus, ideo eas, quantum ad ſpeciem abrogauit.

De noſtra autem conſociatione cum Iudæis ſancto populo, cognoſcere intereſt, non tantùm vt de ea cum alijs diſſeramus, verùmetiam vt inſideat in animis noſtris eius fides & gratitudo erga ſummum benefactorem Chriſtum, qui nos ex colluuie gentium æternùm perdita, erexit merito mortis ſuæ & nos coniunxit, & inſeruit populo ſuo ſancto. Atque totus eſt Paulus in amplificando hoc beneficio, atque dicit:

Et veniens euangelizauit pacem &c.) Primus ipſemet Euangelizauit Samaritanæ, magis & paucis alijs, ſed poſtea per Apoſtolos prædicauit Euangelium idem, adeoq; per Moſem ipſum & Prophetas, in quibus quoque continebatur Euangelium, & ſumma regni cæleſtis felicitas: quanquam efficaciter tũc gentibus primũ cœpit perſuaderi, cùm reuelatus eſſet Chriſtus in carne, & miſſi eſſent Apoſtoli ad prædi candum. A reuerentia & dignitate perſonæ Chriſti amplificat beneficium conſociationis noſtræ per prædicationem Euangelij,
B quod tantum eſt, vt eius nobis conferendi cauſę in hunc mundum venerit.

Euangelizauit pacem.) Pax eſt tranquillitas & pacificatio conſcientiarum per fidem Euangelij, de placato nobis Deo per Chriſtum: quia omnibus perturbationibus, aut abiectis, aut ſaltem ſedatis acquieſcamus in ipſius gubernatione, defenſione, & ſalute, ſecuri etiam in aduerſis, imò etiam in ipſis gloriãtes Rom. 5. De qua re Stoici quidem multa ſcripſerunt, ſed nihil ſenſerunt, nec alijs perſuaſerunt, quia ſolius fidei in Chriſtum eſt opus. Tunc enim ſumus ex populo Dei, Chriſtianis accenſemur, cùm ita Chriſtus dat nobis fidem Euangelio acommodare, vt ſciamus patrem nobis eſſe placatum patrem, vt poſsimus audacter accedere, & petere ab eo omnia bona, fiducia gratiæ, & beneuolẽtiæ filij, ſicut declarat parabola deperditi & deplorati filij, qui ad patrem ipſum de eius bonitate confiſus redijt, & non aliò ſe conuertit. Qui verò ad mortuos tanquam magis miſericordes, quàm deus eſt, recurrunt, in hoc numero haberi nõ poſſunt, neque huius pacis participes ſunt.

Quoniam autem per illum habemus aditum vtrique in vno ſpiritu.) Spiritus ſignificat ventum aere impulſum. Græci ἄνεμον vocant, & Paulus appellat πνεῦμα, cùm ad vnitatem ſpiritus nos adhortatur. Quo vocabulo ſignificatur vis, facultas, & impetus animi in eis rebus agendis, quas maximi facit. Ita ſpiritus humilitatis, motus eſt ad moderationem & ſanctimoniam. Chriſtiani verò
C habent ὄρμην, vt id quod orant his verbis, Sanctificetur nomen tuum, & adueniat regnum tuum, agant. Ita cùm nemo quærit, quæ ſua ſunt, neceſſe eſt cõſpirare & conuenire, vt vno ſpiritu impellantur ad inuocãdum patrem vnum per vnum mediatorem: & omnes eò contendunt, vt Deum ſanctificent, & proximum omnibus officijs charitatis colant.

Locus hic obſeruandus eſt contra eos, qui ſtatuunt inuocationem ſanctorũ, & ſophiſmata quæ hîc aduerſarij afferunt, videamus. Cognoſcunt ſancti, aiunt illi, intercedunt ergo. Primum incertum eſt quid ſciant, & quid ignorent. Quia in Scripturis non eſt reuelatum, in Eccleſia autem nihil incertum docendum. Quòd orent pro nobis non dubito, qui ſunt in charitate cum Chriſto. Sed longè eſt alia eorum conditio poſt mortem, atq; noſtra cùm adhuc peregrinamur. Et precatio eſt cum ſenſu affligente: afflictio autem non cadit in beatum. Suo quidem modo congaudent pœnitenti, ſed non ideo ſequitur eos eſſe inuocandos, quia expreſſum nihil eſt in Scripturis, & Salomon non orauit Ahraham patrem &c. ſed Deum, vt memor eſſet promiſsionis factæ ei. Et in omnibus collectis antiquis ſingulari Dei beneficio inuocatur deus per Chriſtum, non ſancti,

facta tantùm interceſsionis,& poſtea meritorum mentione. Cæterùm collecta D
non dirigebatur ad ſanctos. Et illa eſt certa demonſtratio, nullum promiſſum, nullum exemplum, nullum mandatum, de hoc opere haberi in Scripturis, quæ hominem erudiunt ad omne opus bonum. Deus vult maximi fieri à nobis ſua beneficia: vult nos procurare mutuò ſalutem. Et ſi quis labitur, tota Eccleſia debet pœnitentiam agere. Sumus idem corpus, eiuſdem corporis comm embra: propterea in hac vita Deus iubet nos admonere, & poſtulare vt pro inuicem oremus, ad augendam & formandam charitatem: & vt per multos agantur gratiæ, quod plenè faciunt cæleſtes, & iam beati ſine noſtra admonitione, aut prece. Et vt ſuperſtitio iſta clarius agnoſcatur qualis ſit, à fructibus iudicetur bonitas arboris. Homines induxit in grauiſsimam idololatriam, & Dei obliuionem.

Iam igitur non eſtis hoſpites, & aduenæ, ſed conciues ſanctorum, & domeſtici Dei.) Eccleſia eſt ciuitas. Ciues in aliqua ciuitate ſunt qui fide & obediẽtia ſua in ſe receperunt ius ciuitatis. Ciues Eccleſiæ ſunt illi, quorũ notitia Dei vera eſt, & communis inter eos, vbi omnium bonorum in neceſsitate communicatio, vbi quiſque defert veris miniſtris, vt ſe corrigendum illi planè tradat, verè dies feſtos celebrat &c. Hoc proprium perpendamus, & petamus à Deo, vt nobis patefaciat regnum ſuum. Domus eſt, cuius eſt arctior communitas quã ciuitatis: maior notitia, diligentior cura, amplior communicatio. Imò ſunt vnum corpus, non tantùm conciues & domeſtici. Iam quæ maior ſympathia, aut E
coniunctio eſſe poteſt, quàm membrorum vnius corporis inter ſe?

Superædificati ſuper fundamentum &c.) Singularis eſt etiam metaphora ædificij, cui ſemper alij lapides adijciendi, adiecti, in ordinem redigendi, & poliendi ſunt.

Super fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum.) Præclariſsimos ex Iudeis nominat, per quos reliquos quoque intelligit, qui fundati fuerunt ſuper Chriſto: cui ſi aptè imponamur & coædificemur, ſtabimus firmi. Quòd autem nutamus, eſt quia ſumus malè politi & inæquales, vt aptè fundamento inſideamus, quod eſt aliòquin firmiſsimum, & inconcuſſum. Oportet nos prauis omnibus cupiditatibus liberari, & quaſi complanari, vt omni ex parte cohæreamus fundamento, in quo ſi perfectè acquieſceremus, & illo inniteremur, mutuaq; charitate coleremus, certè, ſolidè, plenè, & immobiliter conſiſteremus cõtra infernum & mundum. Commendat interim dignitatem Iudaici populi, ex quo dati ſunt nobis Apoſtoli, adeoq; ipſum fundamentum Chriſtus, qui & fundat, & quod eſt fundatum continet. Et ait: Superædificati: Quia Iudæis gentes ſubintrarunt.

In quo quæcunque ſtructura coagmentatur &c.) Coaptatio & coagmentatio infrà capite quarto declarabitur, vbi de eis diſſeremus. Nullum vult otioſum eſſe in opere ſalutis ſanctorum, quam tamen ſolus perficit. Plato in quarto libro de Republica, & in Politico, rectè docet, vt quiſque in Repub. accommodetur, & perſeueret in eo munere, ad quod eſt à natura productus, atq; inter felicitates reipublicæ connumerat, cùm ciues ſinguli ad ea ſunt deſtinati, ad quæ illos natura inclinat. Nam inuita Minerua nihil feceris. Hoc autem Chriſtus verè in ciuitate ſua facit, qui ſuos ciues regenerat, & vbi pro dono quemq; locat, ibi etiam ſui ſibi placent & ſuum locum ſeruant, & tutantur. Atque hoc vnum omnes curant, gloriam dei, & ſanctificationem ſuam ſine negligentia. Coaptationis enim ratio eſt in varietate & neceſsitate, atque recto vſu donorũ dei, quibus ſuam Eccleſiã ornauit, quibus mirabili coniunctione homines conſungi videmus & cohærere. Chriſtus eſt caput huius ſocietatis, & vinculũ quo adſtringitur hæc ſanctorum conſociatio, ſumma charitate Dei & proximi.

In habitaculum Dei &c.) Nulla creatura poteſt comprehendi, qui omnia implet, ſed ibi dicitur habere templum, & habitationem, vbi potentius, & clarius ſuam maieſtatem & potentiam exerit. Vbi ſapientia dei, iuſtitia & ſalus luculen-

culentius relucent quàm in Eccleſia? Atque omnes conſpicerent Eccleſiam eſſe templum Dei, ſi eius beneficio talis nobis Eccleſia reſtitueretur. hæc eſſet ex verbo eius omnino conſtituta, atque ex eius præſcripto viuens, qualis illa fuit Act. 4. & 5.

A

Eódem pertinet genus dicendi 1. Corinth. 6. Templum eſtis Spiritus ſancti. Et templa in quibus Eccleſia cum timore & pœnitentia deum colit, poſſunt etiam dici ea ratione templa Dei: non autem quæ cum contumelia dei teruntur. de quibus Iſaias 1. Ioan. 2.

Hîc interim docemur quæ ſit coniunctio Eccleſiæ, Primò, vt ſimus vniti in Chriſto: Secundò, vt ſimus coniuncti omnibus ſanctis: Tertiò cum ſummo ordine, vt quiſque id faciat ad quod eſt factus, & facultates à ſpiritu Dei accepit, vt deus magis ac magis in nobis habitet, & ſuam ſanctitatem manifeſtius exhibeat conſpicuam & celebrandam. Sequitur locus quintus de Abrogatione legis Moſaicæ.

Pędagogia illa non erat vtilis gentibus, & erat impoſsibilis patribus, propterea illam abrogauit, & pauciſsimis ceremonijs coniunxit ſuam Eccleſiam. Porrò de diſcrimine veteris & noui Teſtamenti, quoniam apud veteres multa contra apertam Scripturam dicuntur, hoc tractabo, & quid quiſque commune, quidque proprium habeat vterque populus Iudaicus & Gentilis ad fidẽ vocatus Ieſu Chriſti.

In omnibus pactis veteribus legimus paſsim has conditiones, Ero Deus veſter, & vos eritis populus meus. Iam deum eſſe alicuius, eſt deum illi authorem eſſe vitæ æternæ. quod Chriſtus in probatione reſurrectionis contra Saducęos clarè demonſtrat & explicat. Nam neceſſe eſt eos viuere quorum deus eſt benefactor & deus, ac viuere feliciſsimè, & in æternum. Ergo in iſta promiſsione continetur ſalus æterna. Neceſſe eſt enim omnem promiſsionem impleri, cùm ergo promittitur, quòd ſit futurus Deus, & illud eſt authorem eſſe vitæ æternæ: quia non eſt deus mortuorum. neceſſe eſt ergo omnino, vt æternam vitam præſtiterit, etiam illis quibus olim ſe Deum futurum promiſit. Et mortuis quid prodeſſet deum eſſe eorum deum? ac inutiles & vanæ non ſunt promiſsiones dei. Communis eſt igitur illi populo & nouo, quòd deus ſit deus eorũ, & ſeruator ad vitam æternam, & vterque ſit populus dei per fidem, ſicut in Hoſea legitur: Deſponſabo te mihi in fide &c. Matth. 8. Et recumbent cum Abraham, Iſaac & Iacob &c. verè igitur fuit dei populus, ad quem acceſsit Eccleſia gentiũ. Et ad Romanos capite decimo, dicit Paulus, interpretans locum libri Regum, Deum multos electos in illo populo ſibi ſeruaſſe, quos ſeptem milium hominum numero ſynecdochicos comprehendit, licet multos habuerit hypocritas. Ioan. 10. Habeo, inquit, alias oues, gentes intelligit, quas me oportet ad ouile Iudæorum ſcilicet, congregare & adducere. Et ad Romanos 11. dicimur oleaſtri, rami inſiti veræ oleæ, id eſt antiquo populo Dei. Et hîc itaque commune eſt, vt fiat fide populus dei. & in hoc 2. Epheſ. cap. qui longè, & qui propè erant, reconciliati dicuntur, & ex vtriſque vnum populum factum.

B

C

Commune item eſt illis quòd neuter eſt perfectus in vita & cognitione. Ex parte enim cognoſcimus, &c. & de die in diem renouamur. Quanquam nouus populus ampliore ſpiritu & cognitione ſit donatus. Vnde Paulus veterem populum paruulo puero agenti ſub tutoribus comparat. Galat. 4. nouum verò adulto, ſed qui tamen nondũ peruenit ad ętatem plenitudinis Chriſti, quod poſt hanc vitam demum conſequemur.

Differunt autem, primùm quòd veterem populum non regeneratione tantùm, ſed carnali quoq; generatione populus Dei cenſebatur: nouus verò regeneratione tantùm, ex quibuſcunq; tandẽ parẽtibus ducat originẽ. Et quicunq; credunt ex quibuſcunq; gentibus, filij cenſentur Ahrahæ, & eius quæ ſterilis erat & nõpariebat, vnde Iſa. 54. & Gal. 4. Lætare ſterilis, quæ non paris &c.

Vetus pop. certo erat addictus loco, cultusquem Deo præstabat erat vniuscerti D
templi angustia contentus: sacerdotium erat vnius tantùm familiæ, in certa tribu. Infinitas habebat ceremonias externas, multas purificationes, in cibo & vestibus particulares ritus. Denique seruili quodammodo spiritu & metu adigebatur ad colendum deum, & obseruanda eius mandata.

Nouus populus non circunscribitur terra Iudæa aut certo alio loco. Sed mittit Christus Matth. vlt. suos, Ite, prædicate in vniuerso mundo omni creaturæ: quia dati sunt ei omnes fines terræ in possessionem, & gentes in hæreditatem. Et tempus iam venit, vt veri adoratores Deum vbique in spiritu & veritate adorent. Suntq; iam omnes, regale sacerdotium, gens sancta &c. ac ex omnibus eligumtur idonei ministri, atque à sacerdote in æternum Christo oblatio pro peccatis nostris semel est oblata, cuius efficacia ad omnes omnium seculorum electos extenditur. Atque postquàm ortus est, Sol iustitiæ nostræ, illæ cessauerũt vmbræ, quæ eum adumbrabant, & euanuerunt. Ac pędagogia, quę diuersis vestibus, ciborũq; discrimine, & alijs externis ritibus Iudæos quasi manũ ad Christum ducebat, eius aduentu sublata est: & hoc vnum præceptum omnibus est, vt se mutuò diligerent, ac ad gloriam Dei, & salutem proximorum, sanctè postea & ordinatè omnibus cibis, vestibus &c. vterentur. Spiritus libertatis & adoptionis filiorum Dei nouus populus donatus est, per quem clamat Abba pa E
ter, & non spiritu seruitutis iterum ad timorem, Roman. 8.

Plus quoque nouo populo donorum & cognitionis concessum fuit, vnde Prophetæ cupierunt videre, ait Christus, quæ vos videtis. Et, Vobis datum est nosse mysteria regni Dei. Vnde conuellitur error eorum, qui putant illum veterem populum penitus fuisse carnalem, quod astruunt ex quarto capite ad Galatas, de duobus filijs Abraham: Lege locum. Ex eo loco obiter annotandum est, posse aliquid ex Scripturis præter historialem sensum animaduerti & adferri, ea tamen sobrietate, qua Apostoli id fecerunt, non vt Origenes, qui vniuersam penè Scripturã istis suis corrupit allegorijs & sensum literalem sustulit. Et rectus allegoriarum vsus est, vt sint piæ, & sensum in primis conformem apertis Scripturis contineant. Paulo fuit negocium cum pseudoapostolis, qui Christum Mosi impiè commiscebant, illius gloriam obscurantes.

Itaque cùm duos fuisse populos, duoq; testamenta dicit, alterumq; in seruitute constituit, Iudaicum intelligit populum, qui ceremoniarum seruitute tenebatur. Doctrinam etiam legis seruitutem vocat, quatenus illi eam, repudiato Christo, amplectebantur: nec est reuera aliud quàm mera seruitus. Nemo enim liber est, quem non Christus fide liberauerit. Item illi pseudoprophetæ, qui circunciſionem vrgebant, ex Ierusalem prodierant: propterea quoque ad Ierusalẽ R
refert suam allegoriam. Verùm vbi Christus gentes sibi à Patre donatas, fide Euangelij accepit, nihil fuit opus illa seruitute. Abolita ergo illa fuit seruitutis disciplina, & plenior data est cognitio. Spiritus fuit abundantior, ideo leuius disciplinæ onus. Disciplinam reliquit, quæ necessaria est in tota hac vita, sed moderata ea est, & grauis satis pijs ijs, qui aguntur spiritu Dei.

Erat etiam illa multitudo ceremoniarum admonitio grauitatis peccatorum. Christus autem impetrauit nobis condonationem omnium: ideo tantùm idoneas ad prædicandam Dei in nos liberalitatem reliquit. Declarauit Christus ceremonijs quoque, quas instituit, admodum apertè credentium peccata esse expiata & condonata, vt vides in Baptismo, & sacra Cœna. Liberauit itaque nos ab illo seruili iugo, quos nos olim peccatorum seruitutis admonebat, at nõ prorsus omni disciplina. Est enim adhuc nobis opus aliqua pędagogia. Nam adhuc ex parte prophetamus: ideo adhuc ceremonias aliquas habemus, quanuis illustriore quidem illas significatione. Accipe exemplum in puero, & eius pędagogo, paruulum minuta quæque docet, aperi caput, flecte genua, sic te gere in cibo & potu, &c. At adolescentiorem iam factum, & in his iam edoctum,

tantùm

A tantùm de grauioribus admonet. Dicit, nos promiſsionis filios eſſe ſimul cum Iſaac: Quia omnes promiſsiones ſunt gratuitæ in Chriſto fundatæ. & eius ſpiritu regeniti viua fide credimus, & tenemus quæ ſunt noſtræ ſalutis omnia. Sed quemadmodum tunc is qui ſecundum carnem natus erat, perſequebatur eum qui natus eſt ſecundum ſpiritum &c. ad pſeudoapoſtolos & alios infideles reſpicit ex Iudæis, qui erant ejiciendi è domo, vt Iſmael cum matre eiectus fuit.

Alioquin Scriptura Iudæos ex Sara prognatos teſtatur. Sed degeneres, & ab amore Dei alienos, totisq; viribus ei aduerſantes, ad quem electi erant, atq; ideo alienigenas vocat Pſal. 56. Et Iſaias ſemen appellat Sodomæ & Gomorræ Nam cùm pios inſectarentur, quánam ratione piorum fratres potuiſſent dici? Pſal. 56. 42. An non aliena religio & vita dicitur fornicatio? Ergo qui in ea verſantur, ſpurij & ex adulterio prognati dicendi ſunt.

Secundus locus, quo abutuntur qui nihil de veteri populo, quàm carnale cogitant, eſt in prima ad Corinth. 10. Patres noſtri omnes ſub nube erant, & omnes per mare tranſierunt &c. eo quòd communis verſio habeat, In Figura, quaſi fuerint veteres tantùm filiorum ſimulachrũ, & non populus Dei, ſed eius vmbra. ſed vocum ſignificatio ex fontibus haurienda. Textus habet, Hæc fuerunt typi noſtri. & eſt ſenſus: fuerunt nobis exempla, vt diſceremus eadem peccata fugere, propter quæ perditi fuerunt.

B Error iſte illorum inde eſt, quòd, cùm ſtatim primo intuitu aliquid intelligere non poſſunt, ad inanes ilico & fictas allegorias confugiunt, & omnia ad figuram referunt, quam ſibi fingunt in re ſæpe manifeſta, & in hiſtoria quam nõ nouerunt. Deut. 10. clarè deſcribitur, qualem Deus voluit habere populum veterem: Audi Iſrael &c. quid dominus petit à te &c. vt toto corde, tota anima eũ ames, vt eius ſerues præcepta, in quibus decalogus comprehenditur: ſubiungitur deinde, In bonum tuum. Item, domini dei tui ſunt cæli & cæli cælorum. Item, Circuncidetis præputium cordis veſtri. In ſexto quoque Deuteronom. & alibi talia multa legas, & videbis eum populum regeneratione non fuiſſe diuerſum à nouo, ſed alijs tantùm externis differentijs, & etiam, quòd plenior nunc ſit reuelatio, fides, & ſpiritus.

Concludamus igitur, quòd in illo quoque populo deus veros cultores habuit. & cùm in Ioanne dicit, Venit hora, & nunc eſt, quum veri adoratores &c. Intelligendum eſt, non quòd ibi quoque non fuerint veri adoratores, ſed quòd non ſolùm ibi. Et eorum quæ de filijs & teſtamentis diſſerit Paulus, hęc eſt ſumma: Quicquid accepit ille populus in monte Synai, fuit non efficax ad vitam æternam ſine Chriſto: fuit illis quoque opus Chriſto. Quia autem illi nimium externis inſiſtebant, quæ in Synai lata ſunt, & in deſerto, nec Chriſtum per quẽ

C illa populo olim fuerunt ſalutaria, amplectebantur: ideo montem Paulus vrbi & regno coniungit, monti enim tantùm adhærebant, id eſt illis, quæ in eo lata ſunt, nec quærebant in Chriſto illorum efficaciam, tantùm literam & externam obſeruationẽ legis Moiſaicæ, reiecto Chriſto, ſectabantur. Atq; id erat ſeruire, ſecundum literam tantùm mandata obſeruare. Vocat Ieruſalem noſtram matrem, quia vna eſt omnium fidelium ſocietas. Liberam dicit, quia fide & ſpiritu ſeruit Deo. Et de ea Propheta ait, Lætare ſterilis &c. Sterilis erat ſecũdum carnem, cùm deus notus eſſet in vno populo Iudaico, tum paucos admodum illi ea pariebat filios. Nunc quoque qui literam ſectantur, perſequuntur eos, qui ſecundum ſpiritum ſeruire Deo volunt. Sed quid dicit Scriptura? Eijce ancillam &c. Vnde occaſionem quidam accipiunt dicendi: Ideo populum eijciendum fuiſſe, quòd carnalis tantùm eſſet. Sed non vnus tantùm eſt conſulendus locus, verùm omnes: tum reliqui docebunt, quomodo ſit iſte intelligendus. Non fuit populus ille tantùm carnalis, nec carnalis tantũ obſeruatio mandatorum, ab illis fuit requiſita, aut carnales tantùm illi factæ ſunt promiſsiones. Repugnat enim vniuerſa Scriptura: vim faciunt verbis Apoſtoli 4. ad Galat. qui

ea sic accipiunt. Apostolus ea in illos dicit, qui Christo iam resuscitato regnoq; D
eius iam illustrato, reijciebant eos qui ex gentibus ad fidem Christi veniebant. Non loquitur de veteri populo illius temporis, cùm vigerent adhuc ceremoniæ legis Mosaicæ, antequàm aduentu Christi abolerentur. Et natos ex Hagar manifestum est, non posse nisi in eos competere, qui ex illo populo degenerarunt: de quibus Ezechiel quoq; ait, Pater tuus Emorræus &c. Alioquin illi qui erant de electo populo, non inuidebant gentibus, sed eas amabant. Sic hodie videmus fieri inter eos, qui Christi nomine sunt insigniti. Quot sunt quibus illud Christi competit, Vos ex patre diabolo estis? Certè non frustra apostasia à deo, dicitur in Scripturis fornicatio. Id ipsum quoque clarè indicat locus primæ ad Corinth. 10. Vult dicere Paulus, lactatis vos esse Christianos, vt illi iactabant se populum Dei esse, cùm tamen non omnes placuerint Deo. Vultq; hac collatione eos à consortio idololatrarũ absterrere. quæ illis, inquit, contigerunt, propter nostram instructionem cõtigerunt, vt non putaremus satis cõmunicare in rebus externis Dei, sed oportere in primis in rebus spiritualibus communicare. Sunt eius rei in Scripturis testimonia illustria, sed in primis illud 10. Deuteronomij, in quo loco totam animam, totum cor requirit, nec tantùm terrena, sed æterna promittit. Sed proculdubio propter Christum, per quem Deus ex seuero iudice, nobis pater est factus indulgentissimus.

Iam sequitur de veteri & nouo Testamento quomodo conueniant, & quomodo differant. Ac primùm διαθήκη idem significat quod ברית Hebræis, quod Hieronymus rectius vertit pactum, minus autem rectè quidam verterunt, testamentum. Porrò Geneseos 15. & 17. agitur de veteri pacto, in quo continetur promissio huius & futuræ vitæ, & in Exodo 23. & 24. idem continetur. summa est: Ego ero Deus tuus, & seminis tui. Ego vos gubernabo ad salutem æternã, vt Christus interpretatur contra Saducæos. In commemoratis Exodi locis, graphicè, ratio ipsa fœderis, describitur: qualis etiam retinetur in fœderibus secularibus, inter principes & eorum subditos, & idem Christus fecit in solenni institutione noui Testamenti, quod sanciuit in suo sanguine.

Hoc fœdus in genere in eo constat, quòd Deus promittat se fore deũ, id est vitæ temporalis, & æternæ largitorem & conseruatorem ijs, quos ad fœdus assumit. Quia verò sanguine Christi fœdus æternæ salutis confirmatum est, epistolæ ad Hebræos autor hoc nomen ad Testamenti vocem contraxit. Pia est ea vocis abusio, sed coniungenda est cum vera, & veteri vocis ברית significatione & appellatione. Illa vocis abusio fecit, vt adhuc tempore Augustini recepta nondum esset ea epistola inter canonicos libros, sed relinquebatur liberum, vt legitur iu secundum caput ad Ephesios apud Augustinum. Est & Deuteron. 29. scriptum de fœdere, sicut & in plerisque alijs locis. Ibi voluit Moses renouare fœdus populi cum Domino, congregata iam Ecclesia in terra Moab, fœdus, inquam, quod prius in Horeb pactum fuerat. In ea renouatione est expressum, vt nemo in ea Ecclesia ferretur, qui fœdus non amplectebatur, & cultum à Deo præscriptum. Primùm voluit adesse omnes, renouaturus fœdus, quia ad omnes id pertinebat. Voluit è consortio sanctorum excludi, qui illnd non amplecteretur. Conditiones vtrinque hæ erant. Ex parte quidem Dei, vt assumeret illum sibi in populum peculiarem, id est, ei vitæ temporalis & æternæ autor & conseruator esset, quemadmodum iurauerat patribus Abraham, Isaac, & Iacob &c. Ex parte verò populi, qui & ipse iuramentum transibat, vt Deum sibi in Deum acciperet, id est, se totum eius tutelæ & gubernationi contraderet, in eius mandatis fideliter & religiosè versaretur, nec inde se vlla ratione dimoueri pateretur, aut illis alia vlla intermiscere auderet. Promittit quoque deus, se fœdus suum non solùm cum ijs, qui tum præsentes erant, sed cum filijs quoque illorum, fœdus suum pangere, vt & illis, regenerationis & omnis felicitatis, sicut & patribus, autor sit. Intelligit autem, qui fidem illorum qui tum fideles erant,

imita-

imitarentur, ſicut illi tum fidem patrum imitabantur. Ideò rectè Paulus ad Ga-
A latas tertio, eos qui verè credunt, verè Abrahæ ſemen vocat. Et Exod. 31. præci
pitur, vt ſeptimo quoq; anno hoc fœdus renouetur. vbi eædem eccleſiæ re ci-
tantur partes & leges. In feſto tabernaculorum, cùm vniuerſa conuenit multi-
tudo, tum recitabantur leges audientibus omnibus lingua intelligibili, ad hunc
finem, qui illic exprimitur, vt audiant, diſcant & timeant &c. Item alibi vt filij tui
qui non cognouerunt, diſcant timere Dominum. Ioſue vltimo quoque idem
ab eis exigitur, & eædem fiunt promiſsiones. Idem inuenias in Nehem. 10. & 11.
Ezras quoque de eiſdem rebus exigit iuramentum ab eis, & ſubſcriptionẽ ſe-
niorum requirit. Eſt demum per Chriſtum quoque idem renouatum. Sed ſi
idem eſt & vnum fœdus, quî fit, vt nunc vetus, nũc nouum dicatur? vt Ieremias
31. noſtrum vocet nouum, & nos illud in quo fuerunt patres, vocemus vetus. I-
dem vetus dicitur, quatenus carnalis natiuitas, & Abrahæ poſteritas in eo reſpi
ciebatur. Nouum autem dicitur, quatenus iam vocatis ad fidem gentibus, non
amplius carnalis propagatio, ſed regeneratio tantùm reſpicitur. Eſt tamen &
hoc idem vetus, quod cum ſectantibus fidem Abrahæ pangitur.

Rurſus vetus dicebatur illud poſteritatis carnalis Abrahæ. quia certa diſcipli
na & pędagogia detinebatur illa. Ab hac pędagogia iam Chriſtus nos libera-
uit, qui à patre accepit in poſſeſsionem omnes fines terræ: ideo idipſum fœdus
nouum dicitur. Innouatum enim in eo eſt aliquid. Annon vides quòd Chriſtus
B dicit, Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra? &c. Ite in omnes gentes
prædicate omni creaturæ, quicunq; crediderit & baptiſatus fuerit &c. Et Mat-
th. vltimo, iubet ſibi ab Apoſtolis diſcipulos ex omnbus gentibus fieri. Vbi cla
rè videri licet, nullam fuiſſe amplius carnalis propagationis neceſsitatem, nullũ
illarum ceremoniarum iugum relinquit. Offertur fœdus æternæ beneuolen-
tiæ, ſine vlla tali obſeruatione ceremoniarum omnibus verè credentibus, qui
Chriſto & Eccleſiæ eius incorporantur, accipiuntq; mundationem à peccatis,
& ſpiritum regenerationis. Nulla omnino alia conditio eſt huius fœderis, quã
vt credamus, & in vnum corpus coaleſcamus, & fidem per veram charitatẽ con
fiteamur. Nihil de ſingularibus veſtibus, cibis, diebus, ceremonijs.

Subſtantia ergo eſt eadem, ſed cõditiones ſunt variatæ. Ratio eſt noua, quia
gentes in fœdere ſunt comprehenſæ, & reuelatio plenior facta eſt. Locus igi-
tur Ieremiæ non ſimpliciter, ſed ſecundum quid eſt intelligendus, quæ figura
frequenter in ſacris literis occurrit. Sic & Chriſtus loquitur: Doctrina mea non
eſt mea, quatenus homo ſum, qualem vos me tantùm conſideratis. Vides hy- Ioan. 14.
perbolicum illum ſermonem fuiſſe, & reſtringendum deinde eſſe. Sic fœdus
quod Ieremias vocat nouum, ſecundum quid eſt nouum, nempe quatenus nõ
iam amplius Iudæorum tantùm Deus, quemadmodum olim notus tantùm in
Iudæa erat, ſed etiam Gentium. Iudæorum quidem reliquias ſeruat, at Gentes
C quoque aſſumptas illis in eodem fœdere coniunxit.

Si Ieremiæ verba preſsius expenderis, inuenies idem quod in veteri promit-
tebatur, in eo quoque, quod ipſe vocat nouum, promitti. Sic enim dicit, Et ero
Deus eorum, & ipſi erunt mihi populus. Promittitur in Ieremia remiſsio pec-
catorum. Annon idem patribus quoque promiſit, cùm ſe illis deum futurum
recepit? Certè ſpiritu & cognitione ſui illos quoque donabat, quos amore ſui
in populo illo veteri flagrare faciebat, quanuis & cognitio nunc fit planior & a-
bundantior ſpiritus. Ceremonias abiecit, iudicia illa abiecit, quibus nos noluit
onerare. Vnde & nouum dicitur hoc quod nobiſcum habet fœdus. Attamen
præcepta de moribus, doctrina decalogi, manet immutabilis, & durat æternùm
Ideo illud idem eſt quod vetus fuit. Nec pugnat quod legitur in capite octauo
ad Hebræos. Nam ſcribitur locus ille contra eos, qui Aharonicum ſacerdotiũ
aſſerebant, quæ res excludebat Chriſtum, contra quos loquitur quoque Paulus
Coloſſen. 2. Alioquin vnum eſſe mediatorem, per quem lata fuit lex, & de cuius

plenitudine omnes accipimus. docet & ad Galatas: At mediator vnus est, ho D
mo Christus Iesus. Et certè meritò ita loquuntur contra eos, qui Christum à lege separant, & excludunt. Nam mera litera, excluso Christo, tantùm occîdit. Et quicquid reliqui est, nihil est quàm laruæ. Quod non tantùm in suprà commemoratis locis, sed frequenter Paulus inculcat. Superest nunc de abrogatione legis, in quo loco, vt in omnibus proprietatem vocum primũ perspiciamus, & germanas significationes.

Legis nomine aliquando vocatur totus ille sacer liber, continẽs Mosen, Psalmos, Prophetas &c. & ad Romanos, & alibi Paulus aliquam adfert ex Psalmis sententiam, quasi ex lege illam deprompserit, vt Roman. cap. 3. Quia aliquando sub legis nomine, Psalmi quoque continentur. Vox Hebræa est תורה, id est, doctrina. Sicut Lex apud Ciceronem quoque, est doctrina de bonis & malis operibus.

Definitio legis. Est itaque Lex, doctrina iubens honesta, & prohibens contraria, qua definitione distinguitur ab Euangelio: vbi enim Deus præcipit, vel prohibet aliquid, lex est: vbi verò aliquid promittit, est Euangelium. Porrò lex quatenus ab Euãgelio distinguitur, tria præceptorum genera continet.

Moralia præcepta. Moralia, ad quæ debẽt formari mores, vt præcepta de fide & charitate, & harum virtutum fructibus.

Iudicialia præcepta. Alia sũt Iudicialia, de politia externa, & de iudicijs, vt de anno remissiõis &c. E

Ceremonialia præcepta. Tertij sunt generis, quæ circa ceremonias & externum cultum versantur, in quibus sunt comprehensæ multiplices quoque illæ purgationes, & sanctificationes. Hæc præceptorum distinctio debet considerari, cùm de abrogatione Legis quæritur.

Abrogatio legis quid. Porrò Abrogatio, est irritatio & abolitio Legis, vt qui contra eam facit, non peccet, & qui eam non seruat, non peccet, eo quòd sit abrogata.

Et si autem leges pro varijs casibus, quibus sumus subiecti, varientur: & ex malis moribus bonæ leges exoriantur, manet tamen ratio legis eadem, & est æterna. Quod temporum, quod personarum &c. rationem habet, mutari potest & aboleri. Quod autem in vtili & honesto versatur, illud immutabile remanet, circunstantijs temporum & personarum mutatis. Vnde Aristoteles ait, Leges debere esse similes Lesbiæ regulę, id est flexiles, vt plumbea regula flexilis est. Et Plato de Republica, simile quiddam dicit, & exemplum adhibet nautæ, & medici. Ideo rectè consulitur, vt præficiantur rebuspublicis, prudentes, iusti, pij, vt ipsi, vbi fuerit opus, mutent, & sint animæ legum: subditis autem non liceat leges mutare.

Christus ait, Non veni, vt soluerem, sed vt implerem Legem. & Paul. ad Ro- F
manos 3. dicit, se stabilire Legem. In 2. autem Corinth. 3. abrogatum dicit ministerium Mosis. Et Roman. 7. dicit, Nos esse liberos à Lege: & multis alijs in locis apud Paulum huiusmodi de stabilitione legis, & eius abrogatione legũtur. Vt ergo hæc de abrogatione & stabilitione Legis probè intelligantur, quæ in Paulo leguntur passim, causa est inquirenda, cur de Lege ita disseruerit.

Legitur in 15. cap. Actorum, Antiochiæ inter discipulos grauem contentionem de legis Mosaicæ pædagogia abortam esse. Missum est ad Apostolos eã ob causam, vt consulerentur. Pharisaici quidam accerrimè defendebant necessitatem ceremoniarum, & pro viribus asserebant. His obsistit Paulus intrepidè & maiestatem illam Legis, & sæpe & multis dejicit. Hæc potissima videtur causa, cur toties & tã copiosè Paulus de Legis abrogatione loquatur. Iam verò dictum est, ibi visum esse Spiritui sancto, & congregationi Apostolicæ, ne quod gentibus imponeretur iugum, quàm quod necessarium esset: & quæ leguntur ibi. Nam Christus vt iugum suum commodum redderet, & ad salutem omnib. gentibus imponeret, leges non necessarias, & importabiles sustulit. Qui igitur legalium ceremoniarum necessitatem in Ecclesiam reuehebant, gratiam Christi eua-

A sti euacuabant. Iustissimam itaque habuit Paulus causam acerrimè expugnandi hunc errorem, & pronunciandi, nemini Christum prodesse, qui se illa opinione & illo errore circuncideret. Itaque hactenus eleuat Paulus maiestatem legis quatenus pseudoapostoli meritum Christi eleuabant, vt maiestatem legis asserrent. Quærit igitur & explicat quid valeat lex, & possit excluso Christo. Ad Galatas quarto, vocat infirma & egena elementa. Sic ad Colossen. 2. vocat elementa mundi, & vmbras rerum futurarum: atque iam non amplius dei, sed hominum constitutiones. Et quemadmodum his duobus locis de ceremonijs, ita ad Romanos tertio, de tota lege disputat, si Christum excludas. Ex operibus legis, inquit, non iustificatur vllus homo. per legem agnitio peccati. Iram lex operatur, condemnat. Iram Dei demonstrat & operatur propter rebellionem carnis nostræ, per accidens: quia vbi transgressio, ibi ira. Nam lex Dei summam exigebat iustitiam, quæ secluso Christo præstari non potuit. Fuit quidem illi populo in lege Christus etiam ipse propositus, ideo fit ibi quoque mentio reconciliationis. Hinc fortasis est, quòd vocem illam חקים qua plerunque ceremoniæ intelliguntur, quæ Christi fuerunt figuræ, veteres Græci, & post eos Latini vertunt, iustificationes. Iustificabantur illi quidem, at non per legẽ, sed per Christum, qui in lege comprehendebatur. Paulus autem certissima demonstratione

B concludit, neminem per ipsam legem iustificari. Estq; argumentum à contrario Lex condemnat, ergo non iustificat. Ad Roman. 7. Lege augeri peccatũ, quod bifariam fit. In quibusdam quidem auget peccatum. Quia nitimur in vetitum, cupimusq; negata. In quibusdam verò, sensum peccati auget, & grauitatem eius ostendit. Paulus igitur in tertio sicut in octauo quoque ad Romanos, Legis imbecillitatem quantum ad iustificandi efficaciam reprehendit, ac sumit legem pro tota doctrina legis, & eius cognitione.

In quarto ad Romanos, proposito exemplo Abrahæ, ostendit non ex operibus fuisse eum iustificatum, sed ex fide qua promissum dei amplexus est: in quo similiter de tota doctrina legis intelligit.

In secundo ad Colossenses de ceremonijs quidem disserit, & quatenus mutabilibus circunscribebantur circunstantijs legem dei esse desijsse vult. sed ne eam quidem intelligit abrogatam fuisse partem, quantum ad studium Dei, & amorem quem continebat, sunt enim hæc æterna.

In quinto capite ad Romanos, inquit, Lex subijt vt abundaret peccatũ, pleonasmus est, &, vt dictum est, auget peccatum in non habentibus Christum per accidens, propter innatam rebellionem, qua homo in vetitum nititur, nisi ab eo spiritu Dei retrahatur. In habentibus autem Christum, sensum & cognitionem

C peccati auget per se. Deus euim & reipsa, & sensu iræ suæ voluit ministerio legis augeri peccatum, vt omnes agnoscerent gratuitam suam clementiã in Christo, & eam ardentissimè ambirent, vt, inquam, intelligerent nequaquam se per suam philosophiam Gentes, & Iudæi per suam legem, quam non seruarent etiã posse salutem ac veram felicitatem consequi, atque id sentientes contriti & humiliati, sedulò quærerent, per quem eam consequi possent. Contritorum enim & humilium est regnum cælorum, & gratia diuina.

Ait quoque Paulus in eodem capite, ante legem quidem peccatum fuisse in mundo &c. Id est, obtinebat omnia peccatum in mundo sine sensu iræ Dei, & conscientia peccati. Subiungit: Porrò peccatum non imputabatur, cùm non esset lex. quod est ita intelligendum: A Deo quidem qui semper iustus est, imputabatur, sed ab hominibus non imputabatur. non enim sentiebant legem, ideo neque peccatum, neque punitionem peccati, quæ est imputatio: aut tantũ crassiora peccata agnoscebant, quorum natura est euertere totum humanũ genus: verùm concupiscentiam & rebellionem in natura sua non agnoscebant Quia lex illa cordibus hominum inscripta, erat obliterata, quam Deus sua benignitate postea renouauit in cordibus piorum, & tunc illo lumine accensi, sen-

ſerunt peruerſitatem ſuæ naturæ. Legatis deſcriptionem conſcientiæ peccatis D
obrutæ, agitatæ, & actæ peccatorum furijs, apud Platonem in Gorgia, in diſputatione quam tribuit Calypo, & in primo de Republica. Exemplum autem renouatæ legis in cordibus hominum, habes in prima prædicatione Petri Act. 2.

Ad Rom. 6. dicit: Non eſtis ſub lege, ideo peccatum non dominetur. Bona eſt ratio: nam non debet dominari, qui ius non habet in eum, in quem exercere vult imperium. Non eſtis ſub maledicto legis, eſt illi adempta ea poteſtas, qua pronunciare æternæ damnationis ſententiam in eos ſolebat, qui non permanſiſſent in omnibus &c. ita vt vos amplius non occîdat. Idem hîc pollet eſſe ſub lege, & eſſe ſub peccato, id eſt, ſub condemnatione peccati. Sic ad Galat. 3. Factus ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret. Amphibologia eſt eodẽ modo, atque ita eſt intelligendus locus: vt eos redimeret, id eſt, vt eo pacto à lege liberaret, quo pacto eſſe ſub ea eſt contrarium ei, quod eſt, Eſſe ſub gratia. Sunt autem eo pacto ſub lege, qui ei ita inhærent, vt non ſentiant ſpiritũ gratiæ Chriſti: ſub peccato enim ſunt. Atqui hæc duo ſemper ſunt coniuncta, ſub peccato eſſe, & ſub lege eſſe.

Ad Romanos ſeptimo, Mortui eſtis legi. Inuertit ſimilitudinem in ἀποδόσει Quia propter reuerentiam legis noluit dicere, legem eſſe mortuam. Intelligit vt in capite ſexto, de dira tyrannide legis condemnantis, à qua ſunt liberati, qui fide in Chriſtum donati ſunt. Quo etiam ſenſu ad Galatas ſecundo, dicit, ſe per B
legem, legi mortuum fuiſſe. Sicut etiam eramus mortui iuſtitiæ, antequã Chriſtum haberemus. Sum à lege mortuus, id eſt, liberas ea me condemnante, & ſua ſeueritate mihi omnes cupiditates imputante: ſicut homo mortuus exemptus eſt ab omnibus actionibus vitæ, ſic iam in nos nullam habet actionem lex, qui Chriſto commortui ſumus. Idem dicit ad Galatas quinto, & etiam in Epiſtola ad Timotheum: Omnes verè credentes per legem docentem peccatum, ſunt mortui legi, & condemnationi legis, quia liberantur per fidem ab ea. Soluti tamen ita ab ea ſunt, non vt contra legem viuant, ſed vt ſeruiant Deo in nouitate ſpiritus. Danda itaque opera ſemper eſt legi implendæ totis viribus, vt in ea præcepta iuſtitia eſt colenda, ſemper voluntariè, non coactè. Nam liberi iam ſumus, ſed non ſimpliciter liberi, verũ liberi ſecundum quid. Liberi ab eius cenſura, & condemnatione, liberi ab augmento peccati, & concupiſcentiæ, & cætera. Quanquam ſi rectè intelligas, ſumus etiam ſimpliciter liberi ab ea. Si ſpiritum Chriſti habes, & eo ageris, es ab ea ſimpliciter liber, & tamen amas, & amplecteris, quod in illa præcipitur, ex amore. vt ſeruire duplex eſt, inuitè & ſponte, ita quæ legis ſunt, dupliciter fiunt, inuitè & ſponte: ſi ſpiritũ Chriſti habemus, ſpontanei ſumus, non inuiti.

Quãdo eramus in carne ait Apoſtolus: Nunquid nõ ſumus nũc quoq; in carne? Sumus quidem: ſed eramus in carne dominante, nunc ſumus in carne inhærente, ſubiungit: Affectus peccatorum vigebant in membris noſtris ad fructificandum morti, ad edendum in nobis opera digna morte æterna. Liberati autem nunc &c. Ita liberati, vt grato & prompto animo & ſeruiamus, & noua vita viuamus, idq; liberè, imò cum oblectatione, etiam ſumma opera legis faciamus: quod ſerui peccati ſine ſpiritu dei nequaquam facimus, niſi inuiti. Sequitur in eodem capite: Vt ſeruiamus per nouitatem ſpiritus, non per vetuſtatem literæ. Alterum alteri opponit. Quid ergo dicemus? Ergo lex peccatum eſt? &c. Non per ſe, ſed per accidens, noſtræ corruptæ carnis infirmitate hoc legi accidit, vt augeat peccatum. Nam caro, vel potius peccatum in carne habitans, accipit materiam iraſcendi deo, & deſperandi, prolixiusq; peccandi contra ſancta deſideria, & recta opera, ad quæ lex vocat. Concupiſcentiam non nouiſſem Concupiſcentiam intelligit reluctantẽ legi diuinæ: Non cognouiſſem eſſe peccatum, niſi edoctus à lege. Et obſerua quòd hîc Apoſtolus de lege vniuerſa diſputat, etiam de ipſo decalogo. De concupiſcentia enim loquitur, quod vltimũ

eſt deca-

est decalogi præceptum, contra Origenistas, & illorum sequaces. Certè in om
A nibus decem præceptis, deus fidem à nobis expetit, & ne fiduciam collocemus in vlla alia re: deinde illo vltimo animum etiam vult remotum, & voluntatem. Est itaque ac si dicat: Ne concupiscas quæ in superioribus præceptis prohibita sunt. Quod vltimum præceptum latum est, vt nobis ingenitam prauitatẽ, hunc morbum & vitium naturæ probè agnoscamus & condẽnemus: quod ex verbis Christi Matth. 5. liquet. Nemo in hac vita, quantumuis sanctissimus, hoc vitio prorsus caret.

Est autem huiusmodi concupiscentia, perturbatio quædam animi à natura nostra vitiata procedens, quæ aduersatur legi Dei, & in contraria fertur. Paulus eam corpus mortis vocat: Infelix ego, quis me liberabit de corpore mortis huius? Item corpore seruio legi peccati. vocat concupiscentiam peccatum: Quia nos vita & corde reddit auersos & alienos à Deo: propterea mortifera est. Et ex vera dilectione matris erga infantem, quam nulla vnquam incesit cupiditas, nedum consensum malefaciendi filio vel infanti suo dilecto, clarum est, nostram non posse veram & perfectam esse hîc dilectionem, quæ contrarios motus & sentiat, & illis consentiat. quod efficit in nobis hæc concupiscentia. Propterea peccatum dicitur, & est ratione rebellionis saltẽ, licet reatus ratione non sit. Illa siquidẽ vitiositas impedit, vt deum perfectè, sicut meretur, benefactorẽ vera dilectione & gratitudine cordis colamus. Nam peccatum occasione ac-

Concupiscentia quid.

B cepta per præceptum decepit me: Id est, permouit me, vt contra legem agerem, ac si melius esset contra legem facere, quàm legi obedire: effecit vt illã tanquam non bonam aspernarer. Inde dicitur peccatum: quia ea concupiscimus, & sequimur quicquid probatur iudicio sensuum sine consultatione sacrorum iussuum Dei. Et per illud occîdit: Quia mortem minatur peccantibus, exagitat conscientiam, atque ideo per eam interficimur: per eam, inquam, non ab ea, sed à peccato. Et manifestum est, in toto hoc loco Paulum loqui de peccato, & vitio inhabitante & inhærente in nobis, cuius proprium est mouere cõtra sanctissimam dei legem (sicut etiam sancti patres Augustinus & Ambrosius intellexerunt) atque postea conscientiam exagitare adeo, vt nisi occurrat Christus, in desperationem inducat. Omnis lingua concedit aberrare à scopo, esse peccare. Lege in libro Iudicum de Beniamitis fundibularijs. Sic qui in musica dissonant, peccare in ea dicuntur: peccatur in oratione, cùm à regulis discedítur, in carminibus, cùm non seruantur numeri &c. cur non diceremus similiter de concupiscentia? Plato in Gorgia, dicit nos propriè non velle, nisi quæ verè bona sunt, in quibus mens & voluntas plenè acquiescat. Reliqua, vt peccata, non propriè volumus. Velle adiacet mihi, vt autem perficiam non inuenio. Nam ad perficiendum, totus animus, totum cor requiritur. Est autẽ semper in bono opere adiuncta perturbatio motuum, quominus plenè & integrè

C ferantur in officium perficiendum. Miser ego homo &c. Certè non propter res medias, quæ miserum non faciunt, sed propter peccatum, quod solum facit miseros, ita se miserum dicit. Contra aduersarios, qui dicunt, concupiscentiam in renatis non esse peccatum, quia non damnat. Quis me liberabit ex corpore morti obnoxio? Vocat corpus morti obnoxium, quia subijcit ea nos sua natura totos morti, nisi remissa fuerit gratia Christi. Quod nunquam plenè, satis anxiè, & religiosè ambiemus, nisi intelligamus atrocitatem rebellionis nostræ, & ignorationis Dei, ac obsequij sensuum.

Quapropter non sunt extenuanda & eleuanda testimonia Scripturarum de concupiscentia, quæ non dicitur tantùm, sed est etiam peccatum. Quia est deprauatio naturæ contracta à progenitore Adamo, qua tota nostra vita rebellamus contra sanctam legem Dei, quæ nisi remittatur fide in Christum, addicit æternæ morti. Augustinus dicit eam esse morbum & languorem affectuum cõtra Valerianum. Aduersarij autem dicunt, id tantùm esse peccatum, quod con-

ſenſu admittitur,vel reatu obſtringit,idq; ex Auguſtino ad Bonifacium confir D
mant. Sed poſterius ſcripſit contra Iulianũ, vbi exactè & feliciter vires eius explicat,& dona Spiritus ſancti oſtendit contra acutiſsimum aduerſarium. Et in hoc ſeptimo capite ad Romanos Paulus dicit,eam repugnare menti legis dei. ergo natura eius vitij eſt,rebellare contra deum,& vitiũ ipſum eſt, cõtra ipſum rebellio:quæ ſi nõ imputat̃,agamus gratias Deo & Chriſto. Et ἁμαρτια diffinit̃ à Græcis,non aſſequi bonum quod quis ſequitur. Quæ ſignificatio latè patet ad omnem errorem,etiam in artibus,vt in muſica,& in fundibularijs, quemadmodum diximus. Eſt autem vel hoc nomine ſummè mala, quòd impellit contra ſummum bonum,legem nimirum dei,& deum ipſum. Tria verò contra hãc ſunt nobis collata beneficia à deo. Primum quòd non imputatur regeneratis. Deinde datur illis Spiritus ſanctus,quo in dies eius vim reprimere poſsint. Tertiò promittit Deus ſe per reſurrectionem corpora quoque ſuorum purificaturum,& ab omni praua concupiſcentia prorſus repurgaturum.

In ſecunda ad Corinthios tertio, adminiſtrationem condemnationis legem vocat. Item,dicit literam occidere,ſpiritum viuificare:ex quibus verbis, quidã vt ſunt Origeniſtæ & Hieronymiani adeò malè, vt peius non poſſent, ſenſum hiſtoricum affirmant inutilem eſſe. Quo quid ad eneruandam fidem & ſimplicitatem ſacri verbi adferri potuit nocentius? Adferũt illud Matthei 8. Pes tuus E
te offendit &c. quaſi verò ſit literalis ſenſus pedem excidere. Mataphora eſt, qua nos vtimur,& deus ipſe vtitur propter nos. Nam propria nobis ſæpe deſunt vocabula,& opus nobis eſt metaphoris frequentiſsimè. In hiſtorijs debemus ſemper ab hypotheſi deſcendere ad theſim. Nam omnia ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta. Falſa itaque ſententia eſt,quæ hiſtoriam dicit eſſe inutilem, & vbiuis quærendam allegoriam.

Falſa quoque eſt eorum qui dicunt veteri populo tantũm literam traditam, nobis autem quæ illa continentur.vtrunque illis,& tibi vtrunque eſt traditum. Euangelium tibi quoque fit litera, ſi Chriſtum non amplectaris promiſſum in Euangelio. Quis eſt ſpiritus qui viuificat? Spiritus fidei quo Chriſtum viuificatorem amplecteris. Lege Auguſtinum de Spiritu & Litera,vbi hunc locum recte explicat: Et dicit,Paulum doctrinam totam ita conſiderare, primùm vt ſine fide & ſpiritu acceptam,& eandem doctrinam viuificatam & patefactam per fidem & ſpiritum. Et idem eſt dictum Domini Ioannis 6. Caro nõ prodeſt quicquam.ſpiritus eſt qui viuificat &c. Nam quæ Deus de lege ſua teſtatur, paſsim in Moſe,Prophetis,&Pſalmis plane repugnant cum illa ſentẽtia ſi τὸ ῥητὸν ſeruetur. Legem vitæ dicit Deut. 30. & Paulus dicit, ſuam doctrinam odorem eſſe mortis ad Corinth. & ad Roman.1.dicit eſſe Dei virtutem ad ſalutem.Sed cui? F
omni,inquit,credenti. Ergo quemadmodum optimè conſentiunt Scripturę inter ſeſe,ita conſentiant in animis noſtris.

Tota autem explicatio eſt in hac diſtinctione,ſi lex fide legatur, & accipiatur,eſt miniſterium vitæ,vt eſt miniſterium credentibus in Chriſtum. Si verò ſine fide & Chriſto,miniſterium eius eſt condemnationis & deſperationis, ac æternæ mortis. Explodantur itaque Anabaptiſtæ, qui ex huiuſmodi locis malè intellectis legem reijciunt. Oportet Scripturas inter ſe conferre,quæ vt omnes veræ ſunt,ita inter ſe conſentiunt omnes: ſi qua inter illas pugnantia eſſe videtur,id quidem eſt non ſimpliciter,ſed ſecundum quid. Legẽda ergo eſt vniuerſa,vt poſsit collatis locis tolli quæ videtur pugnantia. Alicubi ſtabilitur à Paulo lex,& alibi aboletur. Oportet Scripturas tamen conuenire. legas ergo totas & frequenter ac attentè,& cernes,qua occaſione,vtrunque faciat,tum demum ſenties magnum eſſe Scripturarum conſenſum.

Ex hiſtoria Actorum ſatis conſpicuum eſt,quæ cauſa Paulum mouit vt legẽ ſine Chriſto eleuaret,vt Chriſti fidem & dignitatem ac meritum dignè aſſereret alioquin in miniſterio Moſis quoque cõtinebatur vita & ſpiritus, quæ duo hîc

tamen

tamen Paulus opponere videtur miniſterio Moſis. Intelligit itaque miniſteriũ
A Moſis, non vt reuera erat, coniunctum ſcilicet cum Chriſto, & ideo cum vita & ſpiritu, ſed quemadmodum illud accipiebant pſeudoapoſtoli, contra quos diſputabat, nempe ſine Chriſto. Et ſic demum aſſerit eſſe miniſterium mortis. Cur autem Paulus tam multis iſta differit? vt oſtendat neceſsitatem petendæ iuſtificationis, & noſtræ naturæ prauitatem lege abutentem, quæ nihil quàm diuinũ præcipit, docet, proponit, pollicetur, præſtat.

In tertio quoque & quarto capite ad Galatas, multa de lege à Paulo dicta leguntur, qnæ partim in locis ad Romanos ſunt explicata. Quæ verò de pædagogia ibi adjiciuntur, ſuperſunt explicanda. Quæ vt intelligantur tertium ipſum caput percurramus, quatenus præſens exigit neceſsitas.

Scripſerat in ſecundo capite, Si per legem iuſtitia, ergo fruſtra Chriſtus mortuus eſt, dura quidem hæc, ſed neceſſaria tamen eſt conſecutio. Non enim fuiſſet opus morte Chriſti, ſi lex potuiſſet nobis iuſtitiam comparare. Mortuus autem eſt, vt acquireret nobis ſua morte gratuitam Dei beneuolentiam, quæ noſtra eſt iuſtitia. Ait ergo: O inſenſati Galatæ &c. patimini vos faſcinari præpoſtero zelo legis, vt eo rejciatis gratiam Chriſti? Si tantũ legi freti ſine fide Chriſti, ea quæ legis ſunt facere ſtudetis, vt inde iuſti ſitis, quod tamen perficere non poteſtis, tum Chriſtus fruſtra mortuus eſt veſtro reſpectu. Opera autem legis bifariam ab Apoſtolo accipiuntur. Sæpius enim per ea ſignificantur ceremo-
B niæ: & aliquando omnia ea intelliguntur quæ præcipit lex. Primo hîc modo accipit & probat iuſtificationem, non accepiſſe eos ceremonijs legis, ſed à ſpiritu ex fide in Euangelium.

Prima ratio eſt. docet lex quid des, fides quid recipias à Deo. ſunt autẽ inter ſe cõtraria, dare & accipere. Cepiſtis ſpiritũ, vultis iam lege perficere, rurſus vos legis ſeruituti dedentes? Secunda eſt à miraculis: Tertia ab exẽplo Abrahæ: Quarta ab officio legis, quod eſt maledicere & condemnare, propter inhærens carni peccatum: Quinta ab autoritate: Iuſtus ex fide viuit. Hunc quoque locũ torquent ad ſe Anabaptiſtæ. Sed Paulus hîc loquitur de ceremonijs, quæ cum Chriſto eſſe non poterant, & ita Chriſtum excludebant. Qui ſuppeditat vobis ſpiritum &c. Ex operibus ne, an ex fide? ex fide proculdubio. quid ergo legi in hæretis? Vultis haberi filij Abrahæ, ſectemini eius veſtigia. Is diu iuſtificatus eſt ante circunciſionem. Ergo vos quoque fide vos iuſtificari dicite, nõ lege. Qua re maledicitur quis apud Deum, id eſt, condemnatur, ea non redditur iuſtus coram illo: ſunt enim hæc contraria. at qui ex operibus legis ſunt, ſub maledicto, id eſt ſub condemnatione ſunt. probatur ex Deuteronomij loco. Maledictus qui non permanſerit in omnibus & c. Hebraicè אשר לא יקים את דברי התורה qui non ſtatuerit verba legis &c. Prima propoſitio eſt per ſe nota. Secunda ex Scripturis probatur. Si iuſtus ex fide viuet, lex autem non eſt ex fide, ſed qui fe-
C cerit eam, viuet in ea. Vel ita ordina: Qui viuit fide, non poteſt lege viuere: cùm fides ſit apprehenſio gratuitæ beneuolentiæ Dei nobis ſua liberalitate oblatæ, per quam æternũ viuimus. Vt vides fides res eſt qua recipimus. lege autẽ nõ recipitur, ſed datur aliquid. Viues in ea ſi feceris omnia. Sed nullus facit, & non faciens, maledicitur. Lex ordinata per angelos in manu meditatoris. Chriſtum intelligit. Lex igitur num eſt aduerſus promiſsiones Dei? Id eſt lex contra promiſsiones non accuſat, vt cadas à promiſsione. Teſtamentum ante comprobatum &cæt. Accipitur pro omni promiſsione diuina. Sunt autem promiſsiones factæ ſemini, non ſeminibus, ante latam legem. ergo per ſemen illud, eas conſequimur. Semen eſt Chriſtus, ideo dicit, Si ex lege hæreditas, non ergo ex promiſsione: at manifeſtum eſt, quòd ex promiſsione, ergo non ex lege. Eſt ne propterea lex contra promiſsionem? abſit. Sed lex condemnat, promiſsio condonat, ergo contraria eſſe videntur. Intelligas quomodo illa condemnat, & videbis eam non eſſe contra promiſsionem. Lex condemnat, id eſt, docet te con-

demnaturum iri,niſi ad mediatorem recurras. Subſeruit igitur potius ad conſe D
quendam promiſsionem. Facit quidem vt de tuo facere deſperes, ſed ſimul fa-
cit vt deſperans de te,refugias ad Chriſti opem. Oſtendit Chriſtum dominum
& ad eum impellit. Eſt enim pædagogus ad Chriſtum. Sub lege cuſtodieba-
mur &c. Loquitur de vulgo Iudæorum,qui magis ſeruili metu, & ſeruili obedi
entia agerentur,quàm ſpiritu dilectionis. de illis loquitur,cùm dicit,antequam
veniſſet fides. Illi quidem non omnino fide carebant, ſed imbecillam admodũ
habebant. Seruabantur in pleniorẽ fidem,& erat illis lex pædagogus ad Chri-
ſtum. Quemadmodum qui ſub pædagogo eſt,initio quidem ex ſeruili quodã
metu ducitur inuitus,quæ nondum nouit quàm ſint ei vtilia: ſic erant qui ſub
lege continebantur boni. Erat reuelanda fides, inquit Paulus, non quòd tum
nulla eſſet:nam ſine fide impoſsibile eſt vnquam placere Deo: ſed fuit plenius
reuelanda quàm fuit antea. Certè ſi non credidiſſent, omnino legis pædago-
giam non accepiſſent,ſed prorſus repuliſſent,ſicut tandem fecerunt cùm idola
colerent. At poſtquàm venit fides,non ſumus amplius ſub pædagogo: veni-
ente pleniore fide,& plenius cognito Chriſto. Vt ex fide iuſtificaremur. Intel
ligit ex fide pleniſsima plenius & certius iuſtificaremur. Nam quod de perfe-
ctione & imperfectione fidei dicitur,non de ſingulis eſt intelligendum,ſed de
vniuerſis,de genere,de vulgo,de multitudine. Alioquin (proh dolor) etiam E
nunc reuelato Chriſto, habet Chriſtianiſmus ſuos infirmos,qui ſpiritu quidem
ſed ſeruili tenentur. Et contrà Iudaiſmus habuit ſuos perfectos tunc,vt fuit A-
braham, Moſe, Ioſua, Ioſeph, Dauid, & multi Prophetæ. Ergo,veniẽte fide,nõ
quauis fide quia ſine vlla fide nemo ſe ſubieciſſet pædagogiæ: Sed veniẽte fide
illa efficaciſsima,pleniſsima,quæ nouũ docebat populũ iam amplius &c. Sub
pedagogo:id eſt,ſub trepidatione infirmæ fidei,& ſub metu. Omnes enim filij
Dei eſtis. & ad Romanos ſexto dicit,factos eſſe membra Chriſti, conſepulti,
& complantati. & primæ Corinth.12. Concorporati. & hîc,& ad Rom.13.dicit
nos induiſſe Chriſtum. Semper debemus illum magis ac magis induere toto
progreſſu vitæ noſtræ. Quanto tempore hæres paruulus eſt &c. Ecce veterẽ
populum agnoſcit Paulus filium & hæredem,id eſt bonos in illo populo, ma-
los autem hoſtes & hæreditatis nequaquam participes. Eijce,inquit, ancillam
& filium eius,non enim erit hæres.facit eos ſeruos,& ad quos nequaquam per
tineant promiſsiones:ſpurios,filios ancillæ,negat eſſe hæredes: Quia incredu
li ſunt & infideles. Sub elementis mundi. Vocat elementa mundi promiſsio-
nes regni temporalis,ciborum diſcrimina,& reliqua præcepta de externis re-
bus. Sic & nos habemus elementa aliqua, ſed quæ,ſi adſit fides, alunt illam &
charitatem. Egena elementa & infirma vocat,quia pædagogia illa debebat ac F
cipere finem. Quare impleto tempore,ad quod lata fuit, id eſt, nato & prædi-
cato Chriſto,iam non erat lex,& quæ fuerant olim elementa,veteri populo,id
eſt pueriles inſtitutiones, reddita ſunt illis egena elementa fructu vacantia, &
vt teſtatur Paulus Coloſſen.2. Conuerſa illis in traditiones hominum,quia de-
ſierat iam Deus illa mandare. Factum ſub lege:Alicubi ita vtitur verbis,Sub le
ge,vt eos opponat ſub gratia. At hîc eatenus Chriſtum dicit ſub lege factum
quatenus eos qui ſub lege erant,redimeret. Volens ſe ſubiecit circunciſioni,&
legi reliquæ ſe ſubmiſit,& vt tranſgreſſor eius,eſt occiſus, vt nos ob tranſgreſ-
ſionem eius æterno ſupplicio dignos, ſuo ſupplicio pro nobis ſatisfaciendo,
nos à ſupplicio liberaret. Nam & ſi lex iubeat,vt ſententiæ iudicis & ſacerdo-
tum ſtetur in Deuteronomio,& pronunciet iurẽ interficiendum, qui illorum
non ſteterit ſententiæ,Chriſtus in multis videatur eam eſſe tranſgreſſus:tamen
reuera non præcipitur,vt illorum ſtetur ſententiæ,niſi in re dubia. Et tum, qui
non ſteterit,interficiatur. At vbi fit manifeſta iactura celebrandi nominis Dei,
non eſt quiſquam audiendus, ne angelus quidem de cælo.

Elementa vocat,vt vides,rudimenta religionis, præcepta de pietate & mo-
ribus

A ribus infirmis conuenientia. Infirma autem si absit Christus, atque etiam cùm lex ceremoniarum ad tempus fuerit lata vsque ad Christum, ideo iam non est dicenda abolita, sed dicendum est illam iam cessasse, ita vt non amplius lex Dei dicatur, sed lex hominum. Dicit ad Galat. 5. Si circuncidamini, Christus nihil vobis prodest. Non damnat Iudæos, qui cum Baptismo coniungunt circuncisionem, & cum Dominico die seruant Sabatum, quia id non faciunt ex seruitute legis, sed potius tanquam institutione & disciplina vtuntur. Non quemlibet vsum legis Deus, sed seruitutem damnat, quia ea reijcitur Christus. Apostoli sunt aliquando vsi ceremonijs veteribus, vt fecit Paulus, circunciso Timotheo, & raso capite &c. sed non vt serui. Et Constantinus in Historia ecclesiastica seruauit Sabatum, & à suis seruari curauit, neque tamen eo nomine damnandus, sicut nec Paulus statim voluit pædagogiam hanc præscindi, sed vt dicunt, Synagogam cum honore sepeliuit.

Obiter de obseruationib. dierum dico, nõ esse penitus abijciendas, sed ita habendas, vt sint ex spiritu Dei. Omnia à Deo omnipotente accipimus, & ideo omni tempore laudandus quidem est. Sed quia distracti non possumus id semper facere, visum ideo est Deo, vt certis temporibus anni recolligerentur, quando memoria alicuius singularis beneficij, renouatis vicibus, celebrabatur: ideo ter in anno comparere in domum Domini in Ierusalem, ex lege iubebantur.

B Quantum ad eos qui hæc seruabant, hoc erat discrimen. Superstitiosi ita illa obseruabant, vt eo facto defuncti sibi viderentur omnibus quæ debebant. Sinceri verò & boni ea faciebant, vt eis adiuti, subinde magis vitam suam ad placitum Dei cõformarẽt, & sese in religione cõfirmarẽt. Dominici diei institutio est Apostolica Act. 20. & 1. Cor. 16. & Apocalyp. in principio. Certè hoc posteriori respectu semper in Ecclesia piè & religiosè, & ad cognoscendam & exercendã verã libertatẽ Christianã necessariò seruandi sunt certi dies. Instituerũt Apostoli Dominicum diem proculdubio consulentes Ecclesiæ, & euitantes opinionẽ retenti iugi ceremoniarum veterum. fit etiam eius mentio in Codice de Ferijs.

Supereſt locus ad Coloſſenſes cap. 2. in quo habetur clara & certa demonſtratio, quòd pædagogia Moſi non poſsit piè retineri, reuelato Chriſto. Magnum erat Paulo certamen de Euangelio cum hominibus, qui ſtudium Euangelij & eius ſcientiam maiorem pollicebantur, quàm Paulus, & maiorem vitæ pietatem ſimulabant. Neq; erat certamen de traditionibus humanis, ſed de cultu certamen erat acerrimum, quia de ſalute animarum agebatur, quas Chriſtus ſuo ſanguine redemit. Antagoniſtæ Pauli adeò ſe zelo & pietate moueri ſimulabant, vt plerique ex illis eccleſijs Paulum & ſui ſimiles præ illis faſtidirent. Cõtra illos pugnabat Paulus, & depugnauit, ne quid ſuo & noſtro Chriſto illi detraherent.

C Hoc Dei arcanum conſilium eſſe ſemper in Eccleſia eſt obſeruatum, quo Deus vult explorare atque approbare fidem ſuorum, hæreſibus & aduerſariorum contentionibus. Dum diabolus atrium ſuum pacatè & ſine diſſenſione tenet, non opus eſt, vt excitet multos nouatores & hæreticos. Sed vbi deus aduerſarius & hoſtis diaboli regnat, ibi ſuas vires & acies omnes explicat, & opponit: vt in Apoſtolorum ſcriptis apparet, & etiam in ſcriptis veterum, Irenæi, & Tertulliani, & aliorum. Itaque paremus nos quoque ad hanc pugnam inſtructi vera doctrina, vt noſtros doceamus, & alios reuincamus. Cæterùm quicquid eſt diſſenſionis, quicquid deeſt conſenſionis inde venit, quòd aut non verè, aut non plenè recipitur Euangelium, non autem, vt improbè nimis quidam dicunt Euangelium calumniantes, dum ei impijſsimè tribuunt diſſenſiones. Eſt paralogiſmus à non cauſa ad cauſam, ſicut eſſet à non cauſa ad cauſã, ſi quis ita argumentaretur.

Apud quoſcunque excitantur hæreſes & contentiones de religione, nõ eſt verum Euangelium. Tempore Pauli contigerunt multæ hæreſes &c. ergo nec Paulo fuit verum Euangelium. Quis non videt paralogiſmum accidentis, vel

à non cauſa ad cauſam? Sed locum ipſum Pauli iam tandem explicemus. D

Videte ne quis ſit qui vos &c. iuxta inſtitutionem hominum &c. Inſtituta Dei poſt tempus, eis ab eo præfixum & definitum, ſi ex legis iudicio & mandato, & ex eius obligatione ſeruentur, ſanè propter opinionem falſam, ſunt re uera, nõ ſolùm dicuntur, inanes, & impiæ hominũ traditiones, quia non amplius illas deus ſeruari vult. Irritæ fiunt iam reuelato Chriſto, quatenus certis circunſtantijs claudebantur. Attamen quantum ad rationem eorum pertinet, ea eſt eterna, & ex ea ratione ad inſtitutas à Chriſto ceremonias tenemur. In quo inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter. Id eſt, in eo iam incarnato & habẽte corpus, inuenias omnes theſauros &c. Danda igitur eſt opera vt vnũ Chriſtum habeatis, & non neſcio quas poteſtates & principatus &c. à quibus fauorem, ſi ceremonias obſeruetis, ſecus ſi illas tranſgrediamini, ſit expectandum, vt docent veſtri pſeudoapoſtoli. Et eſtis illo repleti. Nota, plenitudinẽ doctrinæ in ſacris ſcripturis eſſe. Reijciendæ itaque vanæ traditiones, quaſi ſupplemẽti cauſa commentæ & inuentæ: vt ſemper illud Tertulliani verũ ſit: Quod prius id verum, quod poſterius, id adulterinum. Per quem & circũciſi eſtis. Notãdum hîc eiuſdem eſſe generis ſacramentum regenerationis, circunciſionem veteris populi, & baptiſma nouæ Eccleſiæ, vt quicquid in altero dictum ſit, de altero quo que ſit intelligendum.

Circunciſio erat velut exciſio corporis peccati, & per præputium carnis la- E
bes originalis peccati intellígebatur, à qua non ante liberabantur, quàm circum
ciderentur. Et in Baptiſmate exuimus corpus peccatorum, abluimur, & quodammodo circuncidimur. Simul cum illo viuificauit. Quia ex reſurrectione Chriſti fides eſt noſtræ reſurrectionis, quòd per virtutem, qua ipſe reſurrexit, nos quoque eſt excitaturus, & in ea acquieſcimus. Obſerua quoque quomodo fidei tribuatur earum rerum, adeoq; ſalutis noſtræ efficientia, quæ fides prò priè non efficit, ſed apprehendit per verbum & ſacramenta, & retinet. Deleto chirogragho. Conuenit cum loco ad Galatas & Coloſſenſes, vbi explicatur clarè, de quo chirographo intelligat. in illis verbis, Ne quis iudicet vos in cibo & potu, quidam de tota lege hoc intelligunt, ſed non poſſum illis aſſentiri. Nã licet ipſam pædagogiam Chriſtus abſtulerit, finis tamen legis eſt Chriſtus. Importabile cerèmoniarum iugum, quantum ad externas circunſtantias, confregit, illas abolendo. Sed quo ad ſubſtantiam nihil non præcepit, quod non eſſet etiam nobis ſalutare. Tot illis præcepta dedit, vt circumſepirentur, & in omnibus diſcerent Deum magiſtrum ac ducem ſequi.

Purificationes erant admonitiones, quibus admonebantur puritatis qua debebant nitere, vt Deo ſuo placerent, cuius & nos admonemur: ſed externæ illæ circunſtantiæ ceſſarunt. Ne igitur tam audacter pronunciemus contra legem. Et ſi de ea velimus loqui, melius eſt cum Paulo ad Roman. 7. dicere, non ipſam F
legem eſſe mortuam, ſed nos mortuos eſſe legi. Ea autem fuit cauſa, vt Deus infinitas fermè ceremonias mandaret veteribus: quia ſi perfecti fuiſſent, vt à Deo erant conditi, nihil debebant agere ſecundum propriam voluntatem & rationem, ſed omnia iuxta beneplacitum Dei. At ab hac integritate nos degeneraſſe noſſe nos voluit, eam defeciſſe in nobis, prauitatem autem magnam in noſtra iam natura eſſe voluit, vt certò ſciremus & ſentiremus. Idq; non tantùm ipſo fine ceremoniarum, ſed ipſa etiam earum (vt ita dicam) moroſitate, & varietate in nobis efficit. Cæterùm ab externa ipſa pædagogia nos liberauit Chriſtus, vt nemo iam tam alienos ab ea ſeruitute ſeruos iudicare debeat. Quæ libertas demõſtratur in eo quod dicimur commortui & viuificati Chriſto domino. Ex hac libertate Dei conuincitur tyrannis hominum: qui liberos in ſeruitutem retrahere volunt infinitis mandatis, eorum conſcientias obruentes, ieiunijs, nuptiarum prohibitione, & huiuſmodi ſexcentis præceptis. Licet enim pius ſuis temporibus ieiunet, id tamen liberè facit, non ex neceſsitate.

Expo-

A Expoliauit principatus & poteſtates.) In multis locis apud Paulum fit mentio principatuum &c. vt in capite ſexto ad Epheſios. Sed in alijs ſcripturis nihil legitur de eis. Multa ſunt commenti de eis aduerſarij, vt metum incuterent ijs qui nolebant ceremonias obſeruare legis. Cùm hîc Chriſtus de eis triũphaſſe dicitur, liquet de malis eum & non de bonis hîc loqui. Ne quis igitur vos iudicet &c. Intellige iuxta vim legis Moſis, ſi ea præcipiantur tibi tanquam neceſſaria ad ſalutem. Ad veram pœnitentiam ieiunio vtebantur, vt multa veterum ſcripta teſtantur, atque penes Eccleſiam eſt modum his præſcribere: quia Eccleſia piam & ſanctam rationem ordinis & reſpicit & tenet, verùm non ligat cõ ſcientias. Et quamuis illa conſcientias non liget, tamen qui ſine cauſa reijcit modum ab Eccleſia præſcriptum, is ſciat ſe non ſeruare quæcunq; ſunt ſancta, quæcunque honeſta & boni nominis, vt præcipitur ad Philippẽſes: & qui ſunt Chriſti, omnia fiunt omnibus, & neminem offendunt. Qui hæc reijciunt, ignorant pædagogia ſemper opus eſſe in hac carne. Fatemur neminem alioquin poſſe de ijs alium iudicare, tanquam per ſe & neceſſariò illæ eſſent cauſæ efficientes noſtram ſalutem, ſine quibus illa non conſiſteret. Verùm diſciplinæ & ordinis violati nomine rectiſsimè iudicabitur quilibet inordinatus, vt qui nõ mouetur conſenſu Spiritus ſancti, & præſenti neceſsitate. Quæ ſunt vmbræ &c. Ab abſurdo argumentatur. Sectari vmbram & corpus contemnere abſurdum eſt.

B Ne quis vobis præripiat palmam data opera per humilitatem & ſuperſtitionẽ angelorum &c. Id eſt, ſimulata tapinophroſyni ementiens vitam angelicam, vt vos decipiat. Vel ita intelligas. Quòd pſeudoapoſtoli eo nomine æternam & neceſſariam eſſe legem adſtruerent, argumento ſumpto à miniſterio angelorum, quòd eſſet ea per angelos adminiſtrata, in manu mediatoris. A mente carnis ſuæ. Id eſt à mente ſua deprauata. Non obtinens caput, ex quo totum corpus &c. Compacta ſunt membra Chriſti in vnum corpus. Et infra capite quarto ſimile dicitur. Nam ita ſunt munera in Eccleſia diuerſa à Domino diſtributa, vt omnes omnibus vtiles ſint & neceſſarij. Miles vt defendat rempublicã. Pauperes ad exercendam charitatem: diuites vt ſubueniant pauperibus. Mariti vt præſint familijs. Mulieres vt pariant, & partus foueant. Artifices quoque omnes ſunt neceſſarij in hoc corpore. Et augetur corpus hoc, non tantùm magnitudine, ſicut corpus naturale, ſed etiam multitudine membrorum: quia quotidie multos Deus intrudit in Eccleſiam ſuam. Iuxta præcepta & doctrinas hominum dixi. Ideo vocabantur præcepta & doctrinæ hominum, quia vrgebantur præter finem, quo fuerant à Deo mandata, vt ſcilicet eſſent pędagogia ad Chriſtum. Alioquin non debemus eſſe Cynici, & indecoro vel intemperantia, aut ſordibus noſtris quenquam offendere. Ad gloriam Dei amplificandam omni vita, & ad ædificationem vtatur Chriſtianus omnibus rebus: ſed cum ſumma religione & cura ſalutis ſuæ, & vtilitatis proximorum ad fidei incrementum

C Non patiatur autem rebus caducis obſtringi conſcientiam ſuam, ſed ſemper cõſideret quo fine & modo. Atque ſi hîc ceremoniæ à Deo inſtitutæ hominũ dicuntur mandata, & damnantur propter nimiam in illis fidem, quanto, quæſo, magis illa ſunt cenſenda humana & damnanda, quæ homines ex ſuo capite adinuenerunt?

Summa itaque huius loci de abolitis ceremonijs hæc eſt. Tres ſunt cauſę quibus hæ abolitæ ſunt.

Prima ratio, quia locupletior ſpiritus datus eſt, quo qui aguntur nihil habẽt opus tam varia & multiplici pædagogia.

Secunda ratio, ne ex multis mandatis multæ eſſent tranſgreſsiones.

Tertia ratio, quia ex multis gentibus Deus voluit vnum populum facere. vt itaque eſſet illis religio commodior & facilior & diſsidium tolleretur inter Gentes & Iudæos, fuerunt illæ abolendæ. Hæc tria teſtimonia ſunt plenæ placationis Dei per Chriſtum. Quæ teſtimonia contemnunt ij, qui illud iugum vetus

detractum'morte Christi referunt rursus, quibus haud dubiè dum ita faciunt, D
mors Christi est inanis & superflua.

Lex vel Scriptura sacra dicit̃,& est, interpres diuinæ voluntatis, incitans ad bona,& prohibens mala. In historijs quoque itidem facit:nam etiam in eis ostẽdit sua in pios & impios iudicia,& simul etiam præcipit quæ à nobis fieri debeant. Illorum quædam sunt præcepta de moribus,quædam continent formulas iudiciorum,alia sunt de ceremonijs. Omnia autem Deinobis exponunt voluntatem,& fidem requirunt,ac in proximum charitatem. Summa nanque præceptorum est, Dilige dominum deum tuum ex toto corde tuo, tota anima tua, ex omnibus viribus tuis,& proximum tanquam teipsum. Omnis itaque Scriptura ad omnes pertinet,estq; epistola Dei ad homines. Efficit autem diuersa in credentes,& in non credentes.Rursus ex credentibus aliqui infirmè, & pueriliter,ac seruiliter credunt,aliqui verò solidè. Et etiam in his diuersum efficit lex, & præceptum.

Primùm quidem ostendit per se peccatum & eodem effectu quoque impelit ad Christum,& stimulat ad conatum aliquem obseruandi legem, atque euenit per accidens,vt qui illo suo conatu eam seruare non posse sentiunt, ad Epicurismum vel in desperationem agantur. Id quidem à peccato prouenit,sed occasione à lege accepta. Efficit quoque per se,vt semiuoluntarij, & non prorsus B
inuiti sub disciplina Dei contineantur,qui infirmè credunt. Porrò quia nõ tantum profecimus,vt non multa nobis desint,ideo semper illa nobis est magis ac magis inculcanda. Lex,inquam,est tota Scriptura,quatenus in ea à nobis bona exiguntur,& mala prohibentur,& totius Scripturæ summa est, vt fugiamus impietatem,& pietatem sectemur. Sed ad maiorem claritatem distribuamus Scripturas in Legem & Euangelium. Et Lex ab Euangelio iam segregata, vel est de moribus, vel ceremonijs,vel iudicijs ciuilibus. Sed quia in omnibus his partibus habet proprium quod requirit,nempe fidem, & perfectam charitatẽ erga Deum & proximum,propter hanc rationem lex est perpetua. Quia quandiu hîc viuimus,semper in ea progrediendum est nobis, & hæ partes colendæ nobis sunt ad charitatem omnes,quæ charitas,illis partibus(licet diuersis circũstantijs) nullo modo carere potest. Variantur circunstantiæ pro diuersitate graduum charitatis & fidei.

Lex quoque indicat peccatum,& nemo sine peccato viuit: propterea semper est opus vt meditemur in lege Domini,& permoueamur ad veram pœnitentiam,& compellamur seueritate istius pædagogi ad Christum, & agnoscamus nos semper habere opus Dei misericordia & bonitate.Ioan.5.Christus dicit se esse finem & scopum legis. idem inuenias ad Romanos 10.&c. Est itẽ lex P
æterna,quatenus honesta & salutaria tradit,& admonet fugienda esse contraria. Et ipsis ceremonijs hoc inest æternum. Cognitio Dei,confessio fidei,exercitium pœnitentiæ,& confessio peccatorum. Hæc sunt in ceremonialibus æterna.in iudicialibus quoq; hæc insunt æterna, obedientia Dei, studium ordinis, veritatis,iustitiæ ac fidei cultus. Hæc omnia ideo propria sunt & æterna, quia non sunt locorum, vel personarum, vel temporum,sed sunt per se propria legis vt Christus & omnes Prophetæ explicant,idcirco æternùm manent. Dogmata autem illa quæ certa tempora, certa loca, certos homines, & circunstantias huiusmodi respiciebant,sunt abolita, tanquam elementa mundi. Christus illa aboleuit,vt vim suæ mortis ostenderet,vt tolleretur multiplex occasio peccandi,& facilius gentes coirent in fide Christi.

Hæc dicenda fuerunt,vt audacia retunderetur eorum qui legem prorsus abijciunt prætextu libertatis Christi, & euanidæ ostenderẽtur esse rationes eorum,qui sua superstitione omnia seruanda esse putant. Aliquid aboletur, aliquid est perpetuum. Et cùm Christus, Ioannis quinto, dicat, Scripturas testimonium ferre de eo, inquiens,Illæ sunt quæ testificantur de me, certè religiosè sunt no-

A sunt nobis vel eo nomine tractandæ, & diligenter legendæ. Quod Deus respiciebat in præceptis illis externis, sine quo externa illorum obseruatio grata non erat, illud durat etiam num & durabit semper. Præcepit olim sacrificia externa, & tamen Ierem. 7. dicit se illa non præcepisse, & Isaiæ primo abhorret ab illis, nec potest ea ferre. Idem in Zephania, & alibi sæpius. Quare autem hoc? Quia nihil aliud in eis exigebat, quàm confessionem peccatorum. Illi neglecto præcipuo tantùm externum præstabant, hoc verò nec illis vnquam præceptũ fuerat, nec nisi ingratissimum Deo esse poterat. Sic habemus nos Baptismum, & Cœnam sacram. illis fateamur, nos opus habere Christo, quo fine sunt nobis instituta à Christo ipso per se. Si id absit, nihil Deo gratum esse potest.

CAP. III.

HIVS rei gratia ego Paulus uinctus sum Christi Iesu pro uobis gentibus. Siquidem audiuistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi in uos, quòd secundum reuelationem
B notum mihi fecit mysterium, quemadmodũ ante scripsi paucis, ex quibus potestis legẽtes intelligere cognitionem meam in mysterio Christi, quod in alijs ætatibus non innotuit filijs hominum, quemadmodum nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius & Prophetis per spiritum, ut sint gentes cohæredes, & eiusdem corporis, consortesq; promissionis eius in Christo, per Euangelium, cuius factus sum minister secundum donum gratiæ Dei, quod datum est mihi secundum efficaciam potentiæ illius. Mihi minimo omnium sanctorum data est gratia hæc, ut inter gentes euangelizem imperuestigabiles diuitias Christi, & in lucem proferam omnibus quæ sit communio mysterij, quod erat absconditum à seculis in Deo, qui uniuersa condidit per Iesum Christum, ut notum fiat nunc principatibus ac potestatibus in cælestibus per Ecclesiam, uehementer uaria sapientia Dei, secundum præfinitionem seculorum, quam fecit in Christo Iesu domino nostro, per quem habemus audaciam & aditum cum fiducia, quæ est per fidem il-
C lius. Quapropter peto, ne deficiatis ob afflictiones meas, quas pro uobis tolero, quæ est gloria uestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis à communi patre cognatio in cælis & in terra nominatur, ut det uobis iuxta diuitias gloriæ suæ, ut fortitudine corroboremini per spiritum suum, in internũ hominem, ut inhabitet Christus per fidem in cordibus uestris, fixis in charitate radicibus, & fundamento iacto, ut ualeatis assequi cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & profunditas, & sublimitas: cognoscereq; præeminentem cognitionis dilectionem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinẽ Dei. Ei uerò qui potest cumulatè facere ultra omnia, quæ petimus, aut cogitamus, iuxta uim agentẽ in nobis, sit gloria in Ecclesia per Christum Iesum, in omnes ætates seculi seculorum, Amen.

D

CAP. III.

IN tertio capite continetur, Amplificatio admirabilis & ardẽtiſsimi pectoris, qua munus ac beneficium diuinũ amplificat, in eo quod ad gentes propagatum ſit Euangelium tanta face, vt nec maiori nec pari vnquam antea. Atque inter amplificandum commendat ſuum miniſterium, de diſpenſatione Euangelij ſibi commiſſa ad ampliorem in Epheſijs fidem erga Euãgelium Chriſti. Naturam præterea fidei & fiducię in Domiuum paucis, ſed clarè & perſpicuè commemorat. Poſtremò ſubiungit orationem, qua orat, vt detur illis poſſe percipere quàmpleniſsimè Dei erga eos dilectionem, ac ſimul docet neceſſarium eſſe orare, & quid orandum. Quæ omnia rectè ad amplificationem referuntur.

Huius rei gratia.) Initio eſt ἀναπόδοτον propter articulum, ὁ, niſi is expungatur. Qui ardent in dicendo ſæpe non abſoluunt orationem & ſententiam, quod fortaſsis hoc loco Paulo accidit propter eius vehementiſsimam orationem, & ardentiſsimum ſermonem. Sic enim in tali ardore orationis accidere ſolet. Tanta vbertas ſententiarum eſt, vt multæ proponantur mutilæ, ex redundante & ardente corde, dum alia ex alijs in cor, & in mentem perpetuò ſuccedunt, atque id fit non tam ex artificio, quàm ex vehementia. A Paulo omnia dicuntur ſimpliciſsimè, & eſt in eo quaſi affectata ſimplicitas, & imperitia ſermonis, vt illuceſceret Dei autoritas, & diuinæ potentiæ non elegantię ſermonis omnia tribuãtur, aut artificio orationis, quod nullum in ſuis ſcriptis oſtentat. Imperitus fuit linguæ, non tamen ſapientiæ. Sic autem poterit impleri & abſolui oratio. Vinctus ſum veſtri cauſa propter Euangelium, quod impertiui vobis. Quare ne frangamini, aut languidius aſſentiamini Euangelio propter vincula mea, quin ea vos magis confirment, cùm ad confirmationem doctrinæ cæleſtis conferãt & valeant, vt oſtendant vitam æternam tam eſſe credentibus certam, vt omnia aduerſa nihili facere & ducere debeamus. Tantũ Deum glorificemus, & ei proximũ confirmemus. Hæc iam nos ad nos ipſos transferamus. Si gloriatur Paulus ſe vinctum eſſe Chriſti & Euangelij cauſa, nos quoque curare, & in primis ſtudere debemus gloriam Chriſti, & Euangelij omnibus viribus propagare, & ſumma in aduerſis patientia, ſummaq; conſtantia confirmare. qui gloriam Dei præſefert, omnia præ illa abominanda ducit. Chriſti enim gloriam extollit, & mundum vniuerſum concludit ſub peccato. Quare eſt quoque neceſſe, vt multorum incurrat odia, non tantùm infidelium, ſed infirmorum etiam fideliũ, præſertim ſi reprehendamus concupiſcentias cordibus eorum infixas, nondum agnitas & condemnatas, & quas abijcere nondum eſt animus. Et quotuſquiſq; eſt qui perfectè ſe abnegarit in hoc mundo? Sed omnia gloriæ & diuitijs Chriſti ſunt poſthabenda, omnia, inquam, omnium hominum & amicorum, adeoq; noſtri ipſorum poſthabenda ſunt nobis. Qui hoc non faciunt, contrario ſpiritu quàm agebatur Paulus, aguntur, aut non ita perfecto. Quare quiſque ad perfectionem contendat, & regnum Chriſti pleniſsimè quærat, non diffidens omnia abundè ad hanc vitam & ſalutem neceſſaria ſequutura. Prædixit Chriſtus, Eritis odio omnibus hominibus. Et Paulus ait, Si adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem.

E

F

Atque hic primus eſt locus amplificandi, ab afflictionibus ſummis, quibus obſcurari videri poterat beneficium illud Dei, propter ingratitudinem hominum. Certè oportet peramplum eſſe beneficium Chriſti, pro quo quis gaudeat ſe vincula, & ſummas afflictiones perferre. Hoc itaque primum eſt amplificationis argumentum. Sitis igitur parati perferre quicquid Dominus immiſerit, propoſito hoc vobis ampliſsimo beneficio.

Siquidem audiſtis œconomiam & cætera.) Sic primæ Corinthiorum quarto, œconomum ſe vocat. Sic nos æſtimet homo, inquit, vt miniſtros dei & œconomos

A nomos mysteriorum dei &c. Qua voce admonemur ministrorum Ecclesiæ esse nihil de suo proferre, sed omnia ex ore Dei, ea tantùm pascua ouibus proponenda, quæ præparauit bonus pastor Christus. Admonemur quoque necessitatis obeundi hanc vocationem. Propterea dicit Paulus, Væ mihi si non Euãgelizauero. 1. Corinth. 9. addit, Gratiæ Dei.) Quia, quanuis legis quoque doctrina coniungenda est, tamen eo fine debet coniungi, vt gratia Dei, eius necessitas & ampltiudo agnoscatur & recipiatur ad salutem. Necesse autem est illam coniungi, quia nemo potest gratiam Dei percipere, nisi sentiat se in peccatis esse. Nisi enim quis agnoscat sua peccata, & doleant ea sibi, non potest amare, & quærere gratiam Dei, quæ est in remissi one peccatorum, & collatione spiritus nouæ vitæ.

Ex quibus potestis legentes intelligere.) Alludit ad suam conuersionem in Actis, & ad id quod scribitur ad Galatas secundo, & in posteriore ad Corinth. non semel fit mentio reuelationum Dei factarum Paulo, vt de ijs meritò glorietur. Facit ad amplificationem: primùm quòd me non modò inuitum, sed etiam aduersarium & hostem pertraxit, & fecit dispensatorem, quæ res singularẽ Dei erga nos beneuolentiam indicat. Deinde magis adhuc amplificat, Cùm secundum reuelationem addit. Nam mihi non per homines, vt etiam ad Galatas dicit, sed per semetipsum, per reuelationem notum fecit suum Euangelium, vt vobis illud prędicarẽ. adhuc summæ eius erga nos beneuolentię clarũ est indiciũ.

B ἐν ὀλίγῳ. Paucis.) Alij vertunt. Paulò antè.) Non refert quot verbis scripserit modò omnia, & ita quidem, vt intelligantur. quod se fecisse hîc nequaquã mẽtitur. Et certè tam clarè & plenè naturam fidei, & veræ pœnitentiæ ac agnitionis peccatorum, necessitatemq; bonorum operum descripsit, vt nihil sit opus humanis additionibus. Necesse profectò est amplissimum esse, & omni acceptione dignissimum beneficium, quod tanta grauitate contulit Deus Apostolo suo per semetipsum. Quare & ab Ephesijs fuit, & à nobis est maximi faciẽdũ vt infrà quarto, adhortatur ad dignam gratitudinem, & caueant ab impuritate gentium.

In mysterio Christi.) Per mysterium Christi intelligit totam doctrinam de Deo, & nostra salute. Et certè duobus prioribus capitibus omnia creditu ad salutem necessaria docentur. Ideo illa pauca, de quibus loquitur, sunt quæ præmissit in hac eadem epistola. Itaque seruandus est ordo beneficiorum Dei, vt capita religionis ab ipso Deo, ex eius verbo discamus primùm, deinde sanctorũ scripta euoluamus, quæ tum demum rectè intelligemus & iudicabimus, cùm ad normam diuini verbi exigemus. Atque vt non decet iurisperitum statuta ciuitatis suæ ignorare, ita non decet nos veterum Ecclesiarum instituta ignorare. Et qui duo capita viua fide tenet, quæ præmissa sunt, quicquid ad bonum ordinẽ vel institutũ est, vel hodie instituitur, illud ritè agnoscet, probabit & seruabit.

C Quod alijs ætatibus non fuit reuelatum filijs hominum.) Reuelatum fuerat omnibus fidelibus ab initio mundi, sed non tanta perspicuitate, quanta deinde Apostolis & Prophetis per spiritum Dei reuelatum est. Viderunt & illi diem Domini, ac gauisi sunt. Sed stupenda simul fuit infirmitas, & mentis cæcitas, si ad eam vim spiritus, quæ post excitatum Christum effusa fuit, ea conferatur, vt ausus sit Ioannes dicere, Nondum spiritum fuisse datum, quòd Christus nondum fuerit glorificatus: quod haud dubiè dicit facta collatione spiritus exhibiti Ecclesiæ reuelato Christo, & eius qui ante aduentum Christi fuit veteri populo collatus. Eódem quoque spectat Christus Lucæ 10. cùm dicit: Multi Prophetæ & Reges voluerunt videre quæ vos videtis & non viderunt &c. An non fuit magna caligo, quòd Iudæi, vel ipsi Apostoli diu non intelligerent, deũ velle cõiungere gentes Iudæis in salute, abolita pędagogia Mosis? quare hoc? Quia mysteria Christi non ita nota fuerant superioribus seculis. Porrò vis argumenti non simpliciter est in verbo reuelandi, sed in eo quòd res reuelata per

se est omnium præstantissima, magna Dei notitia per filium & spiritum sanctũ. D
Alioquin argumentum à tempore præsertim in religione & moribus parum valet. Si res sit de numero rerum expetendarum, antiquitas auget eius preciũ, alioquin ratio à tempore non valet. Vt dicas, vetus est, ergo est præstans. Aut nouum est, ergo est pretiosum. Homicidium (proh dolor) vetus admodum est at non ideo præstans. Et multæ artes voluptariæ quotidie nouæ excogitantur & inueniuntur, quæ tamen sunt pernicioſæ. Sed antiquitas aut nouitas cum bonitate & excellentia coniuncta, est materia & argumentum amplificandi.

Vt sint gentes cohæredes.) In Genesi cap. 15. promisit Deus Abrahamo terram Canaan possidendam se daturum, in qua promissione, non tam ea terra quàm religio in ea purissima promittebatur, cuius esset cum alijs fidelib. hæres: voluit etiam vt tum fideles de ea terra tantum & tandiu possiderent, quantum & quandiu ad eorum salutem faceret. Nam terrenarum rerum per se nihil bonum est: vita autem æterna vera & propria, est hæreditas summè bona, cuius sunt cohæredes omnes, qui fide benedicto semini communicant. Et quemadmodum generatione quæritur hæreditas non labore hæredum, ita generatione spirituali per fidem ac regenerationem ac electionem, æterna quæritur vitæ æternę hęreditas. Matth. 25. Possidete regnum paratum vobis ab exordio mundi &c. Tamen necesse est, vt hîc bonis operibus nostram filiationem decla E
Rom. 12. remus & regenerationem, quę fide quidẽ apprehenditur: nunquã tamen satis
1 Cor. 12. perfecta in nobis est, & sola gratia datur. Itaque Scriptura libenter hac ratione
& infra 4. vtitur hęreditatis voce, vt nostrorum operum fiduciam nobis auferat, & quasi operibus nostris salutem tribuat. Dicit, Esuriui & dedistis &c. Sitiui & dedistis &c. vt demonstret fidei veræ efficaciam. Concorporati &c.) Adsis nobis Domine Iesu, vt intelligamus mysterium corporis tui, quo verè nostram conditionem, complexionem, & consociationem teneamus: vt reformemus nos, & tantùm communicemus veræ Ecclesiæ, & credamus, ac ad ædificationem regni tui pro nostris facultatibus cooperemur. Quæ Ecclesia (proh dolor) quàm diuersa nunc passim apparet ab ea, quæ fuit per Apostolos ordinata? Quæ enim est nunc mutua notitia, cura, admonitio? vbi sedulitas illa obeundæ vocationis priuatæ? Cohæredes, concorporei, comparticipes, congeries est synonymorum, quę pertinet ad amplificationem. quod quisque magnũ habet, id solet multis nominibus efferre, quasi nunquam illud laudando sibi satisfaciat. De concorporatione vide Roman. 12. primam Corinth. 12. & infra 4.

Comparticipes promissionum eius.) Hieronymus in suo exemplari non legit αὐτῆς vt neque etiam Ambrosius. Sed siue referas particulam ad Euangelium, siue ad Deum patrem, siue addita sit, non tanti est momenti, vt sine illa pij F
& studiosi non possint intelligere promissiones omnium bonorum. Lux verbi Dei, nostras debet mentes illuminare, non nos nostris difficultatibus lucem sacrarum scripturarum offuscare.

Porrò omnium promissionum summa est: Ego ero Deus vester, & vos eritis meus populus Gen. 12. In Christo autem sunt omnes promissiones amen, id est firmæ, & communicantur omnibus credentibus 2. Cor. 1.

Per Euangelium.) Est Euangelium instrumentum salutis æternæ, quo vsus est Deus in communicandis promissionibus, etiam gentibus. Deus vult suos humiliare, ideo vult per homines prædicari illis Euangelium. Est diuina ordinatio, prædicatio verbi, quanuis per se omnibus salutem impertiat, ita tamen nos vult charitatis vinculo constringere, & nos humiliare sub ijs, quos in Ecclesia constituit ministros Rom. 10. & quæcunque in Euangelio bona Deus promittit & exhibet in Christo, impertiant illi omnia fideliter, & fidelibus communicent. Et quo magis exornet & amplificet ministerium, per quod hoc summũ dei beneficium ad Ephesios peruenit, simul exornat & illustrat beneficiũ ipsũ.

Cuius factus sum ego minister.) Hoc nomine quoque ipse Christus interdum vo

A dum vocatur. Qui in primis omnia in Ecclesia ministrat, & de suo nihil adfert, sed quæ pater tantùm mandauit, vnde dicebat, doctrinam quam prædicabat, non esse suam, sed patris. Qua appellatione debent ministri Ecclesiarum admoneri, vt quæ mandat Deus, illa sciant, & sola Christi ouibus proponant. Cognoscí autem illa certò non possunt, nisi ex diuinis literis. Illis ergo, illis, inquam, incumbant, eas eas sequantur. Nihil suo arbitratu, voluntate, sententia, sensu, affectu agant aut loquantur. Deus ministros suos comparat ministris in familia cõstitutis ad dispensandum panem alijs ex familia. Curent igitur qui in ministerio Dei sunt, quæ Deus velit & præcepit homines ad salutem doceri: certò ex Scripturis discant, & fideliter ac clarè doceant, & in illis se contineant. Illorum ministerium consistit in verbo, sacramentis, disciplina pura, & sancta, quam prædicãdo item & viuendo hominibus præbere debent, sicut fecit Christus, & Paulus, & alij Prophetæ. Diffinitio igitur ministerij esto. Minister est vir, seu persona à Deo missa ad munus obeundũ in Ecclesia, vt puta, ad munus prædicandi &c. atque is munus illud exercet eo modo, quo ei est iniunctum, vt illud exerceat, atque ijs, quibus est minister destinatus & missus. quod si ad certum populum non est missus, omnes sunt ei commendati. Oportet à Domino mitti, & ab eo accipere facultatem & voluntatem. Missum oportet esse à Deo, facultate instructum, & cum efficacia saltem aliqua, quæ tria sunt in Paulo maxima.

B Secundum donum gratiæ Dei.) Nam non sumus sufficientes ex nobis tanquam ex nobis aliquid boni cogitare aut præstare, & nostra sufficientia ex deo est, nec prædicare possunt nisi mittantur Rom. 10. Accipimus à Deo voluntatẽ & facultatem administrandi regni cælestis. Est autem donum gratuitum, quod solicitè inculcat.

Secundum efficaciam potentiæ illius.) Non voluit nostram vocationem inanem esse. De qua re lege cap. 15. ad Romanos. Prima differentia in ministro est, instructum esse facultate ex gratia. Secunda est, vt Deus det efficaciam, sine qua omne opus est planè vacuum fructu. Pertinet hoc quoque ad amplificationem donorum spiritualium, quæ gentibus quoque impertiuit. Ratio talis est: Propter vnumquodque tale & illud magis. Magnum fuit beneficium ministerij collatio. Sed maxima vestra electio propter quã illud contulit. Me propter vos elegit, ergo multo magis vos.

Mihi minimo omnium sanctorum.) Respicit prioris vitæ suæ cõuersationẽ, qua fuit hostis Christi, atque se ideo indignum dicit. Per se indignum se esse & agnoscit & confitetur, sed ex Dei electione Apostolus & doctor gentium &c. Et in prima ad Timotheum primo, se vocat primum peccatorem. Re vera phaC seorum & scribarum Christum contemnentium & persequentium fuit multo grauius peccatum, quàm hoc Pauli. Nam conscientiæ eorum erant conuictæ sermone & miraculis Christi, atque ideo ex malitia peccabant, quod nequaquã fecit Paulus. Tamen se primum uocat peccatorum. Erat primus peccatorum, quia in primo genere peccati fuit, quod est pugnare cõtra Deum, sed non fuit in illius generis summo, quod est, id ex malitia facere. Nam ignorans fecit, & zelo quodam obseruationis Legis Dei, iuxta qnam irreprehensibilis coram hominibus uixerat. Sic minimum se uocat hîc omnium sanctorum, quos tamen precellebat. Quia nulli Apostoli antea fuerant aduersarij & hostes, ut ipse, nec ullus tum sanctorũ extabat, qui in illo genere peccati fuisset. Hac ratione illi erant eo maiores, & ipse omnium minimus. Non est simulata humilitas, ut Papę hodie, qui seruum se seruorum vocat, & monachorum, qui minimi minimorũ vocantur, quæ appellationes sunt hypocriticæ. Porrò deijcit se facta tanti ministerij & muneris mentione, & pristinæ suæ pudendæ uitæ, ne uideatur se efferre supra modum, sed totam gloriam doni Dei suo autori in solidum reddat & vindicet. Discamus & nos non nobis ipsis rapere eam quę Deo debetur gloriam, sed intactam illam suo authori relinquamus, per quem & plantamus & rigamus, &

quæ plantauimus & rigauimus, per eum accipiunt incrementum. D

Vt Euangelizem inter gentes.) Addit inter gẽtes, quia peculiariter electus fuit Actorum 13. vt præconem ageret inter gentes: alioquin Iudæorum quoque doctor fuit.

Imperuestigabiles diuitias Christi.) Remissio peccatorum, communicatio spiritus, resurrectio, & vita æterna &c. opes sunt nobis paratæ Christi sanguine & morte, resurrectione, & ad dexteram patris sessione, quas impertit suis in suo regno, id est Ecclesia. Vocat autem imperuestigabiles, quia nostra mens non est earum capax, nisi sit à Deo illuminata: sine lumine enim eas contemnit, stulta & ridicula huiusmodi censet omnia. Sed homo lumine donatus ea credit & fide percipit. Magnum fuit tanta bona impertiri, secundò impertiri ijs qui vacui erãt: tertiò impertiri cũ plurimis. Hi sunt omnes hîc gradus amplificationis.

Vt illuminarem &c.) Vt eos qui natura cæci erant, ignorantes deum & suam salutem, ac tantis immersis tenebris, vt pernicioſissima pro salutaribus amplecterentur. Hos omnes, non autem singulos, sed ad quos me misisset, & quorum ipse mentem illuminasset, ergo illumiuarem. Notandum hîc quòd communicat honorem operum suorum suis fidelibus & sanctis. Nam per se & proprie ipse illuminat. At hominum ministerio ad id vtitur, ideo dicuntur, & ipsi illumina re. Sic prima Corinthiorum tertio dicuntur plantare, rigare &c. Et in Euangelio, ligare, & soluere illis tribuitur. Et secundæ ad Corinth. 4. Paulus dicit se eos E regenuisse. Item in Ioanne: Quorum peccata remiseritis &c. Videant hîc Sacramentarij & Anabaptistæ suum errorem & emendentur, qui hæc negant conuenire, vt de ministris dicantur, morosi nimis, & nimis sibi sapientes. At sapiẽtior est Spiritus sanctus, qui hęc illis tribuit. Sed sunt in altero præcipitio, sicut in cõtrario prȩcipitio sunt miseri Papistæ. Duo enim sunt præcipitia, in quorum alterum nos prȩcipitare Satanas studet. Vnum vt omnia expectemus ab hominibus, quibus Deus facultatem dederit, id est, vt ipsi intelligunt, ordinatis & sacro charactere insignitis, quãtumuis impurissimis & irreligiosissimis: expectemus, inquam, omnia, quæ ad salutem pertinent, ab illis. Atque suam salutẽ omnem certis ministerijs externis hominum alligant, ita vt fidem & pœnitentiam labefactent. Hoc est miserorum Papistarum præcipitium.

Alterum est, vt nullum hominem audiamus, omne contemnamus ministerium. Sed regia via vtrunque vitat prȩcipitium, mediaq; est, & tutissima. Venerari debemns ministertum, sed vt Christus iussit. Debemus eum & eius ministerium, vt ministrum & ministerium Christi, agnoscere, & religiosè eis vti, ad deũ respicientes vera fide & pœnitentia, certaq; persuasione, quòd dona sua nõ cõfert superbis & contemptoribus ordinis, quem instituit ad charitatem & mutuã colligationem atque humiliationem superbiæ humanæ. Modus tamen hic ita seruandus est, vt conueniens semper sit inter ministrum & magistrum, inter ministerium & magisterium discrimen. Sequitur in textu. F

Vt notum fiat nunc principatibus &c.) Non idem hîc sentiunt Augustinus, Hieronymus, Ambrosius & Chrysostomus de Angelis, quorum facit hîc mentionem Paulus. De bonis aliqui eorum, alij de malis id intelligunt. Ambrosius malos dicit angelos, prȩdicationem de filio Dei audiuisse, & aliquos eorum cõuersos esse. Putat enim malos spiritus nondum deploratos, per Ecclesiam reuocari. Sed fundamento caret & destituitur authoritate Scripturæ. Nos tantùm quod certum est teneamus. Certum est bonos angelos administratorios spiritus, qui ad sanctorũ salutem subministrant, multa ignorasse, quæ Deus contulit Ecclesiæ suæ beneficia, vt illud de tã abunda effusione Spiritus sãcti in die Pentecostes &c. Certè multa didicerunt, & exactius quàm vnquam antea cognouerunt, & profecerunt in administratione Ecclesiæ, & in cognitione eius felicitatis, vt quam antea aliqualem habuerant, eam in Ecclesia perfecerunt cognitionem, & per Ecclesiam. Conferantur hęc cum loco epistolæ ad Hebrȩos, Quod

ange-

angelos non assumpsit &c.

A Secundum propositum seculorum.) Aeternitas in re per se bona auxesim facit. Vult dicere ante iacta fundamenta mundi fuit hoc Dei consilium præfinitum. Multifaria sapiẽtia Dei.) Quia agnoscimus rerum creationem, lapsum, sapientiam Euangelij, restitutionem ab illo lapsu, & in omnibus Dei donis in Ecclesia spectatur Dei sapientia, quę est, referre omnia rectè in suum finem.

Per Christum, per quem cõ didit & restituit omnia.) Quòd autem aliquid sit reconditum non facit per se rem prestantiorem. sed cùm ea est per se excellentissima, & non soleat vulgari, & in arcanis asseruari, si postea nomine, vel gratia alicuius proferatur in lucem, eo amplior est magnitudo, precium & amplitudo eius rei, quo abscondita, & ~~abscondita eo~~ magis fuerat. An non preclara est etiã illa amplificatio beneficij Dei? Adeò magnum, imò maximum est beneficium hoc quod à Domino acceperunt in communicatione Euangelij, vt etiam angelis fuerit occultum, qui etiam ex plenitudine reuelationis Euangelij in ipsa Ecclesia iam collecta ex Iudæis & Gentibus, cognitionis incrementum capiunt.

Locus non potest de malis angelis ita commodè intelligi, qui tantũ indignari & inuidere possunt Ecclesiæ hoc, sicut alia omnia beneficia Dei. Boni verò maximã semper cognitionẽ Euangelij habuerũt, cuius ex parte administri semper fuerunt, sed qui potuerunt aliquid discere ex progressibus Ecclesiæ, qui progressus fuerũt in primitiua Ecclesia magnificẽtissimi Act. 2. & 4. Non enim
B Angelos assumpsit, sed semen Abrahæ, cui locupletius suam voluntatem patefecit de salute hominum. Nunc sum matim subijcit quid efficiat in Ecclesia Euãgelij reuelata doctrina, & gentibus communicata.

Per quem habemus audaciam. Fides hîc propriè sumitur in sua significatione pro assensu Euangelij, & fiducia quæ ex eo existit.

Et accessum cum fiducia. Accessum ad orandum & inuocandum Ioa. 14. & 15. Et certè nemo potest consistere in inuocatione optimi & iustissimi, sine mediatore Christo, conscientia nostræ impietatis & ingratitudinis, repellente fiduciam inuocandi deum. Atque hoc est summum beneficium posse deum inuocare filiali fiducia. Certè nemo debet propter vlla pericula hæc summa beneficia abijcere, ideo postquàm illa commemorauit, subiungit.

Quapropter peto ne deficiatis.) Quàm insani sunt, qui scientes omnino moriendũ esse, & dum viuimus, omnes aduersis oportere probari, propter aduersa & pericula præsentis vitæ, vitam æternam reijciunt. Quasi verò mali immunes sint à malis temporalibus post quæ subsequuntur æterna.

Quæ est gloria vestra.) Glorioſum erat Ephesijs, quod Paulus constans patiebatur. Erant igitur ob id animi erigendi & attollendi, qui haberent eundem prædicatorem & assertorem fortissimum Euangelij.

Huius rei gratia.) Nimirum, vt cognoscatis magnitudinem huius mysterij,
C & non frangantur vestri animi. Conclusio institutæ amplificationis est huiusmodi. Nihil aliud ardentius opto & vehementius cupio, quàm vt illud beneficium positis pleniſsimè percipere. Huc omnia mea vota tendunt. Quia quo plenius, eo feliciores eritis: in eo enim continetur quicquid potestis ad salutem expetere. Atque hîc docemur, orandum esse pro progressione Euangelij exemplo Pauli.

Flecto genua.) Varij sunt gestus adorationis, quæ est exhibitio honoris illis, â quibus vel omnia vel multa beneficia accipimus. Aliquando est totius corporis prostratio. Aliquando genuum flexio, & aliquando aperitio capitis, aliquando faciei demissio &c. Qui gestus aliquando ex falsis animis fiunt. Sed ex veris non possunt non exhiberi animis ab his, quorum vehementes affectus non possunt se continere in recessibus, & repagulis pectoris. Oratio est honor mentis summa reuerentia exhibitus, qua prosequitur, orat, & expectat beneficia à præstantioribus se, seruatis singulorum gradibus. Vt à Deo omnia ab

aliis, quod Deus vult per illos nobis exhibere, aliquid, aut promisit, tantùm ab illis petatur: & eo nomine sunt adorandi, & reuerentia prosequendi. Itaque primum proprium verè adorantium est, corpore quoque summam deo reuerentiam & honorem deferre. Sed quamuis illa veram mentis adorationem sequantur plerunque, nempe manuum eleuatio, genuum flexio &c. non tamen sunt ita necessaria, vt multos inuenias, qui verè adorant Deum, & nullum externum cultum exhibent, vt contrà multi genua flectunt, qui sunt hypocritæ. Sed quorsum hæc? Vt ostendatur connenire, vt ij, qui verè Deum adorare volunt, & ab eo aliquid impetrare, vt corpus quoque humilient, præsertim in communibus precibus, & publicis in templis: vbi in conspectum Dei clarissimum venimus, hæc conuenit nos seruare. Vide Chrysostomũ Homilia 18. posterioris ad Corinthios. Et vetustum est, quod Diaconus dicit, Flectamus genua, leuemus. Et in Concilio Niceno est constitutum, vt die Dominico non flectantur genua, & à Paschate ad Pentecosten in testimonium resurrectionis stabãt. Sed (proh dolor) nunc omnia sunt corrupta, deambulant, garriunt, & quid non faciunt? non ideo hæc dicuntur, quòd velim diuinum cultum in externis istis consistere: sed tantùm, quia multi sunt, qui hæc omnia abijciunt, dicentes, Deum nihil externi requirere. Non requirit principaliter, sed tamen sequuntur, si cultus adsit internus. Sic in Salomone, Nehemia, & cæteris sanctis exempla sunt nobis à Spiritu sancto proposita. D E

Horribilis certè hodie est, vt animorum, ita corporis quoque gestuum dissẽsio, cùm tamen omnia deberent fieri summa concordia, summo ordine, summa religione, & nos ita in omnibus deberemus comparare, vt alter alterum prouocaret ad ardentiores preces, & feruentiorem cultum Dei. Certè Pauli, Mosis, Esræ, & aliorum sanctorum dignius est, vt nos moueant, quàm prophanorum exempla. Attamen externa illa hypocrisis, quæ nihil quàm externam speciem habet, illa quoque damnanda est. Duo sunt, quæ spiritus sanctus in hac Pauli oratione nos docet. Primum, quàm necessaria sit solida Dei cognitio, & quomodo oporteat esse comparatos, quaq; cognitione instructos ad salutem. Secundum, quàm necessaria sit precatio, & quãta sit eius exauditionis vtilitas. Ab illa enim cognitione, propter quam pro Ephesijs orat, pendet omnis sancta & religiosa actio & practica. Et supra capite primo, similem habuit precationem in illis verbis: mentionem vestri faciens in precibus meis, vt Deus domini nostri Iesu Christi pater gloriæ det vobis spiritum sapientiæ & reuelationis per agnitionem sui: illuminatos oculos mentis vestræ &c. Quæ eandem cum his verbis sententiam habent, vt etiam Chrysostomus vult. Idem ad Philippenses primo, vt omni cognitione impleantur, petit. Petit & cupit illos instructos esse, &c. Sed non mittit ad concilium alicuius particularis Ecclesiæ, vt ab illa instruantur, multò minus ad vniuersalem, quæ non est. Quin petit vt deus secundum amplitudinem suæ bonitatis illos corroboret &c. Quare vocat Patrem domini nostri Iesu Christi, & non potius nostrum? Quia principaliter est eius, & per eum etiam noster. F

Ex quo omnis paternitas.) Id est, omnis creatura deducta est ab eo, tã quæ in cælo est, quàm quæ est in terra.

Iuxta diuitias gloriæ suæ.) Id est bonitatis suæ, propter quam glorioſus est inter homines.

In interiorem hominem.) Vocat interiorem, totum hominem reformatum & renouatum. Sicut per exteriorem totum hominem animalem intelligit, & corruptum ac veterem. Interior idem est, quem aliàs nouum, exterior quem aliàs vocat veterem. Sed potest etiam de parte præcipua in homine, id est de mẽte recta, quæ prima est in renouatione, intelligi quod hîc dicit.

Per spiritum suum.) Id est per gratiam suam.

Vt inhabitet Christus per fidem in cordibus vestris.) Ne, quæso, vereamur loqui vt

A loqui vt loquitur ſpiritus ſanctus. Spiritus dicit, Chriſtum habitare in cordibus noſtris. Non eſt contentus dixiſſe, ſpiritū Dei habitare in nobis, ſed dicit, Chriſtum habitare in cordibus noſtris. Sicut etiam alibi dicit: Ego & pater ad eum veniemus: & ad Roman. 8. Porrò ſi Chriſtus in nobis eſt &c. Quid periculi eſt cum Chriſto, cum ſpiritu eius, qui per Paulum ita loquitur, nos quoque loqui? Habitat Chriſtus in nobis, ſed tamen per fidem. Nō ita habitat, vt ſenſibus percipiatur, à poſteriori percipitur in nobis habitare, & non niſi fide id comprehēditur à nobis & apprehenditur, dum nos diuina ſua vi agit & regit. Non habitat in nobis comprehenſione ſenſuum, non incluſione loci, non cęli deſertione quæ cogitationes de eius in nobis habitatione, ſunt prophanæ, de quibus erit reddenda ratio profectò in extremo iudicio. Ioan. 14

Radicati in charitate.) Dei ſcilicet, & proximi. Chryſoſtomus intelligit de charitate Dei nobis in Chriſto exhibitæ, de qua re vera hîc præcipuè eſt ſermo. Sed tamen qui diuinam in ſe charitatem ſentiunt, gignitur quoque in ipſis charitas erga Deum & proximum, etiam erga inimicum, idq; propter Chriſtum.

Vt valeatis conſequi cum omnibus ſanctis &c.) Hæc ſunt, quæ neceſſaria facit Paulus. Vt conſentiamus cum omnibus ſanctis, qui inde ab æterno fuerūt & vt hæc valeamns conſequi. Donum eſt gratuitum, ergo pro eo eſt orandum
B ardentiſsimè. Deinde, quia animalis homo non percipit quæ ſunt Dei, neceſſaria eſt virtus & afflatus Spiritus ſancti, quo qui deſtituti ſunt diuina omnia iudicant ſtulta. Tertiò eſt neceſſaria inhabitatio Chriſti in cordibus noſtris per fidē iuſtificantem. Quartò neceſſe nobis eſt bene radicari in charitate, qua nihil dubitemus Deum nos amare ex animo, & nos tum Deum, tum nos inuicem diligamus. Orat in primis pro catholica, cum omnibus ſanctis, comprehenſione myſterij Dei, & in illo conſenſione, quæ non conſiſtit in vanis cogitationibus, & inanibus verbis inefficacibus ad renouationem: quæ excuſabiles quidē reddit homines coram hominibus, non tamen irreprehenſibiles coram Deo. De longitudine porrò, & latitudine &c. quæ hîc commemorat Apoſtolus, & cuius rei ſint menſuræ, & quantitates non explicat. variant interpretes. Ex præcedentibus & ſequentibus tamen ad myſterium Dei commodè referri poſſunt, quo ex inimicis facti ſumus filij dei, & ampliſsima & ineffabili Dei gratia & dilectione. Nec obeſt illa interpretum varietas, quominus hunc locum, vt alios omnes, cum fructu pietatis rectè intelligamus, & varietatem illam cōciliemus. Tales locos ſpiritus aliquando proponit, ex quibus licet varia conſiderare, vt fercula delitiarum cæleſtium vberiora depromat. Sed primū conueniat quod adfertur ſcopo loci: Deinde ſcopo totius Scripturæ. Docuit quæ neceſſaria
C ſunt ad efficacē illam cognitionem, deinde qualis illa cognitio ſit. Sed ad quid tantopere illud orat? Nimirū, quia ſine illo non poſſumus non peccare, & quia nunquam ſatis id intelligimus, illud nempe gratiam Dei in Chriſto, & beneficia nobis per eum exhibita, nunquam non peccamus. Orat ergo Paulus pleniſsimam perfectionem, religionem, felicitatem, iuſtitiam nobis donari, ſine quib. impoſsibile eſt vitare peccatum, & bene agere, vt non fluctuemus omni vento doctrinæ, & dignè ambulemus vocatione quiſque ſua, de quibus infra ſequenti capite. Licet eſſet laudatiſsima illa Epheſiorum Eccleſia, opus tamen erat illi hac Pauli oratione, ne erraret in fide &c. ſicut certè grauiſsima mala ſenſit, vt ex ſequenti capite clarum fiet. Nam veriſsimile eſt ea peccata quæ reprehendit etiam in ea Eccleſia viguiſſe.

Commentum igitur eſt impiū, quod dicitur, Eccleſiam errare nō poſſe: niſi eo ſenſu quo Ioānes negat, fidelem quemlibet poſſe peccare, ſcilicet, quatenus agitur à Spiritu ſancto, & ſuæ regenerationi ſeſe accommodat: aut quia electus non permanet, nec perſeuerat in peccato. Eccleſia nulla in vniuerſali ſubſiſtit, vt neque vllus vniuerſalis homo: ideo Eccleſia dicitur peccare, quia ſinguli in ea, ex quibus vniuerſalis ipſa conſtat, peccant. Quod ſi dicas: Peccat Eccleſia

quidem in moribus, non autem in fide. Respondeo, omne peccatum esse ex infidelitate, & contrariam operationem fidei coniunctam habet, vt etiam Aristoteles, quanuis ethnicus & philosophus in Ethicis intellexit, vbi disputat, an incontinens peccet, ignorans, an sciens. Certè quicunque peccat, contra mandatum Dei facit, quod non faceret, si plenè crederet illud mandatum esse Dei. Proponunt sibi, qui peccant, fictum bonum, quod Deus bonum esse non declarauit: aut reijciunt vt malum, quod Deus vt bonum proposuit. Hoc manifestè est ex infidelitate, & illud non est ex fide, eo quòd non est ex verbo Domini, ergo & ipsum ex infidelitate. Sed aiunt, Est ecclesia columna veritatis, quomodo ergo ita peccaret? Est quidem quatenus Deus tandem eam liberat ab omni errore: sed non sicut est Deus ipse, & verbum suum, vt non possit in eã error cadere, sed omni prorsus errore careat. D

Vt impleamini &c.) Id est, vt prorsus naturã Dei referatis. Deest enim multum huius plenitudinis singulis & vniuersis in Ecclesia, etiam in sanctis, vt omnes opus habeant dicere: Remitte nobis peccata nostra: Erraui sicut ouis quæ perijt. Vides ergo quàm sint necessariæ preces.

Ei verò qui potest & cætera.) Fidem omnipotentiæ comitatur fides beneuolentiæ, veritatis, & optimæ voluntatis diuinæ erga nos. Hic est Prophetarũ mos, vt videre licet passim in Scripturis. Cùm confirmare volunt fidem de voluntate domini, prædicant potentiam eius, idq; ex Spiritu sancto. Videtur quidem non esse opus, nec videntur homines dubitare de eius omnipotentia. Sed profectò nefas est dicere, aut etiam cogitare, Spiritum sanctum non ritè docere. Id ex alterius prædicatione alterum probat. Damnemus potius nostræ mentis cæcitatem, quæ falsum pro vero iudicat, & veritatis magistrum Spiritum sanctum toto pectore amplectamur. Si non credis eum velle, non credis eum posse. Promisit se facturum tibi omnia bona, si non agnoscis veracem, velle non credis, eum esse non credis, atque ideo nec omnipotentem credis. Vnde, quæso, fit vt tot nunc deserto Euangelio adhæreant mendacijs? Quia potentiorẽ quàm deum credunt Carolum Quintum esse. E

Sit gloria & cætera.) Precationibus solent semper sancti gratiarum actionem adiungere.

Per Christum Iesum.) Per hunc Deus in nos suæ bonitatis thesauros omnes effundit.

In Ecclesia.) Quia in primis amat sacros cœtus, in quibus alij aliorum fidẽ confirmãt: vt ibi gratiarum actiones reddantur, & à pluribus glorificetur deus. Qui mos semper sanctorum fuit. Vide passim in Psalmis, & alijs sacris libris: Vota mea Domino reddam, ait Dauid, in conspectu vniuersi populi eius. Sic nobis exemplo suo reliquerunt Apostoli, qui templum frequentabant in precibus communibus, communicabant fractioni panis &c. Perinde itaque est cùm dicit, Illi sit gloria in Ecclesia per Iesum Christum: ac si diceret, Omnes agãt illi gratias, beneficium acceptum ferendo Iesu Christo, id prædicent & agnoscant omnes, & ita fidem suam confirment. F

In secula seculorum Amen.) Eò sunt omnia conferenda, vt Deus glorificetur à nobis, & etiam à posteris nostris in æternum, de omnibus beneficijs, quæ ad cælestem vitam nostram, qua cum Christo æternùm viuemus, collata sunt, vt hîc quoque perpetuò celebretur, vt nos æternùm sumus illum in cælis celebraturi.

CAPVT

CAP. IIII.

A HORTOR itaque uos ego uinctus in Domino, ut ambuletis ita ut dignum est uocatione, qua uocati estis, cum omni submissione ac mansuetudine, cum animi lenitate, tolerãtes uos inuicem per charitatem, studentes seruare unitatem spiritus, per uinculum pacis. Vnum corpus & unus spiritus, quemadmodũ & uocati Rom.12. estis in una spe uocationis uestræ. Vnus dominus, una fides, unũ baptisma, unus Deus & pater omnium, qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus uobis. Verùm unicuique nostrum data est gratia iuxta mensuram donationis Christi. Quapropter dicit: Cùm ascendisset in altum, captiuam duxit captiuitatem, & dedit dona hominibus. Pſal.67. Cæterùm illud ascendit, quid est, nisi quod etiam descenderat prius in infimas partes terræ? Qui descendit, idem ille est, qui etiam ascendit supra omnes cælos, ut impleret omnia. Et idem dedit, alios quidẽ A- 2.Cor.12. B postolos, alios uerò Prophetas, alios autem Euangelistas, alios autẽ pastores ac doctores, ad instaurationem sanctorum in opus administrationis, in ædificationem corporis Christi, donec perueniamus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenæ adultæ Christi, ut non amplius simus pueri: qui fluctuemus & circunferamur quouis uento doctrinæ per uersutiã hominum, per astutiam, qua nos adoriuntur, ut imponãt nobis: sed ueritatem sectantes in charitate, adolescamus in illum per omnia, qui est caput, nempe Christus, in quo totum corpus si coagmentetur, & compingatur per omnem commissuram subministrationis, iuxta actum in mensura uniuscuiusque partis, incremeutum corporis facit, in ædificationem suijpsius per charitatem. Hoc itaque dico, & testor per Dominum, ne posthac ambuletis, quemadmodum & reliquæ gẽtes ambulant in uanitate mentis suæ, dum mentem habent obtenebratam, abalienati à uita Dei, propter ignorantiam quæ est in illis, & excæcationem cordis eorum, qui posteaquam peruenerunt eò, ut dolere desierint, semetipsos dediderunt lasciuiæ, ad patrandum immunditiam omnem cum auiditate. Vos autem nõ sic didicistis Christum, si quidem illum audistis, & in eo docti fuistis, quemadmodum est ueritas in Iesu, deponere iuxta priorem cõuersationem ueterem hominem qui corrumpitur iuxta concupiscentias erroris: renouari uerò spiritu mentis uestræ, & induere nouum hominem, qui iuxta Deum conditus est per iustitiam, & sanctitatem ueritatis. Quapropter depositio 1.Pet.2. mendacio, loquamini ueritatem quisque proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. Irascimini & non peccetis: Sol ne occidat su- Zach.8 per iram uestram: neque detis locum calumniatori. Qui furabatur, Pſal.4. non amplius furetur, magis autem laboret operando manibus quod Iacob.4. bonum est, ut possit impartiri ei qui opus habuerit. Omnis sermo spurcus ex ore uestro non procedat, sed si quis est bonus ad ædifica-

tionem, quoties opus est, ut det gratiam audientibus: & ne contriſte- D
tis ſpiritum ſanctum Dei, per quem obſignati eſtis in diem redemptio
nis. Omnis amarulentia & tumor, & ira, & uociferatio, & maledicen-
tia tollatur à uobis cum omni malitia. Sitis autem inuicem alius in a-
lium comes, miſericordes, largientes uobis inuicem, quemadmodum
& Deus per Chriſtum largitus eſt uobis.

INTERPRETATIO.

PRAECIPVI loci quos tractat Apoſtolus hoc capite, ſunt hi, videlicet.

Primus eſt de vnitate ſanctorum inter ſe, de conſeruãda ſancta conſpiratione & cõſenſione, & in quo vnitas illa conſiſtat.

Secundus, in quo ſe illa explicet, & quàm latè pateat, atque ita de ſacro miniſterio, atque vſu omnium membrorum Chriſti in pietate inſtauranda.

Tertius, de vetere homine exuendo cum omnibus ſuis concupiſcentijs, vbi quædam huius hominis veteris opera taxat. Quam exhortationem producit ad bonã vſque quinti capitis partem, vſque ad eum locum, vbi de officio coniugum diſſerit.

Adhortor vos &c.) Propoſitio vniuerſalis eſt hæc: Vocati ſumus ad mutuam in fide inſtaurationem & conſenſionem, & ad induendum Chriſtum: ergo ambulemus dignè vocatione noſtra. Ambulemus dignè noſtra vocatione, eſt propoſitio, quam ad exhortationem præmittit. Qua nam vocatione? vt ſimus filij Dei, & hæredes vitæ æternæ, vt repræſentemus, & referamus ſanctimoniam, & bonitatem patris noſtri cæleſtis. Vocatio enim eſt in eo, vt ſimus filij, credamus & regamur ſpiritu filiorum, & patris noſtri imaginẽ exprimamus.

Vt dignè ambuletis.) Vocatio eſt, vt ſimus filij Dei: ergo ita nos geramus vt filios Dei nos præſtemus. Si ſpiritum Patris accepimus, non degeneremus. Non poſſumus autem hæc præſtare, niſi nos & noſtra abiecerimus, & nos totos Deo conſecrauerimus. Hoc eſt vitam dignam vocatione noſtra inſtituere, qua filij Dei ſimus. Vitam, inquam, ita inſtituere, vt nihil aliud moliamur animo, ſtudeamus agere, conemur, nitamur, quàm vt exuamus nos peccatis, & induamus iuſtitiam Dei: nos ſic omni ſtudio, arte, virtute inſtituamus, quo plurimum Dei gloriæ & ædificationi Eccleſiæ ſeruire poſsimus. Hęc agere, & ea tãtùm agere, ac ſtudioſiſsimè agere, eſt dignè ambulare vocatione Dei. Sed quia in vnum vocati ſumus, id primum eſt curandum, vt quiſque ſe ſuaq; abneget, & verbum Dei in omnibns ſequatur, & in vnum in illo omnes conſpirent: de quo F
ſtatim contrahens, propoſitionem ſubijcit:

Studentes obſeruare vnitatem ſpiritus &c.) In quibus verbis cõtinetur ſumma primi loci. Sed expendamus argumenta, quibus id conatur Paulus perſuadere. Primùm dicit, Adhortor, quia ad ea quæ ſunt virtutis, oportet nos nõ inuitos, ſed ſponte ferri. Si qui ita non mouentur, illis prodeſt præceptio & imperium, vt erga Galatas minus generoſos, & non ita adultos in Euãgelio vt Epheſij. At iſti generoſiores fuerũt, & in Chriſtianiſmo prouectiores, & quo moderatior fuit Paulus, eo magis eius verba valebant ad eos permouendos. Nam ſuperba caro non facilè fert imperium, ideo rogatione aggreditur eam primũ.

Propoſitio parenetica.

Vinctus in Domino.) Argumentum patheticum, & vehemens. Tale eſt argumentum: Diligitis me? ergo compatimini vinculis meis, & ſtudeatis me conſolari in hac mea captiuitate, & me illa leuare, ſi poſsibile eſſet. Debetis etiã id mihi Apoſtolo veſtro, ac quacunque poteſtis ratione, conſolationem adferre. Nullam autem poteſtis adferre gratiorem, quàm ſi ambuletis dignè vocatione ve-

ne veſtra, ſtudentes ſeruare vnitatem &c. Hæc ſumma eſt animi mei recreatio,
A hoc ſummum eſt gaudium meum. Ait: Studentes.) Quia magno opus eſt ſtudio, & magna diligentia ad hanc ſeruandam: quod cognoſcetur, ſi, quid ſit vnitas, ſciatur. Per ſpiritum intelligitur aliquando tertia perſona in diuinis. Item illa interdum animi pars, quam Græci vocant, ἡγεμόνα, & vt in ſumma dicam, varia eſt eius acceptio admodum. Ego per ſpiritum intelligo, primum illum animorum motum, quo impellimur ad ſectanda vtilia, & fugienda quæ nocẽt, ad quærenda honeſta, & contraria abijcienda. Sed hoc requirit rectum iudicium, vt vere bona proponat animus voluntati. Neceſſariò debet certa, vera, ac efficaci inſtructus eſſe cognitione rerum expetendarum & fugiendarum. Hoc ergo loco petit, vt quæ probantur aut reprobantur, ex verbo Dei illa probemus, aut reprobemus, eodem modo, eodem impetu, ſtudio, ſententia, & iudicio: vt abhorreamus à malis verbo illo dei demonſtratis: Idem ſpirent, idem referant omnes & ſingulæ animi noſtri appetitiones. Hanc vnitatem exemplo Apoſtolorum, & primitiuæ Eccleſiæ, ſpiritus dei nobis commendat Act. 1. & 2. quibus erat anima vna, & cor vnum in domino. Idem requirit Apoſtolus à Corinthijs, cùm petit, vt idem ſentiant omnes. dicit: Studentes ſeruare.) Habebant iam, ſed illam ſeruari cupit. Non ſtudent autem ſeruare, qui prouehere eam non ſtudent. non poſſunt hęc ſeruari, niſi ſtudio ſummo, & attentione maxima.

In vinculo pacis.) Illa eſt animorum inter ſe tranquillitas, & pax, quæ omnẽ
B offenſionem, & offenſionis occaſionem longè abijcit. Vinculum autẽ ideo vocat, quia Chriſtus iubet alterum alteri nos ſubijci, eiuſq; ſalutem quantum poſſumus procurare. Vinculum, inquam, eſt, quo nos Deus conſtrinxit, vt in Chriſto capite membra inuicem ſimus. Studendi quoque verbum rectè perpendendum. Studium enim rei vel artis alicuius eſt, cùm, reiectis alijs omnibus ſtudijs & curis ardentiſsimè nos adiungimus ei rei, vel arti, cuius ſtudio tenemur, de ea cum ſumma voluptate & oblectatione loquimur, & alios loquentes audimus: denique nos totos illi impendimus, vigilãterq; & ſedulò omnia ſectamur, quæ ad eam perducunt, ac multa concoquimus & deuoramus mala, vt ad eam perueniamus, & illam retineamus. Sic ad hanc vnitatem eſt neceſſe, vt quiſque alteri ſubijciat, de ſe non arroganter ſentiat, ſed ſuam infirmitatem agnoſcat, & cætera. Nam addit:

Cum omni ſubmiſsione.) Et intelligit conſultam, ſed fidelem tamen ſubmiſſionem, qua quiſq; ſic alijs ſe ſubmittit ad obſequendum & ſeruiendum, vt eum cui ſe ſubmittit, ſalutariter iuuet ad ſuum bonum. Hæc omnia ſunt ad vnitatem ſeruandam & retinendam: quia eorum contraria ſunt prima cauſa eius ſoluendæ. Diſſenſio enim à ſuperbia eſt, & ab opinione ſui. hæc nullam patitur ſubiectionem, ſorte ſua contenta non eſt, in malam partem omnia vertit, non acquieſcit in voluntate Dei: eſt ſuperbia iræ cauſa, quòd qui iraſcitur, contemptum ſe
C putet, ideo appetit vindictam: quia cùm plus nimio de ſe iudicat, ſecus putat ab eo fieri cui iraſcitur. At ſancti debent agnoſcere, ſe nihil eſſe ex ſe, niſi gehennæ mancipia, quicquid mali patiuntur, id ad diuinam referunt voluntatem, ſuo id bono factum eſſe exiſtimant: ſequuntur in humilitate ſeruuli dominum, diſcipuli magiſtrum Chriſtum, quem pro peccatis noſtris mortuum induerunt, omnia proximo condonant, omnia ſua conſilia in id, quod optimum eſt, conferũt: omnem rationem inquirunt lucrandi proximum, & retinendi.

Ac manſuetudine.) Eſt manſuetudo virtus moderandi iram cum ratione, Mollit illa, temperat, lenit, & mulcet immoderatum illum iræ affectum. Hæc cõſulta animi moderatio ſequitur neceſſariò ex fide, quæ ſcit ſibi nihil deberi, nihilq; à Deo ſibi contingere, à quo quæcunque eueniunt, agnoſcit, quâm quæ ſibi ſunt ſalutaria. Si conſideres nihil poſſe tibi nocere, quod Deum habeas protectorem, non commoueberis immoderatè in vlla re. Subm[illegible]ſio fidem ſequitur, & manſuetudo veram ſubmiſsionem. Si ita fuero comparatus, vt agno-

Vt dignè ambuletis.) Vocatio eſt, vt ſimus filij Dei: ergo ita nos geramus vt filios Dei nos præſtemus. Si ſpiritum Patris accepimus, non degeneremus. Non poſſumus autem hæc præſtare, niſi nos & noſtra abiecerimus, & nos totos Deo conſecrauerimus. Hoc eſt vitam dignam vocatione noſtra inſtituere, qua filij Dei ſimus. Vitam, inquam, ita inſtituere, vt nihil aliud moliamur animo, ſtudeamus agere, conemur, nitamur, quàm vt exuamus nos peccatis, & induamus iuſtitiam Dei: nos ſic omni ſtudio, arte, virtute inſtituamus, quo plurimum Dei gloriæ & ædificationi Eccleſiæ ſeruire poſsimus. Hęc agere, & ea tãtùm agere, ac ſtudioſiſsimè agere, eſt dignè ambulare vocatione Dei. Sed quia in vnum vocati ſumus, id primum eſt curandum, vt quiſque ſe ſuaq; abneget, & verbum Dei in omnibns ſequatur, & in vnum in illo omnes conſpirent: de quo ſtatim contrahens, propoſitionem ſubijcit: F

Propoſitio parenetica.

Studentes obſeruare vnitatem ſpiritus &c.) In quibus verbis cõtinetur ſumma primi loci. Sed expendamus argumenta, quibus id conatur Paulus perſuadere. Primùm dicit, Adhortor, quia ad ea quæ ſunt virtutis, oportet nos nõ inuitos, ſed ſponte ferri. Si qui ita non mouentur, illis prodeſt præceptio & imperium, vt erga Galatas minus generoſos, & non ita adultos in Euãgelio vt Epheſij. At iſti generoſiores fuerũt, & in Chriſtianiſmo prouectiores, & quo moderatior fuit Paulus, eo magis eius verba valebant ad eos permouendos. Nam ſuperba caro non facilè fert imperium, ideo rogatione aggreditur eam primũ.

Vinctus in Domino.) Argumentum patheticum, & vehemens. Tale eſt argumentum: Diligitis me: ergo compatimini vinculis meis, & ſtudeatis me conſolari in hac mea captiuitate, & me illa leuare, ſi poſsibile eſſet. Debetis etiã id mihi Apoſtolo veſtro, ac quacunque poteſtis ratione, conſolationem adferre. Nullam autem poteſtis adferre gratiorem, quàm ſi ambuletis dignè vocatione ve-

tionem, quoties opus est, ut det gratiam audientibus: & ne contriſte- D
tis ſpiritum ſanctum Dei, per quem obſignati eſtis in diem redemptio
nis. Omnis amarulentia & tumor, & ira, & uociferatio, & maledicen-
tia tollatur à uobis cum omni malitia. Sitis autem inuicem alius in a-
lium comes, miſericordes, largientes uobis inuicem, quemadmodum
& Deus per Chriſtum largitus eſt uobis.

INTERPRETATIO.

PRAECIPVI loci quos tractat Apoſtolus hoc capite, ſunt hi, videlicet.

Primus eſt de vnitate ſanctorum inter ſe, de conſeruãda ſancta conſpiratione & cõſenſione, & in quo vnitas illa conſiſtat.

Secundus, in quo ſe illa explicet, & quàmlatè pateat, atque ita de ſacro miniſterio, atque vſu omnium membrorum Chriſti in pietate inſtauranda.

Tertius, de vetere homine exuendo cum omnibus ſuis concupiſcentijs, vbi quædam huius hominis veteris opera taxat. Quam exhortationem producit ad bonã vſque quinti capitis partem, vſque ad eum locum, vbi de officio coniugum diſſerit. B

Adhortor vos &c.) Propoſitio vniuerſalis eſt hæc: Vocati ſumus ad mutuam in fide inſtaurationem & conſenſionem, & ad induendum Chriſtum: ergo ambulemus dignè vocatione noſtra. Ambulemus dignè noſtra vocatione, eſt propoſitio, quam ad exhortationem præmittit. Quanam vocatione? vt ſimus filij Dei, & hæredes vitæ æternæ, vt repræſentemus, & referamus ſanctimoniam, & bonitatem patris noſtri cæleſtis. Vocatio enim eſt in eo, vt ſimus filij, credamus & regamur ſpiritu filiorum, & patris noſtri imaginẽ exprimamus.

Vt dignè ambuletis.) Vocatio eſt, vt ſimus filij Dei: ergo ita nos geramus vt filios Dei nos præſtemus. Si ſpiritum Patris accepimus, non degeneremus

ſcam omnia me mala mereri, omnia bona accepta referenda Deo, conſulto cer- D
tè humiliabor. Si verè fuero humiliatus, moderabor manſuetudine impetũ irę.

Cum longanimitate.) Virtus eſt, quæ iram propellit & eam temerè in animum irrepere non permittit: nec facilè iram excitari & commoueri ſinit. Facit hæc longanimitas, vt impotentes iræ non ſimus. Sequuntur iam propria harũ virtutum officia, munera, & effectus.

Tolerantes vos inuicem &c.) Ne ſcilicet illa dilectio mutua frigeſcat, delea tur & euaneſcat. Addit:

In charitate.) Quia charitatem quoque veram adeſſe oportet, ſicut & fidem quæ ſeparari ab inuicem non poſſunt. Fundamentum autem omnium harum & aliarum virtutum eſt, vt ſeruetur vnitas ſpiritus. Dicit autẽ, Tolerantes) quia noſtra imbecillitas facit, vt etiam ſanctiſsimus quiſque agat, cogitet, vel dicat interdum, quod proximum lædit. Subijcit: In charitate.) Charitas optimè cupit amato, & ſi plena eſt, & vera, quæ ſunt à proximo admiſſa, ea extenuat & condonat: ſicut facit mater erga paruulos filios cùm peccant, leuiora facit ea, quia optimè illis vult. Vult non peccare, ſed ſi peccauerint, illos emendat, quàm poteſt, commodiſsimè. Non eſt charitas mater diſſolutionis, non eſt diſciplinæ ſanctę diſſolutrix: & leges ciuiles plenæ ſunt dilectione vera & miſericordia. Nec eſt extenuandum peccatum in ſe, aut eius odium in nobis, imò debemus ea omnia E
cauere: ſed danda eſt opera, vt reuoces à peccato, & eò debet tua extenuatio ſpectare. Similis locus eſt ad Galatas ſexto: Alter alterius onera portate: & ne ceſſetis illis benefacere. Et ad Coloſſenſes tertio, paulò fuſius etiam, quàm hîc, Paulus doctor & pater adhortatur: Sitis igitur induti tanquam electi Dei, ſancti, ac dilecti, viſcera miſerationum, comitatem &c. Hepati Phyſici ſedem amoris tribuunt: ideo Paulus huiuſmodi affectiones viſceribus tribuit. Sed quibus hactenus vſus eſt, argumenta ſunt extranea, vel ab authoritate, vel à ſua perſona, vel à vinculis, quæ illorum cauſa ſuſtinebat: quæ verò nunc ſequuntur, ſunt ſumpta ab ipſa natura, & ratione regenerationis, ideo ſunt efficaciſsima.

Vnum corpus & c.) Eodem vtitur argumento in prima ad Cor. 12. Si vnum ſumus corpus, & id animatum eſt, ergo vno ſpiritu animatum.

Et vnus ſpiritus.) Quo ſcilicet credamus, & viuamus Euangelium, & ad eadem moueat nos. Et qui eódem reſpiciunt, quod attinet ad ſpem vitæ æternæ, æquum eſt, vt inter ſe foueant vnitatem & concordiam.

Et vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ.) Futuri eſtis vni cum patre & filio, ergo ſitis vni inter vos ipſos. non poteſt ſeruari vnitas inter vos & deum, niſi ipſi inter vos vni ſitis.

Vnus Dominus.) Ieſus Chriſtus, cui nõ ſubſunt niſi vnanimes. Si dominus F
eſt, obſequi eius voluntati debemus. Eius verò voluntas eſt, vt ipſemet dicit: Præceptum meum do vobis, vt diligatis inuicem. Item, Tunc diſcipuli mei eritis, ſi feceritis quæ præcipio vobis.

Vna fides.) Vnus eſt Euangelij aſſenſus, & vna fides, qua totam ſacram ſcripturam, Dei vocem veracem agnoſcimus, qua quoque credimus, dominum Ieſum eſſe omnium noſtrum ſeruatorem. Idq; ſi vnitatem in nobis ſeruemus. Nam non eſt fides, quę per dilectionem non operatur: imò factis negatis quod ore profitemini, ſi non adſit charitas.

Vnum Baptiſma.) Libenter ducit Paulus argumenta à ſacramentis, ſiue cõ firmanda ſit fides, ſiue adhortetur ad officium. Sunt enim ceremoniæ à Chriſto inſtitutæ, vt externis illis ſignis, manibus quodãmodo palpemus, & oculis cernamus id quod accipimus: nempe regenerationem, incorporationem cũ Chriſto, corporis & ſanguinis eius communionem, ac Spiritus ſancti donum. Eadẽ vtitur ratione argumentandi Roman. 6. primæ Corinth. 12. Galat. 3. Quaſi dicat, omnes ſumus à Deo ita electi, vt ſimus in Baptiſmate, in mortem Chriſti à peccatis abluti, & eis mortui, ac excitati ad cæleſtem vitam. nõ ſunt ſigna nuda,

ſed ex-

A sed exhibentia id, quod indicant: non igitur sunt abijcienda tanquam externæ tantùm ceremoniæ. Si autem ita creditis revera fieri, vt vobis indicant, nempe regenitos vos esse, & in Christo coniunctos: non amplius ergo vestram, sed illius viuite vitam.

Vnus Deus & pater omnium.) Vnum inuocatis Deum eumq; patrem, ergo estis inuicem fratres, & patri obediendum est. Is autem hoc à vobis in primis petit.

Qui est super omnia, & per omnia.) Habet in omnia potestatem, per omnia suam vim diffundit, eius summa est erga vos beneuolẽtia, omnia sunt ei præsentia, & ab eo pendent omnia bona nostra: nihilq; magis petit, quàm mutuã inter nos dilectionem. Si nos, si vita nostra, si omnia à Deo sint, & in Christo præsentantur, vt vnitas seruetur, & colatur, quàm est hæc necessaria? hactenus primus est locus.

Iam commodè à priore loco de vnitate nostri inter nos, transit ad locum de sancto Ecclesiæ ministerio, & quotuplex illud sit, & de eius fine ad quem ipsum instituit Christus: quia ex illa omnium inter se vnitate tolli videbatur graduum distinctio, ac munera confundi, & ad omnia omnes dici videbãtur idonei, quòd vnus omnium spiritus sit. præoccupat itaque Apostolus hunc errorem, dicens:

Verùm vnicuique nostrum data est gratia iuxta mensuram donationis Chri
B sti.) Quasi dicat, vni quidem esse inter vos debetis omnes, sicut fides est vna omnium vestrum, & omnes estis membra Ecclesiæ Christi, & hæredes vitæ æternæ, tamen nihilominus vniuscuiusque proprium est munus. Vt in politia bene instituta ab hominibus prudentibus, sic in Republica Christi munera confundi non debent, & tamen nemo debet ociosus esse, & ab omni munere immunis ac ideo ait, Vnicuique. Item quemadmodum in Republica prudenter constituta, ciues æquè pauperes, & diuites, nobiles, ignobiles &c. communicant in Reipublicæ commodis, ita in Ecclesia Christi proponantur æquè omnibus sacra scriptura, & integra sacramenta. In Christo enim Iesu, quantum ad hæc attinet, non est mas neque fœmina, non seruus aut liber. Quare Papistæ agunt impijssimè, dum prohibent à vulgo lectionem verbi Dei, & Laicis tantum sacramenti dimidium porrigunt. Per gratiam autẽ duo intelliguntur, beneficium salutis quod accipimus à domino gratis, & peculiaris facultas spiritualis in re aliqua à domino certis collata, ad Ecclesiæ suæ ædificationem, sicut vocat Paulus gratiam, vocationem sui ad Apostolatum. Atque ex illa gratia, qua prius Deus sanctos iustificat, manant illa alia spiritualia dona, quæ in illos confert. vocat donationem Christi: quia eo mediatore omnia nobis dona conferuntur. Ait:

Iuxta mensuram:) Quam ad Roman. 12. vocat modum fidei. Nam in donis quæ conferuntur ad ædificationem Ecclesiæ, vt aliquibus ampliora, & aliquib. minus ampla sunt collata, ita discrimen in illis proferendis seruari meritò debet
C at ita seruari debet, vt nemo omni munere vacet: vt nemo quoque adeò perfectus, & omnibus numeris absolutus reperitur, qui solus sibi sufficiat, nec proximo habeat opus. Locum adducit ex Psal. 68.

Cùm ascendisset in altum &c.) Ab ea scilicet humilitate, in quam se demiserat nostri causa, ad cælos sublatus.

Captiuam duxit captiuitatem:) In suam redigens potestatem, sibiq; subijciens, vt victum victor, diabolum, mundum, peccatum & mortem.

Dedit dona hominibus.) In Hebræo est לקחת מתנות באדם quod non dare, sed accipere significat. Sed non est cur propterea Iudęi, aut infideles reliqui clamẽt & dicant, Apostolum Scripturam Dei in contrarium sensum torsisse. Scopum retinet, & illum respicit, & non numerum verborum: vt & idem Apostolus alibi, & reliqui in nouo testamento passim faciunt. Profert Dauid locum illum in secunda persona, & Paulus in tertia: vtitur ille verbo accipiendi, hic verò dandi & tamen sensus est idem. Alloquitur enim Dauid Christum, ideo vtitur verbo

ſecundæ perſonæ. & cùm dicit, Accepiſti, intelligit à patre, qui omnem poteſta D
tem dedit filio. Sed ita accepiſſe à patre intelligit, vt in membra ſui corporis ea diſtribueret ad totius corporis, quæ eſt Eccleſia, conſeruationem & incrementum. Quod deinde eum feciſſe dicit Apoſtolus. Ideo tertia perſona vtitur, & loco verbi accipiendi, verbo vtitur dandi.

Cæterùm illud aſcendit, quid eſt, niſi quòd etiam deſcenderat prius in infimas partes terræ?) Inferiores partes terræ vocat, quod in Hebræo eſt התחתיות הארץ Pſal. 39. quod aliqui, inferna, exponunt. pro vtero autem materno accipit Dauid in Pſalm. Domine probaſti me. Sed tamen poteſt intelligi hîc à Paulo, & rectè quidem, ſumptum pro terra ipſa, quæ eſt infima pars omnium creaturarum. vult autem dicere præſentis vitæ infimam conditionem. Alij volunt de ſtatu & conditione mortuorum hęc dici, ad quam ſignificandam voce שאול potius quàm his התחתיות הארץ Scriptura vti conſueuit: Vt in Hiſtoria Iacobi lugẽtis amiſſum filium Ioſephum, & in Pſal. 16. clarè apparet. Sumitur itaque commodiſsimè, vt diximus. Sed Græci plæraque multa Hebræa parum intellexerunt, & non admodum bene verterũt. Pro שאול & שחת, ἅδην ponunt ſine diſcrimine, cùm tamen aliquando pro ſtatu mortuorum, & pro ſepulchro, vt Pſal. 16 & aliquando pro damnatorum conditione ponatur, vt in hiſtoria diuitis epulonis & Lazari. Legatur Auguſtinus hac de re in multis locis, in epiſtola 99. E
ad Euodium. Item tractatu duodecimo in Geneſim ad literam. In Pſalmum 6. 30. 86. & in libro de natura boni contra Manichæos 33. in quibus locis eandẽ Hebræam vocem variè accipit.

Aſcendit ſuper omnes cælos.) Piè interpretatur Hieronymus. Declarat eius glorioſam conditionem menti noſtræ incomprehenſibilem, & noſtram ſimul hîc compeſcit curioſitatem, qui cælos non poſſumus penetrare, multo igitur minus ſupra omnes cælos.

Vt impleret omnia.) Hîc ſequitur de miniſterio publico, in quo ſeruatur hic ordo. Primùm, quis illud inſtituerit, deinde, quando, & ad quid: atque quid hoc miniſterium Eccleſiæ præſtet. Dicit itaque, Vt impleret omnia: id eſt perficeret & inſtauraret omnia, quæ in cælo ſunt, & quæ in terra: vt plenè exædificaret ciuitatem cæleſtem, id eſt Eccleſiam. Et eſt amplificatio miniſterij publici ab authore Chriſto, qui omnia quæcunque fecit, fecit vt haberet Eccleſia miniſterium Euangelij, & per ipſum colligeretur ad hæreditatem æternam. Hic ergo eſt, qui dedit Apoſtolos, & mittit miniſtros, atq; eo nomine in primis nũc orandus eſt, vt miſsis idoneis miniſtris ſtatum Eceleſiæ ſuæ ferè collapſæ inſtauret: qui ſua morte, ſuóque precioſiſsimo ſanguine in cruce effuſo, hanc ſibi facultatem comparauit. F

Et idem dedit alios quidem Apoſtolos &c.) Diuerſos gradus miniſtrorum deſcribit. Apoſtoli ſunt propriè nuncij à Chriſto amandati ad munus prædicandi Euangelium ſine ordinaria Eccleſiæ electione ab ipſomet Chriſto, aut corpore præſente, aut per reuelationem: non ad aliqua certa loca in terra, ſed in vniuerſum orbem. Atque Apoſtolorum eſt, primùm colligere credentes, & ex illis eccleſiam inſtituere. Deinde miniſtros presbyteros, & ſeniores eis dare. Tertiò iam à ſe inſtitutas diligenter & fideliter curare. Ac certè illi fuerunt maximi regis ſummi legati, ac in Eccleſia ampliſsimi principes, qui pollebant magnificis facultatibus ſpiritualibus, ſcientia, cognitione linguarum, virtute miraculorum & cætera.

Prophetæ ſunt, qui non arte, ſtudio, aut alio modo humano inſtructi, ſed ſolo afflatu Dei, ad ædificationem Eccleſiæ, impulſu & lumine Spiritus ſancti, loqui poſſunt arcana & abſcondita carni ac rationi humanæ, ſiue de rebus præſentibus, ſiue præteritis, ſiue futuris. Vt Agabus vates in Actis Apoſtolorum prædixit famem & vincula Pauli. Iam verò, ſi verè viuamus Deo, amemus deum, credamus illi, nihil nos mouere, aut affligere poteſt futurorum bonorum, vel malo-

A malorum præcognitio: quia Deus æquiſsimus eſt atque iuſtiſsimus: & eſt certus beator & ſeruator fidelium. Satis eſt nos habere promiſsionem de beneuolentia eius. Seruiamus illi, ita vt non abijciat tanquam indignos ſua promiſsione & beneuolentia. Et ſicut nobis pleniore cognitione reuelatus eſt, & ſe patefecit: ita exigit quoque pleniorem fidem, & tranquillitatem de futuris bonis, aut malis.

Euangeliſtæ dicti ſunt initio, quibus datus fuit ardor inſignis Euangelij annunciandi, & in eo magna facultas. Tales hodie quoque inueniuntur, qui alioqui inepti ex ſe ſunt, ſed miro modo Deus illos reddit idoneos. Ambroſius hos gradus, nimirum miniſterij, accommodat ad ſtatum ſuæ eccleſiæ, qui vtinã etiam hodie duraret. Sed hæc munera melius referuntur ad primitiuam Eccleſiam, ſicut & ipſemet Ambroſius in ſuo libro Officiorum cap. 1. agnoſcit. Sed Chryſoſtomus quem ſequimur, melius interpretatur, ac magis quadrat inſtituto Apoſtoli & rebus ipſis. Certum eſt, Paulum hîc amplificare velle varietatẽ donorum Dei in Eccleſia. Quare illud in primis fugiendũ eſt, ne extenuemus admiſſa ſynonyma. Conſtat fuiſſe in primitiua Eccleſia, qui dei inſtinctu ſolo enarrare potuerunt Scripturas: ſed num de his ſolis ſub ea voce Paulus loquatur, id in medium relinquo. Quî autem fit, quòd mentionem hîc non facit presbyterorum, epiſcoporum, & diaconorum? Fortè ſub nomine paſtorum &
B doctorum ſunt comprehenſi. Nam, vt dixi, id dubium eſt, num Paulus in illis vocibus tantùm eos intelligat, qui vulgo plerunque per illas intelligi ſolent.

Porrò Diaconi cura eſt præcipuè eleemoſynarum & oblationum, & earum in pauperes diſtributionis. Sunt etiam inſtituti ad iuuandos epiſcopos in miniſterio, & diſciplina conſtituenda, conſeruanda & ſtabilienda: propterea etiã ſub nomine paſtorum & doctorum rectè continẽtur, cum epiſcopis & presbyteris. Et in Actis Paulus eoſdem vocat epiſcopos & presbyteros, cùm Mileti presbyteros Eccleſiæ Epheſinæ conuocat. Tamen, quia vnus inter eos præerat alijs, & primam Eccleſiæ curam habebat, in eo propriè reſidebat nomen Epiſcopi. Nec ætas ſemper in illis ſpectabatur, modò ſingularis probitas, & rerũ cognitio adeſſet: vt eſt exemplum in Timotheo, alioquin adoleſcente. Nam vt illa eſt honeſtamento reliquis facultatibus, quia vſum rerum habet: tamen, ſi ſola ſit, in nullo munere magni pendenda eſt. Et quamuis ad ſeruandum ordinem vnus præeſſet, tamen nihil faciebat ex ſe, alijs inconſultis. Sed erat veluti conſul inter ſenatores, qua ſimilitudine vtitur etiam Hieronymus. Paſtorum nomen, & munus translatum eſt à paſtoribus animalium, quorum eſt cura, vt nihil de grege pereat, ſed plurimum fructum domino gregis afferat. & ad hoc faciendum oportet vt ſit præſens, coniunctione ſumma illis ſit cõiunctus, cognoſcat
C omnes, ita vt poſsit nominatim euocare, curet omnes, paſcat omnes, & vocem illæ paſtoris cognoſcant, eumq; ſequantur. Magna igitur inter eos debet eſſe communitas & coniunctio, vt ilico, eo audito, ſequantur, ament eum, & amentur ab eo. Paratus etiam ſit ſuo periculo ſingulos è grege à periculo eximere, non pareat ſuis laboribus, vt errantes in viam reuocet, & ad caulã reducat. Hæc non poſſunt ab illis præſtari, niſi magna inter eos ſit coniunctio, & magna ſit gregis erga paſtorem obſeruantia. Legatur Ezechiel capite 34. & Ioan. 10. Si autem debeat Eccleſiaſticus paſtor doctrina ſalutis paſcere gregem Domini, oportet eum facultate præditum eſſe. Hæc facultas in tribus conſiſtit. Primũ, vt ſit doctus à Deo, ita quidem, vt quæ doctus eſt, etiam vita exprimat. Secundum, quod requiritur, eſt zelus & ſtudium docendi, ad quod referri etiam poteſt, quod de vita iam dixi. Ad hoc etiam caput pertinet lectio, adhortatio, increpatio priuata & publica, atq; catecheſis. Tertium quod requiritur, ſunt piæ collationes in piorum conuentu, vbi collatis ſententijs inquiritur, & confirmatur veritas. de qua re in prima epiſtola ad Corinth. capite decimoquarto. Auguſtinus diſputationes vocat, ad confirmandos animos verè credẽtium. Ratio

ita formari potest. Nulla doctrina debet tanta diligentia tradi, quanta illa quæ D
est doctrina salutis æternæ: vbi autẽ magna diligẽtia docetur aliquid, illa requiruntur & præstãtur, ergo &c. Hæc est demonstratio, illa omnia esse necessaria. atque Paulus quoque hæc ad Timotheum & Titum coniungit: quare non sunt â nobis separanda.

Dicendum forsan erat etiam de Canonica electione, per quam deus dat Ecclesiæ ministros, & qualis ea electio esse debeat, si obtineri posset, sed de hoc aliàs.

Supereſt nunc tertius locus, ad quid sit institutum ecclesiasticum ministeriũ de quo sequitur: Ad coagmentationẽ sanctorũ &c.) Primũ est, vt coagmẽtentur sancti: secundũ est, vt coagmentati perpetuò ædificentur: tertiũ, vt ita sit illis certa doctrina Christi, ne fluctuent varijs doctrinis: quartum denique, vt vita exprimant regenerati, hoc ipsum quod sunt. Sed priusquam longè progrediamur, quia in 12. cap. prioris ad Corinthios, plura cõmemorat Apostolus dona, pluresqúe functiones describit, propterea opus esse videtur eius loci cum hoc collatione.

Huic quidem (inquit Apostolus eo in loco) per spiritũ datur sermo sapiẽtiæ, alij verò sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alij verò efficaciæ potentiarum, alij verò &c. Illud efficaciæ potentiarum, Chrysostomus de virtute faciendi miracula intelligit. at alij dicunt vim sanandi morbis varijs affectos esse E
intelligendam. Alij verò per efficaciam virtutum non hoc, sed vim in coercendis & puniendis malis intelligere malunt, vt cùm Petro data fuit virtus interficiendi Hannaniam & Zaphiram, & Paulo magum cæcitate percutiendi.

Alij verò discretiones spirituum. Discernere spiritus facilè non potes, nisi peculiari dono Dei. Transfigurat enim se in Angelum lucis. ac habet dæmon malus quoque sua miracula, prædicitq; futura. Sunt autẽ miracula eatenus bona, quatenus confirmant doctrinam Dei: & ad hunc finem data fuerunt Mosi, & Apostolis, ac Prophetis. Alioquin non sunt bona. Opus itaque est dono dei ad discernendum. Summa eorum donorum ascendit ad Nouem: & aliquando plura sunt vni collata. Notandum etiam, quòd ad Corinthios dicitur Deus, illa conferre & dare: ad Ephesios autem capite quarto, Christus ea confert, & in Actis cap. 20. Spiritus sanctus est qui constituit præsbyteros Ephesinæ Ecclesię qui loci simul collati Christi & Spiritus sancti diuinitatem probant. Hæc nanq; dona conferre, & hos ministros ecclesijs pręficere, opus est totius Trinitatis. Hæc ita cõsideremus, vt suspiciamus & exosculemur patris nostri erga nos charitatem, eius erga nos curam & bonitatem, qui tot dona Ecclesiæ contulit nostri causa. Et si vellemus hunc Christum regnare super nos, eadem quæ illi olim experiremur, quatenus ad salutem nobis possent inseruire. Nec enim eius nũc thesauri sunt exhausti, aut minus referti, nec eius paterna voluntas mutata, aut F
vlla ex parte imminuta. Nunc, postquàm locum ad Corinthios cum loco quẽ præ manibus habemus, contulimus, & pauca quæ notanda esse videbãtur, notauimus, de vi & vsu sacri Ministerij, prolixior nobis tractatio instituẽda videt.

DE VI, ET VSV SACRI MINISTERII ECCLESIASTICI.

PROPOSITVM est, exponere bona fide, quæ diuinæ nos docẽt Scripturæ, de sancto Ecclesiarum ministerio: quænam sit huius ministerij vis: & quis vsus. Opus itaque est ante omnia, nos probè tenere, quæ sit, ac rectè dicatur Christi seruatoris nostri Ecclesia: & quæ eius Ecclesiæ administratio. Hinc enim demum cognosci poterit, & quod dici conueniat Ecclesiæ ministerium, & quot illud partes complectatur, & quam vim habeat, & efficaciam, & quomodo debeat vsurpari. Et quoniam ad rerum quarumlibet

Arumlibet pleniorem cognitionem,haud parum confert contrariorum inter ſe collatio,videtur non abs re eſſe,initio ad memoriam reuocare,paucis, quib. de cauſis,quibuſq; rationibus tam horrenda ſit inuecta,& Eccleſiæ,& miniſteriorum Eccleſiæ diſſipatio,tum ignoratio,tum etiam quædam auerſatio.

Quibus de cauſis,quibuſq; uijs adeò miſerum in modum Eccleſiæ Chriſti,& miniſteriorum eius uis & notitia interciderit, & horror quidam huius miniſterij obrepſerit.

SVperioribus ſeculis Satan miris & horrendis modis Eccleſiam concuſsit, perturbauitq;,iniectis portentoſis commentis de Deo patre,& vnico conditore mundi: de Filij & Spiritus ſancti diuinitate:de vtraque natura filij Dei, in vna Ieſu Chriſti perſona. Ab exortu autem Antichriſti Romani,tantùm non euertit Eccleſias,obtruſis peſtilentiſsimis erroribus,de proprio ſeruatoris noſtri officio,de procuratione ſalutis humanæ,hoc eſt,quibuſnam rationibus, & quibus etiam hominibus ſalutem ipſe offerat atque perficiat. In eam enim Romanus Antichriſtus induxit homines impiam opinionem,vt putarint, ſe ſalutẽ à Chriſto domino conſequi non poſſe, niſi eam percepiſſent eius authoritate, & permiſſu,& per ipſi addictos miniſtros,eisq;, quas ipſe,vel conſtituiſſet, vel approbaſſet ceremonijs,quibus totam ſalutis noſtræ adminiſtrationem, quam Dñs cùm per ſemetipſum,tum per Apoſtolos ſuos,nobis inſtituit,atque ſanctificauit,peruertit partim,partim ſuſtulit,ſubintruſis ritib, ſuis & idololatricis &
B magicis. Perſuaſit enim hominibus,ſibi vni claues Regni cælorum traditas, & poteſtatem traditam,applicandi fidelibus,vt loquitur,meritum Chriſti, nec vnquam poſſe partem contingere huius miniſterij, niſi ab ipſo perceperit, nec vllum per hoc ſuum miniſterium,quenq; poſſe ſalutis fructus percipere,qui ipſum non agnoſcat,& adoret,eum Chriſti Vicarium,& æternum eccleſiarum caput,cui Dominus cunctam ſuam poteſtatem adminiſtrandã cõmiſerit:quenq; dominum conſtituerit,omnium & hominum, & rerum mundi,omniumq; etiã legum ſuarum. Qua ergo ſe impietate, in hunc filij Dei locum & poteſtatem euexit,ea impietate populis Chriſti eripuit,primùm, germanum ſenſum: poſt etiam,lectionem diuinarum ſcripturarũ aliquãdiu occuluit, aliena eam lingua populis Chriſti exhibendo:tandem eam planè interdixit laicis, vt ex qua citius noxios errores,quàm ſalutarem valerent percipere doctrinam. Ad eundẽ modum & ſacras domini ceremonias,Baptiſma, Euchariſtiam,Impoſitionem manuum,adeò cum ſuis impijs commentis falſæ doctrinæ, tamq; frigidè & irreligiosè adminiſtrauit,vt inde plebes Chriſti,tantùm alienari per hęc à Chriſto ſeruatore potuerint,& ad abominandos Dei induci cultus, vt nimirum externo tantùm opere in his ceremonijs confiderent,parari ſalutem ſibi,quanquam vacui eſſent omni pœnitentia peccatorum,omni fide viua in Chriſtum. His præ-
C terea noxis, adiecit ſua noua ſacramenta,varia idola Dei,& ſanctorum: oſſa ſanctorum,aquam, ſalem, veſtes, cereos,& alias res innumeras ſuis exorciſmis incantatas. Sic etiam pias preces, atque gratiarum actiones, laudesq; Dei veras ſuſtulit, has, & aliena lingua,atque irreligioſiſsima recitatione, exhibendo, & impijs inuentis ſuis,de diuorum meritis,interceſsionibus,miraculis, & virtutibus varijs,hominibus bona & mala immittendi. Ita & cunctam Chriſti diſciplinam profligauit, baptiſatis confirmationis ſuę oleum illeuiſſe contentus,de Catechiſmo, de propria cuiuſque confeſsione,& obedientiæ Chriſto domino præſtandæ profeſsione, de exigenda ab vnoquoque vitæ ſuæ ratione, de opportunis contra ſingulorum peccata remedijs,nulla cura. Ad magnificè extruenda,ornandaq; templa,altaria,diuorum priuata ſacella, & ſepulchra, palatia pro mentientibus monachatum:populos pellexit falſis meritorum, & ſuarum indulgentiarum promiſsis,ferias multas indixit,ſed ad horrẽdas ſuperſtitiones atque vitæ nequitiam: pro priuatis & publicis peccatorum emendationibus, quas nobis Chriſtus dominus commendauit, vnam ſubſtituit, ſecretam illam peccatorum confeſsionem, qua vt bonas conſciẽtias miſerè excruciauit:

ita malis omnem peccandi licentiam confirmauit, nouisq; satisfactionibus, vt D
quibus temporalis pœna peccatorum, quæ esset æterna, vi clauium ementita expiaretur. Indulgentiarum suarum thesauro congerẽdo, nundinationẽ excogitauit. Abstentionis & excommunicationis medicinas, conuertit in instrumenta suæ conseruandæ tyrannidis. Vt denique scholarum, & pauperum, quam oportebat, curam gereret, tam ab eo abfuit, vt &, ne per alios pios viros, hæc necessaria ecclesijs officia præstarent, modis omnibus cauerit, prouentibus omnibus, ad has procurationes, domino consecratis, conuersis non in illum vsum, sed vsum suorum cantorum. Et huius sanè sceleratæ tyrannidis, & veri Antichristianismi, administros adsciuit, quosq; profligatissimæ conscientiæ homines, quos, vt tantùm propter lucrum, vel gratiam carnalem ecclesijs præfecit, ita pro pretio nulla illis non sacrilegia, scelera, & flagitia impune permisit. Hæc verò tanta mala, tam importuna facinora, sensim populis, Christi nomine insignitis, inuexit, impio tantùm & peruerso obiectu, eorum, quæ dominus ad commendationem ecclesiæ & ministeriorum suorum, dixit: Vt, Portas inferorum contra ecclesiam suam non præualituras: ecclesiæ suæ debere seruire omnia: Se ecclesiæ suæ semper præstò esse: Regi ecclesiam suam Spiritu sancto, & similium dictorum. Et de sacro ministerio: Tibi dabo claues regni cælorum: Quorum remiseritis peccata, his erunt remissa: Quæcunque ligaueritis, vel solueritis super terram, erunt ligata & soluta in cælis: Pasce oues meas: Quicunq; B
vos audit, me audit, & innumera huius generis: Se enim facit Antichristus iste ecclesiam Christi, cum suo pseudoclero, quanq; in summis de religione decisionibus, se solum haberi pro ecclesia voluit. Cùm itaque Antichristus hic, pestis atrocissima humani generis, ecclesiæ Christi, sicut doctrinam, & notitiam, ita & communicationem atque disciplinam, cum omnibus eius ministerijs, adeò exitialiter corrupit, peruertit, & profligauit, abusus maximè eo, quòd præclara illa Domini de ecclesia sua, & ministerijs eius, elogia, impio licet intellectu, gentibus obiecit, inculcauitq;. arripit Satan nunc istam occasionem, postquàm tyrannis nefaria, & fraudes omnes huius Antichristi sunt proditæ & patefactæ, ad alienandum & deterrendum homines, ab omni ecclesię, & vera communicatione, & disciplina, & ministerijs. Cùm enim hæc per fidos Christi ministros, ex manifestis Dei verbis, & suo germano sensu propositis commendantur, ingerit statim eam multis suspitionem Satan, pios, & fideles Christi ministros, hac ecclesiæ, eiusq; communionis, disciplinæ, & ministeriorum prædicatione, eandem quam Romanus Antichristus sibi parauit, affectare tyrannidem. Ad quã falsam persuasionem adiuuat veterator iste non parum, per innatam omnibus nobis superbiam, & arrogantiam, qua nemini sustinemus subesse, nullius ferre correctionem, nemini vitæ nostræ rationem reddere. Interim autem quicunque non præbet, se membrum corporis Christi, quod est ecclesia, nec Christum caput habet: & quorum peccata ab ecclesia non remittuntur: & qui ecclesiam F
non audit, non Christianus, sed Ethnicus est, & publicanus. Quicunque nõ audit veros Christi ministros, Christum non audit. Quicunque denique istum ex fidei symbolo articulum sustulerit, Credo Ecclesiam sanctam, catholicam, sanctorum communionem, ille totum symbolum reijcit. Magnoperè igitur interest, ad salutem omnium, totiusq; plebis Christi, vt veram, solidamq; ex verbo æterno Dei cognitionem percipiamus, atque nobis confirmemus de his, quidnam Christi ecclesia, quæ eius cõmunicatio, disciplina, & administratio. Quod non ignorans Satan miris modis etiam perturbat bonorum conscientias, ne palàm & consentientem assequantur, teneantq; horum ministeriorum cognitionem, vsumq; salutarem. Alios enim ita metus implet noui papatus, vt iam non bene sustineant audire, ipsa Domini nostri Iesu Christi de ecclesia, & eius ministerijs testimonia. Alios verò eo accendit zelo erga veram ecclesiæ communionem, disciplinam, ministeria, vt cum sibi non satis faciunt amplis, & grandibus

verbis

verbis,& loquendi formis,hæc efferen di miniſt eria,vident alijs fiduciam homi
A num,rurſus à Domino abſtractam, defigere in miniſtros,& eorum externa mi-
niſteria. Hinc grauiſsimas & pernitioſas Satan excitauit concertationes, varijs
in locis,etiam in doctiſsimos atque optimos viros. Donet itaque nobis Domi
nus,vt eius mediam viam teneamus,euitatis vtrinque præcipitijs, cùm falſa in
res externas fiducia, tum faſtidij & contemptionis, earum rerum, quibus do-
minus dignatur vti inſtrumentis ſalutis noſtræ. Iſtud verò quo aſſequamur,pu-
ras adferamus mẽtes ad doctrinam domini ipſius,traditam nobis in diuinis li-
teris:faceſſat ab animis noſtris,omnis humanitus facta his de rebus opinatio,
ſolumq; & ſincerum ſtudium cognoſcendi placita Chriſti,adhibeatur. Primũ
itaque omnium videamus quid doceat nos de eccleſia ſua, quam ſuum regnũ
vocat & corpus. Niſi enim,vt dixi, probè cognoſcamus,quæ illa ſit,nec quæ ſit
eius adminiſtratio,quæ miniſteria,quæve vis,& quis vſus miniſteriorũ eccleſiæ
quibus Chriſti doctrina,quibus eius diſciplina, & ſacramenta adminiſtrantur,
cognoſcere poterimus. Quantum itaque ad certã Eccleſiæ in ſe attinet cogni-
tionem,ita de ea docemur,claris atque indubitatis verbis Dei.

QVID SIT ECCLESIA.

B ECcleſiam Chriſti eſſe omnẽ populum & hominum cœtum,in corpus Chri
ſti regeneratione coaptatum,& compactum,quem ipſe colligit ſibi,ſancti
ficat,regit,gubernat,ſanat,inſtaurat ad vitam æternam. Vtens ad hæc miniſte-
rio cùm publico eorum,quos ipſe in hoc vocat, & exhibet:tum etiam priuato
ſingulorum membrorum ſuorum,pro cuiuſque in hoc corpore,loco &portio-
ne Spiritus ſancti. Quod Eccleſia Chriſti non ſit,niſi eorum,qui in corpus Chri
ſti ſint conſociati &coagmentati,manifeſtum eſt cùm ex alijs multis,tum ex his
locis: Amen,Amen dico vobis: Niſi quis de integro fuerit natus ex aqua & ſpi
ritu,non poteſt ingredi regnum Dei: At regnum Dei,Chriſti Eccleſia eſt. nec
noſſe itaq; quid ſit Eccleſia Chriſti,nec in eam poterit recipi,niſi in Chriſto do-
mino renatus. Sunt quidem veris membris Chriſti in omnibus eccleſijs admi-
ſti,qui ſe Chriſti eſſe ſimulant, eſſe verò nolunt: ſicut zizania enaſcuntur cum
tritico,& paleæ tritico adhærent:putresq; piſces colliguntur cum ſanis: tamen
nec piſces putres,ſunt ſani piſces,nec paleæ ac zizania,triticum. Deus volens
gratiam ſuam offerri omnibus hominibus,mandauit,vt poſtquàm nos intueri
corda non valemus,in gregem eius recipiamus,quicunq; fidem Euangelij con
fitentur, verbis & factis non negant. Hoc enim ſi faciant,ad pœnitentiam reuo
candi ſunt,in quo,ſi eccleſiam non audiunt,numerari non debent in membris
Chriſti,ſed in Ethnicis & publicanis. Adhæc probè obſeruanda ſunt, vt ani-
mi muniantur,contra falſum illud Antichriſti dogma,de fide mortua,quam in-
C telligũt aſſenſum articulorũ omniũ fidei,quos ipſi præſcribunt abſq; charitate.
Hunc ſi quis retineat,hoc eſt dicat ſe credere quæ ipſi volunt,eum dicunt mem
brum eſſe eccleſiæ,ſed non viuum. Quanquam rurſus non deſint, qui fidem
quandam mediam ponunt inter eam,qua iuſtificamur, quæ operatur per dile-
ctionem,& planè fides viua dicitur: Et fidem omnino mortuam, hoc eſt, nihil
boni operis facientem. Et eſt ſanè quædam etiam à Domino notata fides tem-
poraria,quæ tametſi non perduret,ac proficiat eò, vt iuſtum fructum ferat: in
herbam tamen ſe effert. Hæc fides eſt aſſenſus Euangelij,qui in hoc inſpiratur
hominibus,etiam reprobis,vt & hi aliquo modo Deum verbis & factis glorifi-
cent,rationibusq; ſanctorum commendent,atque ſimul nudentur omni excu-
ſatione ignorãtię. Talis fuit fides Caini:(ſacrificabat enim & ipſe,)Saul,Achab
Iudæ proditoris,ac omnium qui eò vſque à Deo illuminantur,vt ſacrũ Dei ver
bum aliquo modo,& aliquanto tempore,cum gaudio amplectantur,ac degu-
ſtent,particesq; fiant donorum cæleſtium,atque Spiritus ſancti,& tamẽ rur-

sus recidunt in impietatem, in eaq; pereunt obstinati. Verùm quicquid vitæ & D
operis in horum fide conspicitur, manent tamen homines, huiusmodi tempo-
rario dono, & mutila fide donati, quandiu carent fide iustificatrice, extra Chri-
stum, ideo in morte, & sub ira Dei, omnesq; illi fidei (qualis qualis est in il-
lis) motus, atque in speciem benefacta, sunt Dei quidem boni, bona opera, vt
quibus etiam per malos, generi humano benefacit, ad infinitæ suę bonitatis glo
riam amplificandam, ipsis autem hominibus, qui ea opera faciunt, volũtate ad-
huc impia: quia sanguinem Iesu Christi, & per eum oblatã iustificationẽ, pergũt
impiè aduersari, sunt mala opera & peccata: Hoc tamen interest inter hos, qui
hac quanq; euanida, & non regenerante fide Christum dominum verbis confi-
centur, & factis nondum palàm negant: & eos, qui quicquid verbis se credere
dicant, factis tamen Christum dominum conculcant pedibus, & sanguinem e-
ius profanum habẽt: quòd illi in externa communicatione sunt ferendi, donec
suam impietatem planè prodant: ij autem, quia se ipsi manifestos suæ impieta-
tis faciunt, minimè: Neutri tamen membra fiunt vnquam vera corporis Christi
quia in Christo non viuunt. Antichristi autem Romani, & qui cum illis faciunt,
vtrosque volũt esse, & haberi ecclesiæ membra, dum ipsi eiusmodi homines ex-
communicent, lata sententia: nam etiamsi tales & de facto, & de iure sint iam ex
communicati, iuxta Canones, attamen nolunt hanc valere excommunicationẽ E
in talia ecclesiarum carcinomata, quantumuis notoria, nisi ipsi eam sua decer-
nant iudiciaria sententia. Hanc verò ne seipsos condemnent, ferunt in neminẽ.
Itaque sunt per istos Antichristos, ecclesiæ non solùm palàm impijs hominibus
refertæ, verùm hi soli tenent ecclesiarum gubernacula, contra, vt legem ipsam
Dei, ita omnes quoque Canones, qui requirunt, vt ij modò ecclesiæ ministrent,
qui sint non solùm non reprehensibiles, verùm etiam pietate, atque omni virtu-
te apud omnes celebres. Porrò tamen illud iuxta verum est, cùm nullius homi
nis quanta cunque impietas, Dei queat beneficia vllo modo contaminare, aut
reddere minus efficacia, credentibus Christo, possunt pij homines, purum Dei
verbum, & vera eius sacramenta salutariter accipere, etiam ab impijs ministris:
si tamen in impietatẽ illorum ipsi non consentiant, nec omittant quicquã, quod
sit eorum muneris, quo tales flagitiosi probis ministris commutentur. Nam,
quibus datur Euangelij facultas, improbos sacrorum ministeriorum ministros
ab ecclesiarum ministerijs remouendi, & eis probos sufficiendi: hæ, si id facere
negligant, se impietate ipsę obstringunt suorum ministeriorum. At dum non
vel maior ecclesiæ portio eò poterit adduci, vt à se sacrilegos ministros remo-
ueant, pijs in eiusmodi ecclesijs hominibus, quibus ista disciplinæ Christi remis
sio ex animo displicet, nec verba, nec Sacramenta domini poterunt adminis-
rum sceleribus contaminari, vt non Domini, & seruatoris nostri, per ea, benefi-
cia queant percipere. Nec exigẽdum ab his est, vt propter malos siue ministros
siue vnà communicantes ex plebe, abstineant à cibo potúque vitæ æternæ, qui
in ecclesijs per Euangelium, per sacramenta domini administrantur: cùm scili-
cet administrantur ita, vt dominus ipse instituit. Ex his itaque facilè cognosci-
tur, omnem ecclesiam veram Dei, constare tantùm renatis: habere tamen ple-
runque inter se, in communione externa sacrorum, non renatos, sed latentes: si-
quidem vigeat Christi disciplina, vt debet. Quæ si langueat, aut iaceat, propte-
rea quòd maior ecclesiæ pars nondum agnoscit, aut consideratione, quàm sit illa ne
cessaria: id tamen bonis ac pijs hominibus haudquaquam posse esse fraudi, aut
reddere inutilia, quæ dominus suis ad salutem mandauit. Orandum autem deũ
esse, atque in hoc cuique Christiano summis viribus elaborandũ, vt Christi disci
plina ab omnibus filijs Dei, & solidè agnoscatur, & quàm seueriſsimè exercea-
tur. Planum ergo iam factum est, quicunque vera membra Christi sunt, eos in
corpus domini consociari regeneratione: hoc est, totius hominis ad imaginem
Dei, atque naturæ diuinæ consortium, per Spiritus sancti renouationem: quæ

in adultis

A in adultis absque fide non est, & fide iustificante. Nunc videamus & de ipsa cō sociationis ratione, qua necesse est, membra Christi inter se copulari, & coniungi. Hæc ratio quàm explicatissimè perscripta est Ephesijs quarto, his verbis: ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον, καὶ συμβιβαζόμενον διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας &cætera. Hæc Spiritus sancti verba probè pensitemus. Clarè enim his dicitur, & quid Ecclesia sit, & quod proprium opus Ecclesiæ, cùm vniuersæ, tum singulorum membrorum eius. Vnde perspicuè quoque cernitur, qui possint in Ecclesiæ membris nominari, qui minus. Ex quo, inquit, omne corpus coaptatū, & coagmentatum &c. Ex Christo itaque domino esse oportet, id est renatos, quicunque sint de Ecclesia Christi in veritate. Ex ipso enim necesse est, totum corpus, ideo & quodlibet membrum, in hoc corpus eius coagmentari. Id verò facit, suum donando spiritum regenerationis. Eo ergo qui carent, sicut eius nō sunt, nec ex eo sunt, ita ab ipso non coaptantur, & compinguntur in suum corpus, hoc est, quàmaptissimè. & confirmatissimè, vt cum Christo capite, ita & inter se coniungi, vniri, atque constringi. Et quomodo nō coaptarentur cùm decentissimè atque conuenientissimè, tum etiam confirmatissimè & tenacissimè, qui consociantur, & in vnum compinguntur ex ipso filio Dei? Videmus siquidem ex tota mundi machina, quàm ille cunctas creaturas suas inter se & suauissimè & solidissimè constrinxit, atque efficit, vt singulæ alijs sint suæ bonitatis, &
B beneficentiæ instrumēta, ac velut canales. Ecclesia verò Christi est eius corpus & τὸ πλήρωμα ipsius, omnia in omnibus implentis, id est, perficientis. Causa cuius etiā Deus cæteras mundi partes sic munificè cōdidit, seruat, & ornat. Necesse est igitur, vt qui verè in hoc corpus Christi coaptantur, & compinguntur, iugantur inter se, coadunentur, atque constringātur, & summa suauissimaq; ingeniorum, & voluntatum consensione: & tenacissima quoque, atque expromptissima officiorum communicatione. Per omnem deinde, inquit, iuncturam. Iuncturæ hæ, quibus membra Christi cum ipso, & inter se iungi necesse est, atq; cohærere: sunt commissuræ omnes illæ, quibus ad certas officiorum commutationes, â domino committuntur, & consociantur. Prima verò iunctura, ex qua reliquæ omnes sanctificantur, & est ipsa societas fidei, & communio Christi, qua quisque Christianorum alteri, vt membrum membro, cohæret in Domino, & subseruit, ad prouehendam vitam Christi, docendo, monendo, preces communicando, cunctisq; officijs reliquis charitatis, qua quisque alterū complecti debet, & demereri. Ex hac existit primum omnium coniunctio illa religionis, qua quisque certo cœtui sanctorum, vt parochiæ, inseritur, & certo ecclesiæ ministerio adiungitur. Vocetur hæc iunctura, Religionis propria.

Hanc sequitur iunctura ciuitatis, & reipublicæ, mox & domestica, quæ tres continet in se societates: Mariti & vxoris sanctum coniugium: parentum cum liberis, & liberorum cum parentibus: & heri heręq; cum familia: & familiæ cum
C hero & hera: coniunctio inter se cognatorum, affinium, vicinorum atque omnium, quos in hoc iungit dominus, vt alius ab alio adiuuetur, cùm doctrina, & adhortatione pietatis, tum alijs quoque officijs, quibuscunque homines se mutuò iuuare possunt, in rebus quibusuis, pertinentibus vel ad animam, vel ad corpus, & publicè & priuatim. Non enim hominum naturam, aut naturæ officia mutat Christus, sed suæ restituit naturam integritati, & dignitati, ad quam condita est, eiusq; omnia officia, quæ illi ex diuina constitutione congruunt, reparat & sanctificat, vt coniuges se tales sibi mutuò præstent, quales Deus ab initio requirit, sic parentes liberis, sic liberi parentibus, sic heri & heræ familiæ, & familia hero, & heræ: sic cognati, affines, vicini, & quamuis ob causam, sibi inuicem ad officiorum communicationes, occurrentes: Sic Reipublicæ gubernatores subditis, sic subditi erga Rempublicam administrantes, sic omnium artiū doctores ad discipulos, sic discipuli ad præceptores.

Ad quid consociat autem deus ita homines inter se, per has tam variarum fa-

cultatum, & muneris ſuorum iuncturas, & commiſſuras: Iuncturas vocat ſubminiſtrationes ἐπιχορηγίας. Cuius autem rei? Quid poſſunt mẽbra in Chriſto ſibi inuicem ſubminiſtrare? Ea certè omnia, quibus augetur & ædificatur Chriſti corpus. Augetur autem, & ædificatur, dum quotidie aliqui naſcuntur eccleſiæ, & renaſcuntur, vereq; incorporantur: & qui ei iam ſunt nati, renati, incorporati, in vita Dei proficiunt. Vita autem dei eſt, qua filij dei viuũt in eo per Chriſtum dominum, habentq; ipſum in ſe viuẽtem: atque hinc, quæcunque poſſunt ſibi inuicem bona & corporis, & animæ, ad Dei gloriam & ſalutem proximorũ illuſtrandam ſubminiſtrare, inſtituunt atque perficiunt. Nam hoc ſummum dei præceptum eſt: Deum diligere, eiq; ſeruire, & eum glorificare ex toto corde, tota anima, cunctisq; viribus: ſi verò ex toto corde, tota anima, cunctisq; viribus, profectò etiam in rebus omnibus, ita vt præcipitur primę Corinthiorum decimo: Siue editis, ſiue bibitis, ſiue quid aliud facitis, omnia ad gloriam Dei facite: Et Coloſſenſ. 3. Ac quæcunque feceritis, verbo vel opere, omnia in nomine domini Ieſu facite, gratias agentes Deo, & patri per eum. Si iam omnia debemus ad gloriam Dei, & in nomine domini Ieſu facere quæcunque facimus, verbo vel opere, etiam cùm edimus, & bibimus, planum eſt, quicquid omnino homo poſsit moliri & inſtituere, quanuis ſit illud opus corporale, & pertineat ad vitam præſentem, id eiuſmodi eſſe, vt poſsit eo Deus glorificari. Iam cuncta noſtra opera ſunt ita comparata, vt ad proximum iuuandũ pertineant, ſed ad gloriam Dei. Deum enim nec ſermone docere, nec mouere, nec vllo operum officio quicquam ei conferre poſsumus. Neceſſe itaque eſt, vt qui viuunt in Chriſto, quicquid omnino queant, animo, ore, & corpore, in commoda proximorũ maximè verò domeſticorum fidei, ſtudeant præſtare, ad eumq; modum, gloriã Dei, à quo omnem benefaciendi gloriantur accepiſſe, & voluntatem & facultatem, celebrare & proximis commendare. Omnia condidit deus propter ſe & populum ſuum, ad laudem & gloriam ſuam. Atque hæc vitæ dei ſubminiſtratio & communicatio, per cuncta vitæ præſentis officia, probè obſeruanda eſt. contra antiquos & nouos Manichæos, Antichriſtos Romanos, qui & homines laicos habent prophanos, & cuncta eorum opera, præter ceremonias, quas ipſi obtrudunt, & præcipiunt: cum ſanctis tamen ſancta ſint omnia, & filijs Dei omnia diuina. Hoc autem commentum eo profuit Antichriſtos, vt arrogatis ſibi rebus, & actionibus omnibus ſacris, quibus deus poſsit demereri, ſe pro dijs imponerent laicis: & homines ea præcipuè in bonis operibus ducerẽt, quibus eorundem Antichriſtorum tyrannis, pompa & luxus augetur: vt ſunt templorum & cœnobiorum ſuperbæ extructiones, & exornationes, & larga dona pro Miſſis & alijs illorum ceremonijs. Præ his itaque confictis bonis operibus, fecit Satan frigere & negligi officia germanæ charitatis, vt ſunt: Paſcere eſurientem, potare ſitientem, colligere tecto extorrem, veſtire nudum, alijsq; neceſsitatibus humanis ſuccurrere, ſacra cõiugia piè copulare, familiam ſuam gubernare &c. At quia creatura noua eſt omnis Chriſtianus, ita noua etiam ſit eius vita oportet, noui mores, noua officia, vt omnia ſcilicet ſeruiant gloriæ Dei, in ſalute hominum illuſtranda efficaciter. Hæc verò efficacia & vis, hanc ipſam vitam, hos mores, & actiones commembris ſubminiſtrandi, Chriſti eſt, ex quo corpus omne, ſicut eſt, ita viuit etiã, agitq; omnia: Viuo iã nõ ego, ſed viuit in me Chriſtus Quod diligenter obſeruandum eſt, contra Antichriſtum Romanum, qui laicos ab omni ſacrorum adminiſtratione remouit. Sequitur τὴν ἀυξησιν τοῦ σώματος.

Hoc corporis Chriſti incrementum, & hæc ædificatio corporis Chriſti, eſt eccleſiam in vita Dei prouehere, & numero amplificare renatorum. Atq; hoc quidem eſt opus Chriſti ſeruatoris proprium: tamen dum illud perficit per ſuorum miniſterium, dicit & illos corpus ſuum augere, atq; ædificare: ad quod ei ſuo miniſterio efficaci cooperantur: ipſo tamen & hanc efficaciam cooperandi ſuppeditante.

Secun-

A Secundum mensuram:) Sicut ad Corin.13.dicitur & Roman.12. vnicuique membro suam submini strari mensuram donorum, quibus iuuare possit ecclesiam. In dilectione:) id probè obseruetur. Qui enim in dilectione manet, in deo manet 1. Ioan.4. Et scimus, quòd transiuimus ex morte in vitam, quia diligimus fratres. 1. Ioan. 3. Et hinc itaque planum est, vera ecclesiæ membra esse tantùm renatos. Hi enim soli sunt vera charitate præditi, quæ ita hominum corda inflammat, vt nulli hominum possint esse offensi. Hinc ergo cognoscatur, quale sit corpus ecclesiæ, quæ eius vita, & quæ proprię actiones, cuiusmodi hominum inter se consociatio, quomodo inter se coaptatum & compactum, & in quem vsum. Iam sequitur in definitione:

Quos Christus colligit, sanctificat, regit. Iesa. 40. Ecce dominus יהוה veniet cum robore, & brachio suo dominabitur: Ecce merces eius cum ipso, & operę precium ante eum. En pastor gregem suum pascet, brachio suo colliget teneros agnos, portabitq; sinu suo, & fœtas leniter minabit. Ierem.23. Ego colligam reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas depuli eas, atque reducam eas ad caulas suas, & fructificabunt, & multiplicabuntur. Similia habentur & Ezechiel.34. Ioan. 10. Habeo adhuc oues alias, quæ non sunt ex hoc ouili: & has oportet me adducere, & audient vocem meam. Collectio autem est ex diuersis
B studijs, ad vnius Christi fidem: atq; hactenus collecti in vnum corpus sunt, qui se inuicem nunquam esse norunt. Verùm quia fides hæc per dilectionem operatur, quàm latè potest, facit, vt membra eiusdem corporis se ipsa agnoscere, & iuuare studeant, quantumuis â seipsis sint remoti, officijs & spiritualibus & corporalibus, quemadmodum gentes se debitores agnouerunt, & beneficentiam suam miserunt Iudæis egentibus, quos nunquam viderant. Porrò qui eisdem aut vicinis locis habitant, hos Christus ita colligit ad se, vt corpore quoq; identidem conueniant, in eius nomine, seq; mutuò donis, quæ à Domino quisque accepit, in fide Christi ædificent. Hinc quicunque ad vnam deputati sunt parochiam, in ea se continent, eius ministerium agnoscunt, eiusq; Ecclesiæ peculiari disciplinæ se submittunt, sua propria confessione & commendatione.

Sãctificat, idest, Ignoratione dei, & cupiditatibus vitiosis per Spiritũ sanctũ suum, & ecclesiæ doctrinam, atque disciplinam repurgat. 1. Ioan. 1. Ephes. 5. Sãctifica eos in veritate tua. Ioan. 17. Sanctificatio est nobis facta Christus. 1. Cor. 1. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra. 1. Tessalonicen. 4. Regit, sanat, instaurat Ezech. 34. ministerio cum publico. Iam videndum, quæ & quot sint ecclesiarum ministeria: qui & quot ordines ministeriorũ. Ministeria verò sunt genere tria: Doctrinæ, Sacramentorum, & Disciplinæ. Cùm autem Dominus
C hæc tria varijs modis suis hominibus dispenset, est & alia ministeriorum ecclesiæ diuisio: Alia enim sunt perpetua: alia certorum tantùm temporum. Leguntur quæ Spiritus sanctus de suis ministerijs prodidit: Rom.12. 1. Cor.12. Ephes. 4. 1. Timoth. 1.3.4.5. 2. Timoth.1. Tit. 1. His enim locis mentio fit muneris, & ministerij Apostolici, Prophetici, Euangelistarum, doctorum, pastorum: qui & episcopi & presbyteri sunt, loquentium linguis, interpretum, discernentiũ spiritus, depellentium malos spiritus, quibus scilicet donorum erat ἀυγάμεως: conferentium sanitates, præstantium dono gubernationis, dono succurrendi afflictis, & eorum qui egentibus necessaria administrabant. Verùm ex his donis, & ministerijs sunt non perpetua munera Apostolorum, Prophetarum, loquentiũ linguis, exorcistarum, sanantiũ verbo homines. Nec enim dominus hæc munera ecclesijs omni tempore impertijt. At munia pastorum, episcoporum & presbyterorum & diaconorum, id est eorum, qui procurandis præficiuntur egenis, ordinat omni ecclesiæ, quæ ipsi se totam consecrat. Quos ipse vocat: Ex nobis enim nihil possumus sacri ministerij cogitare. 2. Corinth.3. Ad quod pertinet & illud: Sine me nihil potestis facere, Ioannis 15. Et apud eundem: Sicut misit me pater &c. Item, Quomodo prædicabunt, si non mittantur? Vocantur

autem, quibus data est facultas, voluntas & locus. Omnia tria Dei dona, tamen requirunt nostrum studium. Oratio & diligentia poscitur, quo discas, quod doceas. Voluntas etiam petenda à Domino est: quæ præcepta quoque in eo est: Diliges dominũ deum ex toto corde tuo. Locus item docendi quærendus est, nec tacendum, nisi vbi nemo velit audire: & decipiunt se illi, qui dicunt, se non impelli spiritu ad docendum, vel vlli se parti sacri ministerij addicendum. De nomine obseruandum: vocari ministerium, non magisterium: quo minus opus salutis hominibus adscribatur: vt Christus dominus cauit, ne doctrina & opera sua mira, ipsi, vt homini tantùm, & non patri adscriberentur. D

בחנים dicti sunt apud populum veterem: sed id quoque ministerij nomen est. Dionysius ille in Ecclesiastica Hierarchia, Episcopos vocat ἱεραρχας καὶ πρεσβυτέρους, ἱερεῖς καὶ διακόνους, λειτουργούς vocat. Latini nomen sacerdotum & Pontificum à gentibus mutuati sunt. De quibus omnibus nominibus equidem cum nemine contẽderim, modò his appellationibus vtatur pia significatione, vt nõ rerum, ita nec verborum velim libertatem cuique circumscribi. Verùm cum nemo queat magis propriè, & ad ædificandam fidem accommodatius loqui Spiritu sancto, eum meritò sequamur, & in huius vsu nominis. Quod facientes, periculũ quoq; illud declinabimus, ne per peregrina nomina, sententias etiam peregrinas admittamus. Apostoli vocantur, qui ab ipso Christo domino ablegati sunt ad prædicandum Euangelium, colligendum, & instituendum ecclesias, cum summa sacri ministerij potestate. Tales autem non ita multi extiterunt ecclesiarum ministri, à morte primorum Apostolorum. Requiri verò ad hoc munus, mitti ab ipso domino, & colligere ei vndique ecclesias, hinc cognoscitur, quòd Apostolus Paulus volens probare, se Apostolum meritò haberi, Corin. scripsit: Nunquid sum Apostolus? Non sum liber? Non vidi Iesum Christum dominum nostrum? Non estis vos opus meum in domino? Si alijs non sum Apostolus, vobis certè sum: Obsignatio enim Apostolatus mei estis vos in domino. Duo enim hîc argumẽta adfert Apostolatus sui, Vnũ, quòd vidisset dominum Iesum: Alterum, quòd Ecclesiam Corinthiorum collegisset domino, & instituisset. Esse autem muneris Apostolici, & proferre semper Euangelium, atq; prædicare illud, vbi nondum fuisset prædicatum, testatur idem Apostolus, cùm de suo Apostolatu scribit Roman. cap. 15. se studuisse prædicare Euangelion, vbi Christus non fuisset nominatus. Quocirca cùm Euangelij prædicationem complesset, à Hierusalem, & circa vsque ad Illyricum, nec amplius locum haberet in illis regionibus Euangelium propagandi, cogitauit iam illã efferre in Hispaniam vsque, eaq; occasione & ipsos Romanos inuisere. Tales administros regni sui potest dominus adhuc dare electis suis: nostro tamen seculo nondum vidimus, quos dominus tali spiritu, atque potestate, ad prædicandum Euangelium, & colligendum, atque instituendum in multis gentibus Ecclesias extrusisset. Sed nec celebres Prophetas vidimus. Sunt enim hi homines, quos deus suo spiritu docet de arcanis suis consilijs, & excitat, vt ea ad fidem electorum suorum ædificandam, & ad obtestandum impios de iudicijs suis proferant, tum futura, tum præsentia. Talis fuit Agabus, de quo in Act. 11. & 21. qui & famẽ prædixit Palestinæ, & vincula Pauli. Tales fuerunt & in ecclesia Antiochena Act. 13. de eiusmodi prophetis loquitur Spiritus sanctus Rom. 12. 1. Corinth. 12. 13. & 14. Porrò Euangelistas dat: Nam & nostro seculo sunt, quibus Dominus singularem impertijt facultatem, Euangelium suum adnunciandi. Dat & doctores, quibus donum Spiritus sancti eiusmodi confert, vt cùm ex Scripturis, tum alijs Dei indicijs, atque iudicijs docere queant commodè, & distribuere homines dei, vt in omni dei scientia in dies magis proficiant. Dat item pastores, episcopos, presbyteros, quos Thessal. 5. προϊσταμένους vocat: Epistola verò ad Heb. capite 13. ἡγουμένους. Hi sunt, qui certi gregis dominici curam gerunt, vt ille augeatur, & melius habeat, & pluribus quotidie ad Christi Ecclesiam adductis: & E F

ijs, qui

A ijs,qui adducti sunt,in cognitione,atque vita Christi semper proficiẽtibus. Atque hi tres ordines sacrorum ministeriorum,& hodie donantur Ecclesijs à domino. Quibus adiunguntur diaconi,qui curæ pauperum præcipuè præficiebãtur:sic tamen vt ad omnes sacri ministerij partes ministrarent. Horum omnium ministeriorum est,ecclesias augere,inseren do eis nouos homines ex electis deitam ex infantibus,quàm ex adultis:tum eos qui iam in Ecclesiam conuenerunt in omni pietate prouehendo:Euangelistæ & doctores prædicando Euangelium Christi,& commnnicando doctrinam eius:pastores, episcopi & presbyteri administrando etiam Christi sacramenta,& disciplinam: Diaconi,ceteris ordinibus ad hæc omnia ministrando,& pauperes procurando. Verbi verò administratio,cùm fiat lectione & recitatione diuinarum scripturarum, earum denique interpretatione,& explicatione,indeq; desumptis adhortationibus,tum repetitione, & Catechismo, qui mutuis perficitur catechizantis, & catechumeni interrogationibus atque responsionibus:item sanctis collationibus, atq; difficiliorum religionis nostræ quæstionum excussionibus: secundũ hanc multiplicem doctrinæ salutaris dispensationem,multiplicata etiam sunt huius functionis munera.Quicquid enim ad perfectissimam docendi rationem pertinet id in administratione doctrinæ salutis,est summo studio adhibendum: quanimirum tradi debet scientia omnium,vt diuinissima,ita & difficillima scientia viB uendi deum,cum sis homo. Qui iam diligenter artes docent, certis libris comprehẽnsas,vt si qui mathemata instituant docere ex Euclide, ij primum omniũ legent & recitabunt propositum librum:mox voces singulas,non vulgo notas vt quæque ars sua propria habet verba,& nomina explicabunt. Inde si qua collectio & argumentatio concisior sit,explanat ἀναλύσει,pluribusq; exemplis illustrat:ex præceptis generalibus docet particularia,quamq; latè illa pateant, edocet:quod est propriè docere. Hæc verò,quanquam fideli traditione doctrinæ, non est contentus verè fidus doctor,repetit etiã & exigit quæ docuit,præstoq; sese exhibet discipulis,vt de quibus rebus dubitant,petere ab ipso queant explicationem planiorem. Præterea quæ docuit, proponit etiam publicis disputationibus excutienda,vt nihil omnino remaneat dubij. Adhæc adhibet etiam sæpe adhortationes ad promouendum probè in proposita doctrina: & dehortationes ab ijs,quibus impediri possint:item admonitiones, atque reprehensiones & obiurgationes generales. Postremò obseruat talis præceptor diligẽter, quid quisque discipulorum proficiat: Et si quẽ animaduerterit cessare in discẽdo,eum & priuatim corrigit & admonet officij:Si quẽ cernit gnauiter pergere in discẽdo, & eũ appellat subinde,collaudat,atq; vt studiũ eius magis magisq; C prosequatur,inflammat. Has omnes septem rationes docendi,Christus dominus ipse quoque seruauit. In Synagoga Nazarethana legebat caput ex Iesa. 61. & interpretabatur,Luc.4.Præcepta Dei explicauit in monte, Matth.5. Et passim docuit,& hortatus est,reprehendit,& obiurgauit ex verbo Dei. Interrogãtibus quoque sese omnibus bonis & malis,respondit, ac inuicem interrogauit, vt Matth. vigesimosecundo.Discipulos subinde catechizauit:ipse quoque Catechismo interfuit Luc.2.

Cùm itaque adeò multiplicem operam requirat ministerium docendi, plures etiam ministrorum ordines sunt huic ministerio deputati:& primi omnium lectores,quorum munus erat,in pulpito, loco editiore, diuinas Scripturas recitare. Hæc verò diuinarum scripturarum recitatio in hoc fuit instituta, vt & lingua, ratioq; loquendi Scripturæ, ipsaq; Scriptura populo tota redderetur notior atque familiarior.Intra annum enim omnes sacros libros populo recitabant,cùm ij qui Scripturas enarrabant,non possent nisi aliquam partẽ Scripturarum,nec eam magnam vno anno explicando absoluere. Interim autẽ populo per solam diuinorum librorum recitationem,confirmabatur mirificè cognitio omnium dogmatum salutis nostræ:nam illa in singulis sacris libris iden-

tidem repetuntur, & alijs atque alijs nominibus explicantur, vt populus semper ex sequenti lectione disceret non pauca, quæ ex priori plane percipere nondū poterat: eademq; opera confirmabatur iudicium populo de omni religione nostra, vt de Scripturarum quoque explicationibus, atque omni doctrina, quæ illi afferebatur, vel per legitimos Ecclesiæ curatores, atque doctores, siue per alios. His de causis magni fuit habitum in priscis ecclesijs, & hoc munus diuinas scripturas simpliciter populo recitandi: nec delecti ad hoc ministerium fuerunt nisi de singulari pietate commendati. quod cùm ex alijs veterum monumentis cognoscere licet, tum maximè ex vna & altera diui Cypriani epistola perspicitur: vt ex epistola 5. lib. 2. de Aurelio ordinato lectore: & epist. 22. lib. Epistola 3. de Saturo, atque in libro quarto de Celerino Cælestino. His lectoribus adiuncti postea sunt & psaltæ, qui decantandis psalmis & hymnis præerant. De legendis Scripturis, gratia domino, probè constitutum est in ecclesijs Anglicanis: si idonei modò instituerentur lectores, qui dignam diuinis ministerijs, quæ lectionibus sacris recitantur, adhiberent grauitatem atque religionē. Diligēter ergo perpendatur, cuius se os præbeāt, qui diuinos libros populis in sacris cœtibus recitant, nimirum Dei omnipotentis: tum quanti sint momenti, quantæ dignitatis, quæ recitantur, quæ verba sunt, & præcepta vitæ æternæ: postremo, quibusnam hominibus, & ad quam rem deseruire debeāt sacrarum scripturarū lectores. Nam filijs Dei, quorum pro salute sanguinem suum fudit primogenitus Dei filius, administrare debent, quibus salus eadem illis magis magisq; patefiat, & perficiatur. Quæ si quis secum reputet vera fide, quid possit grauitatis, decentiæ, religionis, vlla in actione adhiberi, quod eiusmodi lector queat prætermittere? Id verò semper, qui hoc funguntur munere, in conspectu animi sui debent habere: ad ædificationem fidei in audientibus, quæ præleguntur, debere efficaciter deseruire: idq; tum demum fieri, cùm ea & probè intelliguntur, & vt Dei verba excipiuntur. Ad vtrunque autem pronunciatio requiritur summè perspicua, diserta, grauis & religiosa. Vnde deprehenditur, illos non esse Christi ministros, qui sic recitant diuinas scripturas, ac si id vnum requiretur, vt quā minimum moræ in huiusmodi relationem insumeretur.

Alterum iam munus est doctrinæ dispensandæ interpretatio, id est verborū & sententiarum simplicior explicatio. Hoc ministerium episcopi obibant, & presbyteri: nonnunquam tamen ex ordine diaconorum, atque subdiaconorū: aliquando etiam ex laicis ad hanc adhibebant functionem, quos deprehendissent per Spiritum sanctum ad eam vtiliter obeundam, factos idoneos. Sic Origines etiamnum laicus, ad hoc munus ascitus fuit in ecclesia Cęsareæ Palęstinæ per Alexandrum episcopum Hiltanum: & per Theoctistum, eiusdem Cæsariēsis ecclesiæ episcopum. Item Euelpis à Neono episcopo Larandorum: & Paulinus à Celso episcopo Iconiensi: & Theodorus ab Attico, episcopo Synadorū. Hæc leguntur apud Eusebium lib. Histor. Ecclesiast. 6. cap. 20. & ex epistola duorum illorum episcoporum, Alexandri Hierosolymitani, & Theoctisti Cæsariensis, episcoporum in Palęstina, ad Demetrium episcopum Alexādrinum, qui factum horum duorum episcoporum de Origine reprehenderet, tanquam inauditum esset, laicum hominem præsentibus episcopis, verba ad populum in ecclesia facere. Istud verò isti episcopi affirmant manifestè, verum non esse, sed sanctos consueuisse episcopos, quos in laicis cognouissent idoneos, vt vtilitatē aliquam populo interpretando Scripturas, & docendo afferrent, eos hortatos fuisse, vt etiam se præsentibus, hoc ministerio fungerentur. Et secundam itaque & tertiam sacri ministerij partem, interpretationem scilicet, & doctrinam Episcopi, atque presbyteri præcipuè administrabant per se: attamen & ex inferioribus ordinibus, atque ex laicis, si quos animaduertissent, ad hoc munus idoneos sibi συνεργὸς adiungebant. Ad eundem modum administrauerunt episcopi & presbyteri, & quartam tradendę doctrinæ partem, quæ est, ex diuinis libris explicatis

plicatis adhortari ad officia pietatis, dehortari â peccatis, & omnib. rebus, quæ
A cursum queant piæ sanctæq; vitæ vlla ex parte remorari, aut impedire: peccantes reprehendere atque obiurgare, pœnitentes consolari: quanquam istam functionem episcopi & presbyteri maximè ipsi præstiterunt, propterea quòd eo maiorem requirat authoritatem 1. Timoth. 5. Quintam partem, catechismos nunc presbyteris, nunc diaconis, nunc inferiorum ordinum ministris commendarunt, provt quisque magis ad hoc genus docendi apparuit idoneus. Ita & Origenes Catechista erat Alexãdriæ, lib. 6. Euseb. Cæs. Hist. Ecclesiast. cap. 13. & 20. Sextam etiam partem, sanctas disputationes deferebant cuique magis idoneo: tametsi maxima ex parte ipsi episcopi his præessent. Septimam partem, priuatam appellationem, admonitionem, etiam episcopi per se facere studuerunt: singulos autem presbyteros, grauioresq; ex inferioribus ordinibus, vt idẽ facerent, semper hortati sunt. 1. Thess. 5. Itaque doctrinæ ministerium obire debent lectores, diuinas scripturas recitando: episcopi verò interpretando, & docẽdo, hortando, disputando, priuatimq; appellando: quin & legendo atque catechizando, si desint peculiares lectores & catechistæ. Cæterùm catechismos committebant certis presbyteris, atque diaconis, vel etiam delectis ad hoc ex inferioribus ordinibus. sicut etiam ex his ad munera interpretandi, atque docendi ac disputandi adhibebant, quoscunque ad ista munera deprehendissent idoneos, in quouis sacri ministerij ordine, ac etiam, vt dictum, ex laicis. Id verò
B in his diligenter obseruandum: Spiritum sanctum quidem sic dona hæc docendi dispertire suis hominibus, vt vni det donum, & facultatem singularem Scripturas interpretandi, & elucidandi, cui tamen non dat, perinde dextrè ac feliciter religionis nostræ dogmata, ex diuinis scripturis docere, atque confirmare: vel ea etiam disputando commodè tueri. Alij verò suppeditat facultatem peculiarem & eximiam, hortandi fratres ex Scripturis, monendi, reprehendendi: itẽ catechizandi, & priuatim appellandi: cui tamen, valere alijs docendi muneribus non largitur. Hanc varietatem donorum Spiritus sancti experimur quotidie in ijs, qui publicè docent populum Christi, quæ veræ ecclesiæ Christi sunt, & regi se à Spiritu sancto omnino sustinent: hæ obseruant religiosè, quid cuiq; in ecclesia spiritualium facultatum sit donatum, & ad id ipsum functionis vnumquẽque, quantum in ipsis est, applicant. Quocirca ad singulas docendi partes, singulos adhibent ministros, si in suis hominibus inueniant, qui ad singula docendi munera sint singulariter à Domino facti & instructi. At quia necesse est ad salutem populi Dei, vt nulla prorsus partium docendi, quas septem enumerauimus vlla in ecclesia prætermittatur, quilibet ministrorum, imò & laicorum, quocunque loco sit collocatus in ecclesia, debet has omnes partes docendi, quoad possit, obire & legendi, & interpretandi, & docendi, & hortandi, & catechizandi, & disputandi, & priuatim appellandi. Debet etiam quisque de his administran
C dis functionibus tot sibi desumere, tantamq; cuiusque partem, ad quot, & ad quantam cuiusque partem senserit se à Spiritu sancto esse instructum. Consideretur exemplum ritè institutæ, atque distributæ domus, in qua alia munia obit paterfamiliàs, alia materfamiliàs: alia filij, & filiæ: alia famuli & famulæ. Hîc dum singuli adsunt & valent, obit certè quisque suum munus: at si qui ex familia absint, aut nõ rectè valeant, incidit verò ministerij alicuius necessitas, ita quisque ei succurrit necessitati, vt sæpe viri mulierum, & mulieres virorum obeant munia, domini seruorum, & serui dominorum. In eo autem magnopere sanctis hominibus cauendum est, ne malignam ingerat Satan acceptarũ à Spiritu sancto facultatum, æstimationem: nunc per innatam nobis declinationem laborũ, & periculorum, perq; amorem ocij & tranquillitatis, nunc per alia, & carnis magis, quàm spiritus negocia: vel etiam per arcanas & melancholicas animorum deiectiones, vt non agnoscant se accepisse Spiritus sancti dona, quæ cùm omnino habeant, nolunt in se excitare. His operæprecium est, probè perpendere

quid ſibi velint illa Spiritus ſancti præcepta. Ne negligas donum, quod datum D
eſt tibi per prophetias, cum impoſitione manuum presbyterij 1. Timoth. & ad
eundem in poſt. cap. 1. Admoneo te, vt exuſcites ceu ignem, donum dei, quod
eſt in te, per impoſitionem manuum mearum. Tantum vide dotibus Spiritus
ſancti virum, tamq; ardentem in ſacrum miniſterium, vt de eo ſcripſerit ad Phi-
lippenſes: tum ſe neminem habuiſſe cooperarium ita vnanimem, & tam ſince-
riter curantem, quæ è re erāt Eccleſiarum: Apoſtolus tamen adhortatur, ne ne-
gligat in ſe, ſed excitet donum Spiritus ſancti ędificandi eccleſias Chriſti. Quā-
to itaque magis nos decet obſeruare ſtudioſè noſmetipſos, & deſpicere quid
dederit dominus cuique noſtrum talentorum ſuorum, & ad quid operis in vi-
nea ſua noſtrum quemque vocarit atque inſtruxerit, ne Satan nos reddat arbo-
res infrugiferas, per inertiam ſiue ſocordiam, ocij q; amorem, & per timiditatem
adeundi munera, quæ adiri non poſſunt, abſque magnis laboribus, multa inui-
dia, & periculis innumeris.

Succedit iam miniſterium adminiſtrandi ſacramenta. Eam vocem, quia vul-
go obtinuit, exiſtimo ad lucem huius tractationis congruere nō malè, ita tamē
ſi probè explicetur: ſed poſtea, cùm ad eum locum venerimus, quo explicanda
erit vis & vſus ſacrorum myſteriorum, & de nominibus horum myſteriorum
nōnihil dicemus. Nunc ſatis ſit hæc admonuiſſe: Primùm nos intelligere hoc E
nomine ſacramentorum, cum D. Auguſtino ſigna viſibilia, quibus exhibean-
tur dona dei inuiſibilia: Deinde agnoſcere duo eſſe huiuſmodi ſigna nobis mā-
data à domino, expreſsis in Euangelijs præceptis, Baptiſma, & Cœnam domi-
ni: tertium autem ſuo & Apoſtolorum exemplo: tum etiam quodāmodo præ-
cepto per Apoſtolum Paulum, commendatum eſſe, impoſitionem manuum:
atque hoc ſigno vſam veterem eccleſiam ad tria miniſteria, vt ad miniſteriū con
firmandi baptiſatos in fide Chriſti ordinandi miniſtros eccleſijs, & reconciliādi
eos, qui grauius peccando, meriti fuiſſent ab eccleſiæ conſortio abſtineri. V-
ſurpauerunt veteres & alia ſacramenta, ſed à Domino non mandata, vt Chriſ-
mate, Signo crucis, Ignis ſymbolo ad baptiſandorum exorciſmos, atque cate-
chiſmos, alba veſte, & alijs pleriſque. Iam de his ſacramentorum generibus ſic
ſtatuo: Baptiſma & Euchariſtiam non dubito neceſſariò obſeruari in omni ec-
cleſia Chriſti. Extat enim de his certum domini mandatum, ipſius quoque ore
expreſſum. His adiungo quidem ſignum Impoſitionis manuum, in ordinatio
ne miniſtrorum: quandoquidem commendatur nobis eiuſmodi Apoſtolorum
& exemplis, & verbis, vt appareat eos illud ſic accepiſſe à domino, vt quod cun
ctis eccleſijs traderent. At ſi quæ eccleſiæ contenderent, hoc ſignum fuiſſe A-
poſtolorum tantùm, & pari poteſtate, dona Spiritus ſancti varia hoc ſigno con F
ferendi, prædītorum, vt forſan Timotheus fuerit, nollētq; propterea hoc ſigno
vti, ſicut nec vnctione ægrotorum, poſtquàm nō haberent de eo proprium mā
datum, nec conferendi hoc ſigno ſanitatem, has eccleſias damnare equidem nō
poſſum: à ſua tamen opinione eas quoad liceret reuocarem. At verò de cæte-
ris ſignis, quæ in ſacris adhibita ſunt à veteribus, vel hodie adhibentur à multis,
vt ſunt, ignis ad exorciſmos & catechiſmos, & alba veſtis baptiſatorū, ſacer pa-
nis, qui dabatur catechumenis, & pleraque alia ſic ſentio. Si quæ eccleſię eſsēt
quæ puram Chriſti tenerent doctrinam, & ſinceram ſeruarēt diſciplinam, hisq;
ſignis vterentur ſimpliciter & purè, abſq; omni ſuperſtitione, vel leuitate, præ-
ciſè ad pias admonitiones, easq; probè omnibus intellectas: eas eccleſias non
poſſem equidem propter horum ſignorum talem vſum, condemnare. Scriptu
rę, quæ me ab eiuſmodi condemnatione cohibent, hæ ſunt:

Prima: Omnis creatura Dei bona bonis, id eſt credentibus Chriſto: & bona
non tantùm effectis ſuis naturalibus, vt aqua ad potum, refrigerium, lotionem,
terræq; humectationem: verùmetiam varijs & pijs ſignificationibus, vt conſpe
ctis vel vſurpatis aquis, admoneantur pij perennis fluxus in nos ſpiritus, & be-
neficen-

A neficentiæ dei, qua omnis reſtinguitur ſitis animorum: quaq; animi ex varijs afflictionibus ęſtuantes, refocillantur: qua abluuntur credentium corda ſordibus peccatorum, & ad bona opera fœcundantur. Quid enim operum dei non admoneret filios dei, patris ſui verè amãtis, eiuſdem dei & patris ſui, omnisq; eius beneficentiæ: & ſuæ erga eundem deum & patrem ſuum gratitudinis? Huc ſanè pertinet illud Pſal. 103. Benedicite domino omnia opera eius: benedic anima mea domino, in omni loco dominationis eius. Et ſequenti Pſalm. poſtquã plurima Dei opera in cælis, terra, mari enumerauit, canit ſic Spiritus ſanctus: Quàm multa ſunt opera tua, ô Domine, cuncta feciſti in ſapientia tua. Et Pſal. 111. Magna opera domini, exquiſitè facta, iuxta omnia deſideria eorum. Hinc Pſalm. 148. Creaturę omnes inuitantur ad laudandum Deum, vti & Pſal. 96. & 98. Cùm iam deus hominem conſtituerit omnium operum ſuorum dominum quæ in eius vſum condidit: & hoc ei ingenium inſeuerit, vt rebus, quæ ei cordi ſunt, gerendis, cùm ab animis pendent, plurimum adhibeant ſignorum ſenſibilium. Hinc fit, vt homines, ſicut in priuatis, & publicis actionibus faciunt: ita vtiliter etiam pleraque ſigna adhibeant ſacris ceremonijs.

Altera Scriptura: Domini eſt terra, & plenitudo eius: Vnde ad gloriam Domini omnia facienda ſunt, & in nomine Ieſu, 1. Corinth. 10. & Coloſſenſ. 1.

B Tertia: Roman. 14. Suſcipiendi ſunt fratres, non ad dijudicationes cogitationum, quos aſſumpſit Dominus: etiam dum errant in vſu externarum rerum vt cùm diſcernuntur dies. Sed in his rebus has cautiones ſeruandas agnoſco: vt ſigna pauca ſint, caſta & nota omnibus eorum ſignificatio, vſusq; non leuis, nõ ſuperſtitioſus: ſed grauis & religioſus. Præcipitia hîc duo cauenda ſunt: Vnum eſt, iſta ſigna adhibere non intellecta, ſuperſtitioſè, leuiter: Alterum, circunſcribere libertatem vtendi rebus omnibus, & vbique ad gloriam Dei, etiam ad pias ſignificationes & admonitiones, ac in priuato rerum vſu, nullam ducere rationem, ſi quid ex Dei verbo fiat, nécne, & num quid verbo Dei adijciatur, vel detrahatur. Semper enim Satan molitur religionem noſtram contrahere ad certa loca, tempora, actiones, homines, vt cætera omnia hominum libidinibus prauis patefaciat. Quod cùm illi admittunt, iam fit abominatio Deo omnis eorum cultus, quem volunt Deo exhibere certis locis, temporibus, actionibus, etiamſi ille cultus ſit alioquin à Deo mandatus Iſa. 1.

Nunc exequemur propoſitum noſtrum de Sacramentis commendatis à domino: & hoc loco id tantùm monebimus, quorum ſit miniſtrorum hæc adminiſtrare. In eo enim adhuc verſamur, vt oſtendamus, quę & quot inſtituerit Spiritus ſanctus eccleſijs ſuis ſalutis miniſteria: et quos ac quot adminiſtrorum, per
C quos vult ſua obiri miniſteria, ordines. Dicimus itaque miniſterium eorum ſacramentorum, quæ nobis commendata ſunt à domino, & â Spiritu ſancto per Apoſtolos, Baptiſmatis ſcilicet, Cœnæ dominicæ, & Impoſitionis manuum, præcipuè pertinere ad Epiſcopos, & presbyteros, tamen in loco rectè adminiſtrari, & per inferiores ordines.

De Baptiſmate: Res eſt apud omnes in confeſſo: in eo tamen à veteri diſciplina eccleſiæ receſſerunt pridem eccleſiarum miniſtri. Epiſcopi enim non putant ſui muneris eſſe baptiſare, niſi principum liberos: ſed nec Cœnam domini celebrare, ſuæ volunt eſſe functionis, niſi in magnis feſtiuitatibus, coram viris principibus. Quinetiam Impoſitionem manuum ad ſuffraganeos ſuos reiecerunt, vt ipſi interim poſſent agere ſatrapas, venari, & alia ſua & Antichriſti munera obire. Non legitur quidem dominum quenquam baptiſaſſe per ſe aqua, quia Baptiſma ſpiritus ſibi proprium ſumpſerat: Et Apoſtolus quaſi gloriatur, ſe paucos baptiſaſſe Corinthi, negatq; ſe miſſum ad baptiſandum: ſed liquet Apoſtolum Paulum gloriatum eſſe de eo, quòd non multos Corinthi baptiſaſſet non ſimpliciter: ſed quòd non dediſſet cuiquam baptiſando occaſionem ſecedendi ab alijs, & adhærendi ſingulariter ſibi, ac ita caput ſe faciendi factionis.

Quod verò dixit, Non misit me Christus ad baptizandum, sed ad euangelizan D
dum, constat etiam esse solitam diuinis scripturis hyperbolen: vt cùm dominus negauit, doctrinam, quam administrabat, suam esse: Item, se non venisse, vt mũdus per eum iudicetur, cùm alibi dicat: Se venisse in iudicium in hunc mũdum. Non erat Pauli præcipua functio baptizare, sed euangelizare: alioquin pertinebat & ad ipsum mandatum domini, Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Cùm itaque homines baptismate recipiantur primùm in ecclesiam Christi, per quem doceat hoc magis fieri, quã per primum ecclesiæ curatorem? De Eucharistiæ administratione, & dispensatione nunquam dubium fuit apud veteres, quin pertineret maximè ad episcopum & eo absente, ad presbyterum episcopo proximum dignitate: id Christi seruatoris exemplum aperte docet. Diaconis dispensatio sanguinis Christi est commissa, & singuli clericalis ordinis ministri aliquid ad sacram Cœnam administrabant. Omnino itaque indignum episcopo, adesse Cœnę, & non ipsam Cœnam administrare, dummodò id præstare valeat.

Signum Impositionis manuum, etiam episcopi soli præbebant, & non absq; ratione. Siue enim sit fœdus domini baptizatis confirmandum: siue reconciliãdi ij, qui grauius peccauerunt: siue ecclesijs ministri ordinandi: hæc omnia ministeria maximè decent eos, quibus summa ecclesiarum cura demandata est. In Aegypto tamen ordinauerunt etiam presbyteri, Ecclesijs ministros, Episcopis absentibus. E

Ministerium sequitur Disciplinæ, quæ est institutio & ratio viuẽdi Deo, hoc est faciendi omnia, secundum Euangelij doctrinam, publicè, & priuatè. Hæc verò disciplina duplex est in Ecclesia, alia ordinis Clericalis, alia totius populi Christi. Hæc verò popularis cunctisq; Christianis communis disciplina, cõstat cùm certis ceremonijs, & sacris ritibus, tum consentaneis cum Euãgelio, & moribus atque actionibus. Ceremoniæ verò ac ritus Ecclesiastici pertinent, alij ad id, vt homines in Ecclesia suscipiantur, alij ad proficiendum pietate in Ecclesia: alij ad abstentionem eorum ab Ecclesia, qui grauius aliquid peccauerunt, & eorundem, si seriam pœnitentiam peregerunt, in Ecclesiæ communionem, receptionem.

Ad susceptionem in Ecclesiam requiruntur catechizatio, fidei confessio, & obedientiæ Christi professio. Ad proficiendum pietate in ecclesia, pertinent hæc: Sacris adesse cœtibus, suis locis, & temportbus celebrandis: & ibi vacare religionibus, audiendo verbum Dei, precando, offerendo, sacramentis communicando, sesęq; etiam priuatis, cùm pastorum, tum aliorum fratrum, pijs admonitionibus accommodare. Ad censuram verò eorum, qui grauius deliquerunt, pertinet admittere in se & alios patienter, obiurgationes, cùm publicas, tũ priuatas: siq; opus sit, & à sacris abstentionem, & ad agendam pœnitentiam ligationem: Item habere pro ethnicis & publicanis obstinatos in peccatis, abstẽtosq;, & ad agendam pœnitentiam ligatos operibus se dedere pœnitentiæ, cõfiteri peccata, absolutionem supplices petere, & suscipere religiosè. F

Mores & actiones dignæ Christianis sunt, vt adsuefaciãt se, & in id per omnẽ vitam incumbant, vt quotidie magis renouati spiritu, ijs tantùm rebus & actionibus capiantur, delectentur, & occupentur, quibus ad gloriam Dei omnibus prosint, in omni pietate, sanctimonia, & iustitia. Iam administrare hanc disciplinam, est sic Christi populum docere, instituere, regere, vt se huic disciplinę subijciant, & per omnia accommodent, hoc est, primùm catechizandos se, & suos præbeant: percepto catechismo Christi, fidem suam coram Ecclesia tota confiteantur, & obedientiam plenam Euangelij præstandam Christo domino, eius ecclesiæ, cunctisq; eius ministris, & membris promittant. Deinde vt constitutis locis & temporibus, in sacros cœtus frequentes conueniant, singulariq; religione ibi sese dedant, audiendo verbo Dei, faciendis precibus, & gratiarum actionibus,

A ctionibus,vtq; oblationes ſuas liberaliter conferant. Si verò videantur vel in officio ceſſare,vel contra officium Chriſtiani hominis aliquid committere: vt admoneri ſe huius,atque reprehendi libenter ferant, animoq; grato hoc charitatis officium ſuſcipiant. Siq; in ſcelus aliquod aut flagitium inciderint, vt mereãtur ad tempus à ſacris abſtineri:vt vinculum hoc,quod ad agendam pœnitentiam ligantur ſupplices ſuſcipiant,operibusq; veræ pœnitentiæ magno ſtudio incũbant. Quæ opera pœnitentiæ ſunt,ſub ducere ſe toto eo tempore pœnitentiæ, etiam à licitis carnis delicijs,& mundanis negocijs,quæ quidem citra debitam proximis curam poſſunt in alia reijci tempora:lugere propter peccata, eoq; & lugentium vti habitu & viuendi ratione,veſtibus ſordidioribus,victu duriore, crebris ieiunijs,atque ſupplicationibus,etiam domeſticis,ſacris cœtibus adeſſe frequentius,etiam quotidianis:cùm publicis,tum priuatis eleemoſynis præſtare ſe benigniores:magis eſſe aſſiduos in inuiſendo & conſolando ægrotos, vinctos,& alijs calamitatibus oppreſſos homines,ſtudioſius quoque demereri, & placare ſibi, & maximè eccleſiæ Chriſti aduerſarios: atque his actionibus, & ſtudijs obſolutionem à peccatis, & reconciliationem cum Deo, & Eccleſia flagitans.

Verè enim pœnitentis de offenſa alicuius hominis,cuius quis beneuolentiã erga ſe magni faciat,hæc neceſſaria officia ſunt,lugere & dejcere ſe in rebus o-
B mnibus,voluptates & delicias reſpuere,ſeſeq; ad placandum,quem offenderit modis omnibus accommodare,& quæque leuiſsima &ſordidiſsima miniſteria in gratiam eius libenter obire,placidumq; ſe,officioſum,& benignum præſtare in omnes eos,quos is,qui offenſus eſt,vult diligi,& affici beneficijs. Iſta ſanè omnia ſtudent facere probi filij,& filiæfamiliàs,probi famuli & famulæ, probiq; miniſtri principũ,cùm grauiter ſuos offenderunt parentes,patresfamiliàs, principes:& iſtius peccati ſui,ac lapſus,vera ſolidaq; tenentur pœnitentia. His itaque operibus oportet eos,qui in grauiora ſint peccata prolapſi,facere peccatorum ſuorum realem ἐξομολόγησιν,id eſt confeſsionem,hoc eſt,teſtari de ſe, quàm verè peccatum & flagitium cognoſcat ſuum,quod contra Dei legem tam impudenter admiſerunt:atque reconciliationem cum Deo, & eccleſia flagitare, eamq; vbi exorauerint,gratiſsimo animo ſuſcipiant, ſuamq; gratitudinem ſingulari benignitate in egentes & afflictos homines demonſtrent. Hæc eſt diſciplina pœnitentium. Poſtremò, vt eſt diſciplinæ Chriſti,homines Chriſti totam vitam ſuam,cunctos mores,& actiones ſuas,ad præcepta domini exigere & confirmare,ſummo cum timore & tremore:ita adminiſtrare hanc viuendi diſciplinam eſt,paſtores,& miniſtros eccleſiarum,vnumquenque & vniuerſæ Eccleſiæ ſuæ,& ſingulorum membrorum eius eccleſiæ,curam peruigilem gerere in eoq; ſemper eſſe,& cuique inſtare,vt carnem crucifigat ſuam,cum concupi-
C. ſcentijs,& morbis,vt veterem hominem exuant,nouum induant,& cũctis ſuis ſtudijs,& factis glorificare Deum, in procuranda ſalute, & augendis commodis proximorum. Porrò hanc eſſe Chriſtiani populi diſciplinam,ac inſtitutionem propriam,tota Scriptura copioſiſsimè docet. Et quod ad ceremonias, & ritus attinet religionis,& primùm,quibus homines initio in eccleſiæ ſuſcipiuntur communionem,dixi requiri,vt homines libenter ſe & ſuos offerant eccleſiæ miniſtris catechizandos. Iſtud docet abundè præceptum illud Domini: Mihi eſt omnis poteſtas tradita in cælo,& in terra:profecti igitur,facite mihi diſcipulos omnes gentes,baptiſantes eos in nomine Patris,Filij,& Spiritus ſancti. Eo enim Dominus clarè præcipit,omnes eos, qui ipſi incorporantur Baptiſmate, ſic doceri, Vt ipſius ſint diſcipuli, & diſcant ſeruare quæcunque ille præcepit. Præcepto ergo eodem præcepit omnibus,qui de ipſius velint eſſe populo, vt huic ſe & ſuos doctrinæ ſtudioſè accommodent. Ea autem doctrina inchoanda eſt à Catechiſmo, hoc eſt, à ſimpliciore ac planiore traditione & explicatione præcipuorum Chriſti dogmatum,quæ familiaribus fit præceptionibus, in-

terrogationibus & responsionibus. Catechismis igitur se & suos debent accõ- D
modare, quicunque disciplinam suscipiunt Christi. Requiri autem & fidei cõfessionem, obedientiæq; Christo domino, eiusq; ecclesiæ, atque cunctis Christi fidis, & ministris, & membris, publicam in ecclesia professionem, constat satis cùm ex multis alijs Scripturæ locis, tum vel ex eo solo Rom. 10. Corde creditur ad salutem. salus enim nostra, hoc est, naturæ nostræ ad imaginem Dei restitutio est in eo, vt totos nos consecremus eius maiestati, eamq; quibuscunque liceat modis celebremus, hoc est, nomen eius sanctificemus. Cùm iam Baptismate in filios & hæredes Dei regignimur, cumq; in Ecclesia Christi recipimur, æterna nobis vita communicatur. Quis modò ista verè credens, non vltro cupidissimè hæc sibi collata beneficia, prædicet in ecclesia magna populi Dei, votáque gratitudinis suæ enuncupet, & propositum suum per omnia viuendi ad gloriam Dei profiteatur? Inde toties sancti in Psalmis optant reddere vota sua Domino, & celebrare eum in ecclesia magna 9. 22. 35. 40. 111. 116. & multis alijs. Cumq; qui baptisma suum intelligit, & ritè percipit, nouit eo se beatum esse, quòd sit membrum Christi, cohærens omnibus illius membris, studet adiuuari in vita Dei, per omnia & singula Christi membra. Nihil itaque facit cupidius, quicunque verus sit Christianus, quàm confiteri coram omni Christi ecclesia, quanta se agnoscat à Christo domino accepisse, & accepturum beneficia, & B
quàm studeat se gratum coram domino præbere per omnem suam vitam, iuuarique se ad id expetat à tota ecclesia, ac membris eius singulis. Iam quia vita hęc Dei, fide constat: fides autem vt gignitur, ita & conseruatur, augeturq; auditu verbi Dei, ad proficiendum in vita Dei, necessarium est, frequenter audire verbum Dei, & efficaciter, eóque & precari assiduè, gratiásque Deo agere: Sacramenta percipere, seq; gratum Deo etiam benignis oblationibus declarare. Hęc docemur abundè exemplo primæ Ecclesiæ, Act. 20. & ex institutis Dei, qui in hoc, Sabbatum, & quotidie duos sacros conuentus instituit. Loca item consecrari sacra suo numini voluit, ad administrationem doctrinæ & sacrificiorum. Quæ omnia grauissimis pœnis sanciuit: interfici præcepit, qui Sabbatum violasset, delendumq; de populo suo iudicauit, qui neglexissent circumcidi, Gen. 17. Qui Pascha non ritè celebrassent, comesо fermento, Exod. 12. Qui Pascha celebrare neglexissent, Num. 9. Qui non afflixissent animam suam die expiationis, Leuit. 23. Qui non, vt institutum ab ipso erat, sacrificasset, Leuit. 7. De sacris oblationibus, Exod. 23. 24. Deut. 16. Etenim in sacris cœtibus precamur à Domino, & percipimns summa & infinita beneficia gratuitò. Quæ igitur pietas nostra? quæ gratitudo in nobis erga Deum, si non libeat paululum aliquid conferre ipsi, bonorum omnium largitori, de ipsius bonis, & in hoc ne P
desit esurienti in minimis suis, cibus necessarius, sitienti potus, tectum extorri, nudo vestimentum, ægroto vel vincto solatium? Cumq; omnis religionis administratio, in sacris cœtibus ita debeat excipi, vt fides inde in Christum augeatur: ea fides, qua infinitam Dei erga nos charitatem cognoscimus & amplectimur, exerit se, & operatur per dilectionem. Dilectio autem non potest non fratrum egestati succurrere, dum id valet. Qui enim videt fratrem suum egere, & clauserit ei viscera sua, quomodo manet in illo charitas Dei? Nec enim sermone & lingua, sed opere & veritate diligere nos inuicem oportet: atque per id cognoscimus, quòd ex veritate sumus. quis non videat necessariò consequi, vt in vsus pauperum Christi conferant quàm liberalissimè, quicunque in sacris cœtibus id agant & consequantur propter quod sunt instituti, & habentur à pijs hominibus, vt in fide scilicet Christi proficiant & charitate? Si verò dominus dederit sic augeri fidem, & charitatem inflammari vt cuique tribui optet, quantũ cuique sit opus, quis non studeat istud ipsum optima quoque perfici ratione?

Porrò absolutior & commodior ratio prospiciendi verè egentibus, & cum primis domesticis fidei, nulla potest excogitari, quàm ea sit, quam docet nos Spiri-

A Spiritus ſanctus Act.2. 4. & 6. vt quiſque conferat in commune quantum valeat,& liberè velit,idque quod à fratribus fuerit collatum,ſeruetur & diſpenſetur,ne quid cuiquam fratrum deſit,ad piè ſanctéq; viuendum per Eccleſiæ diaconos,viros ab omni eccleſia ad hoc muneris delectos propter perſpectam & conteſtatam eorum pietatem,Spiritusq; ſancti vim,& facultatem in eis ſingularem,vt electi,& ad hoc ipſum miniſterium fuerunt conſtituti. D. Stephanus, & collegæ eius. Et hanc itaque benignam in vſus pauperum Chriſti collationẽ & in eoſdem fidam atque ſalutarem eorum quæ collata fuerunt à fidelibus,per eccleſiæ idoneos diaconos,diſtributionem,reſtitui apud nos neceſſariò oportet,ſi recipere libeat Chriſti veram diſciplinam. Iam de cura ſingulorum in eccleſia fratrum,deq; eorum admonitione,ſi quid peccent,adhortatione cùm ceſſant in officio: & quòd hæc cura, monendique & adhortandi ſolicitudo atque ſedulitas,cum primis quidem eccleſiarum incumbit curatoribus,& communibus adminiſtris,ita etiam in officio ſit ſingulorum miniſtrorum, abundè docemur Matth.18. Actorum 20. 1.Theſſal.3. Heb. 12.

Porrò de tertio genere ceremoniarum,quæ ad cenſuram atque emendationem pertinent eorum, qui peccauerunt,dominum voluiſſe ſemper præſentem vigere,contra palàm peccantes animaduerſionem, Matth.18. Si te frater, qui peccauit non audiuerit,priuatè admonentem adhibe vnum aut alterum, vt in
B ore duorum aut trium teſtium conſtet omne verbum:Si hoc non audiuerit,dic Eccleſiæ,ſi Eccleſiam non audiuerit,ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus. Vide quanto opere inſtandum ſit admonitione atque correctione his, qui aliquid deliquerunt:nec enim in peccato quiſquam relinquendus eſt, dum vult frater haberi, & conſors Eccleſiæ. Quocirca cùm priuata admonitio fruſtra fuerit, adhibenda eſt admonitio & per alios fratres ac plures:atque ſi nec hi audiantur ab iis,qui hærent in delictis,deferenda peccata eorum ſunt Eccleſiæ: atque indubiè,vt eos & illa obiurget,& caſtiget per publicos ſuos miniſtros, coramq; toto Dei populo:ſiquidem aliter ſeruari non poſſint,qui peccatis fuerint præoccupati:iuxta illud 1. Timoth. 5. Eos qui peccauerunt, coram omnibus reprehende,vt & cæteri metum habeant. Atqui eos, qui eccleſiam aliquo flagitio, vel ſcelere contaminauerunt,atque offenderunt,eſſe ligandos ad pœnitentiam ſuam,ſi qua verè compungantur,Eccleſiæ demonſtrandum: Id dominus clarè requirit,cùm eccleſijs poteſtatem fecit ligandi & abſoluẽdi,& ligandi quidem ſoluendique ad ſalutem. Nec enim in Eccleſia poteſtas vlla eſt,quàm ad ædificationem 2.Corinth.10. Quamobrem quod iubet dominus eos,qui Eccleſiam vocantem ad pœnitentiam non audiunt,habere vt Ethnicos & Publicanos,nõ
C ſic eſt accipiendum,tanquam his cura eccleſiæ omnis ſit ſubducenda,niſi certũ ſit aliquos peccare ad mortem 1.Ioan.5. Nam præcipit clarè ſpiritus Domini 2. Theſſalonicen.2. ne tales nos habeamus pro inimicis,ſed corrigamus vt fratres ſi videlicet corrigi ſe patiantur. Qui enim canes ſe & porcos re ipſa declarent contra pias admonitiones,his ſanctum,& margaritę piæ reprehenſionis imperiri non debent Matth. 7. Ligandi igitur ſunt qui Eccleſiam non audiunt, non vt ſimpliciter vitentur,tanquam Ethnici & Publicani:ſed ligandi ſunt ad agendam pœnitentiam,eamq; vt agant quaque occaſione,excitandi. Sed nec hic ſolùm,qui correctionem Eccleſiæ reſpuunt,ligandi ſunt,ad demonſtrandam populo Dei ſuam de peccatis pœnitentiam, verùm ij quoque, qui etiamſi reprehenſionem eccleſiæ admittant,vereq; à peccatis reſipiſcant, ſiquidem flagitio aliquo & ſcelere,eccleſiam oblæſerunt,ita vt inceſtus ille Corinthius eccleſiam ſuam ſuo funeſtarat inceſtu:Hunc enim Corinthium eiuſmodi ob peccatum ſuum dolor inuaſerat,vt Paulus metueret ei,ne impelleretur à Satana in deſperationem 2. Corinth.2. eumq; dolorem veriſimile eſt,concepiſſe eum ſtatim, vt à tota eccleſia Corinthiorum fuit obiurgatus,abſtentus à ſacris, & per Paulum traditus Satanæ, attamen non receptus hic fuit ilico, vt aliquam peccati ſui

declarauit pœnitentiam, iusto tempore oportebat eum fidem suæ pœnitentiæ D
ecclesiæ approbare. Etenim à grandi peccato si quis verè resipiscat, sentiátque peccati sui atrocitatem, hoc est, quantum Deus illud detestetur, quantaq; Deo per illud facta sit contumelia, quantumq; ipsi ob id peccatum debeatur supplicium, is certè non leui ideo nec momentaneo compungetur dolore. Dolor verò acris, pudor vehemens, & peccati seria detestatio, latere nõ possunt. Si enim πλουσιώτατοι illi mundi, peccarint in contractibus suis, vt pro lucro, luculentum damnum accersierint: videas certè eos non vna & altera septimana damnum illud elugere: quin reperias, qui ex eo dolore manus sibi conscíscant, aut incidãt in amentiam. Ita si qui ex ambitiosis hominibus, è summis honoribus, & primis Regij fauoris gradibus, in grauem decidant ignominiã, procul ab omni fauore singulari regis reiecti, quãta cernimus & tales animi ęgritudine opprimi, quãta cõfici tristitia? quàm deniq; & acerbo & diuturno luctu detinentur pleriq; hominum, cùm mors extulerit charos sibi coniuges, liberos, aut alios necessarios, & amicos. Hæc itaque est omnis veræ pœnitentiæ, veri doloris de errato dãnosiore, vis & natura, vt hominem aliquandiu teneat, & ab omnibus carnis sola cijs abstrahat. Siq; is dolor sit propterea quòd quis offenderit eum, cuius bene uolentiam magni faciat, & cupiat magnopere sibi restitutam, impellet etiam, vt studiosè, omnia ea, & vitet & faciat, quibus vel euitatis vel factis, speret se ei, quem offenderit, gratificaturum. Talis certè erat pœnitentia mulieris peccatricis, publicani, Petri in Euangelio, talis Niniuitarum, talis Danielis, pro toto populo, apud eundem 9. talis Esdræ 9. & 10. Ista & similia loca perpendantur: Et illa Psalm. 32. Quoniam tacui, contabuerunt ossa mea, præ rugitu meo tota die, quoniam die ac nocte grauatur super me manus tua, versusq; est succus meus in siccitates æstiuas &c. Item Psalm. 51. Peccaui tibi soli. Ea ergo, cùm sit vis & natura omnis veræ pœnitentiæ: & deceat pœnitentiam in nobis cùm Deum offendimus, existere, quàm acerrimam: nec enim vllius debet nobis pluris haberi beneuolentia, quàm Dei: sicut nihil potest nobis accidere nocentius quàm offensa Dei ecclesia, Christi filia & columna veritatis, cùm quid quenque in corde suo pœniteat, videre non valeat, meritò signa & effecta requirit huius veræ pœnitentiæ in ijs, quos debet hoc ipso pœnitentiæ nomine suscipere, atque sacrorum Christi facere participes. Mysteria enim hæc Dei, verè credentibus tantùm, & de peccatis suis pœnitentibus à domino deputata sunt, bona fi de dispensanda 1. Corinth. 4. Et cauendum est Ecclesijs, ne cui causam præbeant sumendi sibi iudicium in sumendo sacramento salutis, quod faciunt, quicũque absque vera peccatorum suorum pœnitentia, sacramentis Domini communicant. Quamobrem si qui in grauius aliquod peccatum incidissent, & manifestum flagitiũ vt Corinthius ille incestus inciderat, eos priscæ Ecclesiæ, quæ Christi disciplinam adhuc rectè tenebant, ligabant certo tempore ad agendam E
hoc est, demonstrandam pœnitentiam per opera & fructus veros pœnitentiæ etiamsi illos iam tum peccati sui pœnitere appareret. Id enim erat consentaneum veræ pœnitentiæ de tetriore lapsu: quæ (vt dictum) si vera sit, aliquandiu hæret, tum vtile ad cauendum peccatum tam ipsi, qui ligabatur, quàm toti reliquæ ecclesiæ. Qua de causa, & Dominus ipse Mariam, sororem Mosę, quanquam de suo iam contra fratrem murmure, pœnitentem, & Mosę fratre pro ea intercedente, voluit septem diebus patêre ignominiæ, excluſam ecclesia Dei, & lepra percussam Num. 12 Atque hinc est, quòd Diuus Cyprianus tantopere vrgebat, lapsis in persecutionibus, non ilico dandam esse veniam, sed diu, ac iusto tempore eos agere pœnitentiam. De quo vide epistolam eius 2. & 3. lib. 1. & lib. 3. ab epistola 14. vsque ad 20. Et in sermone de Lapsis, ex quo videantur.

Item exemplum Ambrosij in legatione Theodosij apud Theodoretum lib. 5 cap. 18. Et apud Sozomenum lib. 7. cap. 24. Porrò licet abstinendi sint ad tempus qui grauioribus peccatis Ecclesiam funestarunt: tamen seuerior debet esse

excommu-

excommunicatio eorum qui ecclesiam non audiunt. Hos omnino vitari opor
A tet à Christianis, quòd magnam habet vim emendandi homines. Xenophon in libello de Republica Lacedæm. Euripides in Oreste ab initio. post publicam itaque obiurgationem, qui ecclesiam fl agitio aliquo deturbarunt & offenderũt est in partibus disciplinæ, qua tales sanari debent, vinculi ad agendam pœnitẽtiam certo tempore grata susceptio, tum etiam abstentorum atque excommunicatorum euitatio. Tertia verò huius pœnitentialis disciplinæ pars, est peccatorum confessio: quanquam enim tota pœnitentiæ actio sit, & vocetur veteribus sanctis ἐξομολόγησις. Est enim peccatorum realis deploratio & detestatio, tamen & ore quisque ligatorum ad pœnitentiam, debet peccata accusare & deplorare sua, emendationemq; vitæ polliceri. Hæc verò confessio, non est praue facti narratio: sed quod praue & male factum sit, agnitio & detestatio. Eam videmus & apud homines, cùm ab ijs, qui peccatorum suorum veniam orant, requiri, tum per magnam habere vim, cùm fit ingenue ad placandum eum, in quem fit peccatum. Vnde & Nathan ad Dauid, cùm peccatum suum esset confessus, dixissetq;, Peccaui, quæ breuis erat confessio: Transtulit Deus, inquit Nathan, peccatum tuum. Idq; dixit, vt vates Dei. Habet enim huiusmodi peccatorum confessio, id est agnitio & deploratio, quandam in se, nihil tale posthac cõmittendi promissionem. Quod enim quis agnoscit ex animo, damnatq; esse à se factum male, id studet postea euitare. Quin necessarius effectus etiam est.
B Hæc confessio veræ pœnitentiæ, quod vel in filio prodigo videre est, qui mox vt stultitiæ suæ concepit veram pœnitentiam, de confitendo peccatum suum apud patrem, cogitauit. Dicam, inquit, patri: Peccaui in cælum, & aduersum te, nec sum dignus vocari filius tuus, fac me vnum ex mercenarijs tuis. Eandẽq; confessionem non potuit omittere, etiamsi ei pater occurrisset, & complexus eum esset atque osculatus. Talem exigere Dominus peccatorum confessionẽ à suis hominibus satis se declarauit, cum certa populo suo veteri pro expiandis peccatis sacrificia præscripsit, & sacerdotibus ipsis, & vniuerso populo, & principibus, & cuique priuato, Leuit. 4. Quid enim aliud, quàm peccatorum erat confessio, cùm qui peccassent hostiam eam, quæ à Domino requirebatur, pro eiusmodi peccato offerrent, niterenturq; manibus suis, victimarum capitibus, ac quòd expiari peccatum suum per sacerdotem supplices peterent.

In quinto verò capite requirit dominus diserte, & oris confessionem de peccatis, quorum eo loci expiationem describit, & ait: Eritq; cùm quis vni ex his peccatis obstrictus fuerit, confitebitur, quod peccarit ea in re אשר אטה עליה
Ita in expiatione totius populi eodem libro, cap. 16. præcipit, vt sacerdos impositis ambabus manibus hirco, in desertum emittendo, confiteretur omnes iniquitates filiorum Israel, & omnia scelera cum peccatis eorum, hoc est, cuncta eorum vitia, flagitiosè facta, & errata. Qua certè confessione, sacerdos non po-
C tuit singulorum vitia singula, & morbos, flagitia & scelera, lapsus & errata enumerare, sed in genere agnoscebat, & deplorabat, omnem populum obnoxium esse omni generi vitiorum, incredulitati & ignorationi Dei, superstitioni, atque ad omnem falsam religionem propensioni, fallendi, fraudandiq; prauitati, cupiditatibus immodicis, honorum, opum, voluptatum. Tum si qua eo animo admissa erant flagitia, & scelera, cædes, adulteria, defraudationes proximorum & aliæ truculentæ iniuriæ, hæc quoque mala deplorabat, tanquam à toto populo admissa, propter communicationem, quæ in omnibus populis, & ciuitatib. apud Deum existit in bonis & malis rebus. Denique addebant delicta, errata, neglecta, quæ non destinata voluntate admittuntur, admittuntur tamen contra legem Dei. Videmus & ex verbis Domini Luc. 17. confessionem peccatorum, de qua dixi, cùm esse pœnitentiæ verę indubitatum effectum, tum ad percipiendam veniam erratorum esse necessariam. Si peccauerit in te frater tuus, obiurga eum, corripe, ἐπιτίμησον αὐτῷ. Et si pœniteat eum, remitte ei. & si septies

in die peccet in te,& ſeptíes conuertat ſe ad te,dicens, Pœnitet me,remittas ei. D
Quam itaque natura ipſa pœnitentiæ,peccatorum exprimit confeſsionem, & Deus à nobis in lege ſua poſtulat,eam iure requirunt eccleſiæ ab omnibus, qui in grauíora peccata ſunt prolapſi. Nam veram,viuam, ſolidamq; pœnitentiam ab eis requírit neceſſariò.Si itaque cauſam,ergo effectum, qui abeſſe à ſua cauſa non poteſt. Atque hinc,quòd ſit naturæ pœnitentiæ peccata confiteri,ſancti aliquando acriore peccatorum ſuorum,etiam leuiorum & occultorum pœnitentia compuncti,ἐξομολόγησιν faciebant,conſcientiæ,& animi ſui pondus exponebant,vt Diuus Cyprianus meminit,ſermone de Lapſis.

Inde nata eſt confeſsio ſecretaria,quam tandem exigere pſeudoepiſcopi cœperunt ab omnibus,vt eo facílius & certius omnibus dominarentur, obſtrictis ſibí omnium conſcientijs. Porrò quia grata Deo confeſsio non poteſt fieri,niſi à verè pœnitente,omnino imperari confeſsio ílla de peccatis Eccleſiæ à nemine poteſt. Eorum autem peccatorum,quæ Eccleſiæ innotuerunt, confeſsionẽ eam,quam declaraui,neceſſariò requirit.Priuata tamen ílla confeſsio vtilis fuerit ſi vltro fiat,ex vera animi pœnitentia,& apud rectè doctum & animatum ad regnum Dei miniſtrum,qui ſtudeat,confitentes,& docere peccatorum atrocitatem,ſi eam non ſatis ſentiant,atque contra peccata munire,ne ílla repant,conſolaríq; de Dei miſericordia,ſi nimijs exagitentur conſcientiæ dolorum ſtímulis,expedire denique mentes ſalutaribus conſilijs, ſi dubitationibus de officio ſint implicatæ. Hæc ſi priuata confeſsione quærantur, & percipiantur, etiam confeſsio eiuſmodi erit vice priuati catechiſmi. Ex his ítaque cognoſcitur, tertiam diſciplinæ pœnitentialis partem eſſe peccatorum confeſsionem, qualemq; eam facere oporteat. Quarta pars huius diſciplínæ eſt abſolutio, & cum domino,atque eccleſiæ reconcíliatio.ea fiebat olim,nonniſi & plebe Chriſti cõſentiente,& per impoſitionem manuum epiſcopi,& presbyterorum: perficiebatur verò per menſæ Dominicæ communicationem. Vídeatur epiſtola diui Cypriani lib.1.cap.3.de conſenſu plebis,de reliquis 14. Epiſtola,& 16.lib.3.Cur verò ſit populi conſenſus requirendus,inde líquet,ſingulis in Eccleſia vitari debent,qui ab Eccleſiæ conſortio abſtinentur,& ideo,quia ſint iuſtè abſtenti. Par igitur eſt,vt & de abſolutione,atque reconciliatione iudicent.Id quoque maiorem conciliat,& abſtentioni,& abſolutioni authoritatem,acriusq; incutit odiũ tædiumq; peccati.

His ítaque quatuor partíbus cõſtat ea diſciplina,quę debet eſſe remedio íjs, qui in peccata fuerunt lapſi grauiora. Atque ita iam planum eſſe poteſt, quid in vniuerſum ſit,& quot conſtet partíbus eccleſiæ diſciplina,quasq; requirat ceremonias,& ab íjs,qui debent recipi in eccleſiam,& ab íjs,qui in eccleſia debẽt F
ad progrediendum in vita Dei,inuitari,& vrgeri,& eorum qui cùm in eccleſiæ communione iam verſantur,in grauiora incidunt peccata,vt ſanentur,& peccare cùm deſinant,tum porrò caueant abſtentione.

Porrò adminiſtrare hoc totius diſciplínæ miniſterium,eſt homines ſic ex verbo domini,authoritate, & piorum exemplís adſuefacere,vt líbenter & religioſè omnibus explicatis,diſciplínæ partíbus accommodent,impendantq;.

Adminiſtri huius adminiſterij,ſunt omnes quidem in cleri ordine conſtituti imò etiam ſinguli Chriſtiani,quiſque tamen pro ſua portione &loco.epiſcopis autem & presbyteris,ſumma miniſterij cura incumbit. Atque fidei confeſsionem,& obedientiæ Chriſti profeſsionem publicam recipere,peculiariter ad epiſcopos pertinet & presbyteros, ſicut etiam eam facientes confeſsionem atque profeſsionem,in eccleſiæ conſortio confirmare,ad menſamq; Domini admittere. Sic horum quoque præcipuè eſt,moderari atque exigere ceremonias, quíbus proficiendũ eſt in vita Chriſti.Poſtremò nec vel abſtineri, vel excommunicari debet quiſquam,aut rurſum Eccleſiæ,& domino reconciliari,ſine horum præiudicio. Hæc vel ex eo patent, quòd vel epiſcopis vel presbyteris ſu-

premra

A prema cura incumbit totius eccleſiæ, & omniũ eius miniſteriorum: tum ex exẽplis Apoſtolicis, quæ deſcripta ſunt Act. 8. vbi legimus, Samaritas, cùm fidem Chriſti recepiſſent, eſſe per Apoſtolos in fide confirmatos. Item 2. Corinth. 11. vbi Apoſtolus meminit, ſe & tradidiſſe ritus quoſdam, & traditurum eſſe. Item 1. Theſſ. 2. Poſtremò de excommunicatione & abſolutione 1. Corinth. 5. Ego quidem corpore abſens, ſpiritu verò præſens, iam iudicaui tanquam præſens, eum qui iſtud admiſit, congregatis vobis cum meo ſpiritu, cum virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti, tradere talem Satanæ. Voluit Apoſtolus inceſtum illum totius eccleſiæ iudicio condemnari, & reprehendit Corinthios, quòd id facere neglexiſſent: attamen cum factum non eſſet, ipſe tanquam preſens, cùm abſens eſſet, adminiſtrauit hoc iudicium, præiens ſuo præiudicio. Idem fecit & de eiuſdem hominis reconciliatione, vt legimus 2. Corinth. 2. Diaconis tamen epiſcopi, & cunctis cleri ordinibus, & in loco etiam laicis, ad omnes diſciplinæ partes vtuntur miniſtris. Ad omnem enim ædificationem in vita dei, ſingula Chriſti membra debent aliquid conferre.

DE DISCIPLINA CLERICALI.

B SEquitur nunc de Diſciplina Clericali. Quia enim hi, ſacris eccleſiarum miniſterijs præfecti ſunt, debentq; toti reliquo Chriſti populo, doctrinam, ſacramenta, & diſciplinam ſalutis omnem adminiſtrare, atque ideo ſuis quoque exẽplis hæc ornare, & commendare, peculiari quadam illis opus eſt diſciplina & aſſuefactione, præter ſingulare ſtudium, communi ſe eccleſiæ accommodandi. Ea itaque peculiaris cleri diſciplina, eſt inſtitutio & agendi ratio, qua ſacris eccleſiæ miniſterijs aſsignati, ſtudent eadem miniſteria & ſalutariter iuxta Domini præcepta adminiſtrare, & omni vitæ ſanctimonia ornare, atque commendare. Conſtat verò iſta clericalis diſciplina his partibus:

Primum eſt, ſeuerior abſtinẽtia ab omnibus delicijs carnis, & pompæ huius mundi, lautioribus, & ſolutioribus conuiuijs, ludis, venationibus, ſplendidis veſtibus, precioſa ſupelectile, prophano famulitio, & his ſimilibus, quæ in laicis aliquo modo tolerantur, à clericorum tamen profeſsione aliena ſunt.

Altera pars eſt, Reiectio omnium eorum vitæ præſentis negociorum, quæ impedimentum adferant ſacris miniſterijs legitimè obeundis, ac neceſſariæ ad hæc ritè præſtanda, præparationi, hoc eſt vel ſanctificationi vitæ per abſtinentiam à curis atque delicijs mundi: vel inſtructioni, per iugem diuinarum ſcripturarum, omniſq; ſpiritualis prudentiæ meditationem. Eiuſmodi negocia ſunt,
C Militia, occupationes fori, mercatura, inſtitoria negocia, præeſſe cauponis, œnopolijs, balneis, vacare operibus ſordidis, vt fodiendis metallis, lapidibus, coquendæ calci, conferendæ arenæ, purgandis vijs, & ſimilibus operibus.

Tertia pars huius diſciplinæ eſt, Traditio ſui in ſingularem obedientiam, præſtandam primùm ab omnibus epiſcopo & presbytero: Deinde ab vnoquoque clerico, ijs qui ſunt in clericatu gradus ſuperioris, & à quo poſſunt ad rectè obeundum miniſterium ſuum adiuuari: Poſtremò ab epiſcopis, ſynodis, ac etiam ſuo modo, epiſcopis Metropolitanis, cunctisq; quibus amplior ſit eccleſiarum cura demandata.

Quarta eſt, ſtudium magis aſsiduum & pertinax, quàm à laicis requiritur diuinarum ſcripturarum, ac omnium artium, quibus poſsint plenius & diuinæ ſcripturæ intelligi, & opera omnia Dei, eiusq; in his infinita potentia, ſapientia, & bonitas, hoc eſt, diuinitas cognoſci.

Poſtrema eſt diligens & religioſa cura, animaduerſio, & inſtantia obeundi, non ſolùm quæ cuique clericorum ſunt propriè demandata, verùmetiam omnia quæ quiſque poſsit, & eccleſiarum requirat ſalus, miniſteria, vt doctrinæ & ſacramentorum & diſciplinæ. His itaque quinque partibus continetur diſci-

plina clericalis. ſcripturæ diuinæ de his præceptis hæc ſunt. D

De prima ceremonia huius ordinis, vt ſcilicet clerici omnes abſtineãt, ſeuerius ab omnibus & carnis delicijs, & pompis mundi, vt à lautioribus cõuiuijs, ludis, venationibus, precioſis veſtibus, & ornatu ſuperfluo, cæterarum quoq; rerum &c. Eſt præceptum Domini, ad omnes quidẽ homines, ſed eo ipſo cùm primis ad eos, quorum præcipuæ partes ſunt, alios domino adducere, & formare. Videte ne grauentur corda veſtra, crapula, ebrietate, & curis huius vitæ: & obruat vos dies illa ſubitò: Nam vt laqueus veniet ſuper omnes, qui ſuper terram habitant. Vigilate igitur, precantes vt detur vobis, omnia iſta effugere, & ſtare coram filio hominis. Eccleſiarum curatoribus, ſumma opus eſt vigilantia, & precum aſsiduitate, cordeq; libero, omnibus alienis à ſuo munere ſtudijs: obeunt enim munus humanis ingenijs longè difficillimum, vt homines tam peruerſos, & impios natura, vitam doceant dei, hoc eſt, ad ſummam vitæ rectitudinem atque pietatem. Quocirca his ſummoperè incumbendum eſt, vt carnem ſuã crucifigant cum morbis ſuis & concupiſcentijs, crucifiganturq; mundo, & mũdus ipſis: vt corpus ſuum ſubijciant, & in ſeruitutem redigant, ne cum prædicauerint alijs, ipſi fiant reprobi.

Hinc Spiritus ſanctus nominatim ab eccleſiarum miniſtris, eorumq; etiam vxoribus, liberis, & familia requirit, vt ſint ſobrij, temperantes, non vino dediti, nulli obnoxij criminationi de diſſolutiore vita, graues, honeſti, non turpis lucri E cupidi 1. Timoth. 3. & Tit. 1. Et 2. ad Timotheum 2. cupiditates iuueniles fuge. Typos enim ſe & exemplaria præſtare debent, omni populo Dei, in conuerſatione, dilectione, in ſpiritu, in fide, in puritate. Quæ cùm priſcæ Eccleſiæ rectè conſiderarent, conſtituerunt in concilijs ſuis clericos excommunicandos, vel deponendos, qui in cauponis conuiuentur, niſi iter faciant, ſintq; peregrè, Can. Apoſt. 54. Con. Carth. cap. 40. & Laod. Can. 24. Item qui conuiuia agitent ex collatis ſymbolis Laodicen. Can. 54. Qui inebrientur Can. Apoſt. 43. Qui ſplẽdidis, aut ſericis veſtibus vtantur, vel vnguentis delibentur, Nicen. Con. 2. Can. 26. Qui ludant teſſeris Can. Apoſt. 43. Qui interſint ſpectaculis aut ludis ſolutioribus Conc. Laod. 49. Carth. 15. Qui ſaltationibus, mimis, ſcenæ, Conc. in Trullo, Can. 52. Si vacẽt venationib. Con. in Trullo Can. 51. In Con. Agath. Can. 55. Hæc ita conſtituta ſunt à ſanctiſs. patribus conſentienter præceptis Dei: Nã quæ exhibebãtur tum ſpectacula & ludi, ſaltationes, mimi, ſcenæ: hæc omnia referta erãt multa turpitudine, obſcœnitate, & pernitie humanorũ, & ingeniorũ, atque corporum. Si chori ducerẽtur, qualem duxit Miriã ſoror Moſe cum tympanis, vna cum ſanctis matronis, atque virginibus populi Dei, tranſito mari rubro: qualis excepit Saulem & Dauidem à victoria reuertentes Philiſtinorum, Goliath interfecto: his ludis poſsint in loco & tempore adeſſe & clerici.

De altera diſciplinæ clericalis ceremonia, vt abſtineant ſe ab omnibus negocijs, quæ illos remorentur, vt non toti vacent miniſterijs ſuis, ijsq; ſtudijs, quibus ad rite obeunda ſua miniſteria parentur & inſtruantur, vt eſt militia, occupatio fori &c. De hac eſt præceptum Spiritus ſancti 2. Timoth. Nemo militaris implicat ſe negocijs, quibus victus paratur, vt approbet ſe duci. Argumentum à ſimili, à militia, quæ geritur contra homines: noſtra contra ſpiritus eſt inſtituta. Eph. 6. Ergo difficilior. Ex quo Spiritus ſancti canone conſtituerunt poſtea S. patres, ne quis clericus militet, aut ſe adminiſtrandæ Reipublicæ admiſceat, Canon. Apoſt. 81. 83. Conc. Chalced. Can. 3. Ne mercaturæ ſe implicet decreto Gelaſij 17. Ne ſit procurator, & aliorum negociorum ſuſceptor Carth. Conc. Can. 16. Nec tutor, aut curator, Cypr. epiſt. 9. lib. 1. Nec caupo, in Trullo Can. 9. Hi canones omnes nituntur eo: Nullum eſt munus, quod plus curæ & ſtudij requirat, procuratione animarum. Nec enim alia eſt, vel ad ſalutem humani generis magis neceſſaria: religione enim vita ipſa æterna continetur, vel maioris difficultatis. Huius enim eſt hominem totum immutare, & contra quàm F

ferat e-

ferat eius natura. Quare hæc hominis (quæ sacro perfici debet ministerio) im-
A mutatio & innouatio veteris hominis dicitur crucifixio & mors. Istud cùm pro
bè noscet & Satan, effecit vt episcopi, abbates, & præcipui ecclesiarum prælati
accerserentur à Regibus & Imperatoribus in aulas, ad negocia publica, & belli
& pacis. Hinc consequuta hæc mala sunt. Primùm neglectus nouus sacri mi-
nisterij, fermentatio doctrinæ, interitus disciplinæ. Deinde vt prælati, satrapa-
rum locum cœperunt tenere, eorum etiam luxum & pompam sibi vendicarũt.
Ad quam rem cum & opes satraparum requirebantur, quæ debebant de rebus
ecclesiasticis dispensare in fideles Ecclesiarum ministros, in scholas, in Christi
pauperes, ea omnia per horrendum sacrilegium illis erepta, impenderunt in lu-
xum & pompam satrapalem. Cumq; eis ad hunc luxum & pompam, ecclesiæ
facultates non essent satis, & eblanditi, emendicatiq; sunt, varijsq; fraudibus
abstulerunt à Regibus luculentas ditiones, & magna imperia. Quibus deinde
accessionibus factis, luxus istorum, non fotus tantùm & sustentatus fuit, ve-
rùmetiam in immensum auctus. Quod postea eo valuit, vt non singulis singu-
larum ecclesiarum sufficerent spolia, verùm rem eò produxerunt, vt vnus dispo
liet hodie tres vel quatuor episcopatus, abbatias, & prælaturas alias, & paro chi
arum numerum, quem horrendum sit nominasse. Nam nuper in hoc regno
aiunt mortuum, qui circiter viginti deglubuerit ecclesias, seu parochias. Si ita-
que ecclesijs debeat rursus de ministerijs æternæ salutis rectè prospici, necesse
B profectò erit, non quidem agros & prouentus ecclesiarum, ab ecclesiasticis v-
sibus alienare, sed ab omni horum participatione submouere, qui sua ecclesijs
probata ministeria non præstant fide optima, tum etiam ab eorum collectione
vendicatione & distributione, quam per se faciant, liberare, & episcopos & præ
sbyteros, quorum præcipuè munus est, laborare in verbo & doctrina. statui qui
dem debet per episcopos & presbyteros, quid & quantum cuique bona fide
ecclesijs ministrantibus, quid docentibus & discentibus in scholis, quid cuique
egenorum, sit de rebus ecclesiarum impartiendum. Rationem debent hi quo
que suscipere & dijudicare ab ijs, qui res ecclesiæ procurant, diaconis, subdiaco
nis, defensoribus, œconomis, maioribus domus. Et quia Rempublicam guber
nare, & externa procurare iurisdictionem, vtrunque totum quoque hominẽ
requirit: vtraque certè re episcopi, & presbyteri, & omnes clerici exonerentur
necesse est, tum Reipublicæ administratione, tum exercendis externis populi
iudicijs, vt toti valeant incumbere ministerijs verbi, & vniuersæ religionis, qui
bus & Christus dominus, Apostoli, & omnes veri olim episcopi solis toti vaca-
uerunt, cunctis alijs à se reiectis negocijs.

Ad vtranque partem hanc, & primam Clericalis disciplinæ requiri quidam
volunt, & cælibatum sacerdotum.

Tertia disciplinæ Clericalis pars est: subiectio peculiaris, qua clerici gradus,
C & ministerij inferioris se subijciunt illis, qui sunt in ordine & ministerio superio
re. Hanc disciplinæ partẽ docuit dominus nos, & exemplo suo, qui discipulos
suos futuros doctores Electorum Dei, per vniuersum orbem, peculiari ad hoc
munus magisterio, & quadam domestica disciplina instituit, quem imitati Apo
stoli, suos quoque discipulos vnusquisque habuit, quos ad sacrum ministerium
ritè obeundum formaret.

Omnis enim difficilior vitæ functio, peculiarem quoq; ac perpetuam requi-
rit doctrinam, institutionem, ac custodiam: vti videre est in philosophiæ stu-
dijs, & institutione militari. Quod perpendens Lycurgus, Rempublicam La-
cedæmoniorum sic instituit (vti Xenophon testatur) ne vllus in Republica or-
do sine suo proprio esset magisterio. Item & Plato in suis legibus & Repub. re
quirit, ne quid omnino sit in ciuibus ἀφρόνητον. Hinc & dominus noster, quum
vult suos sic committi inuicem, & cohærere, vt membra in corpore commissa
sunt, atque cohærent: subijcit sanè, Vnumquenque suorum alijs, à quibus tan-

quam à membris amplioris,ac latius patentis virtutis & efficaciæ cuſtodiatur, D
moueatur & regatur. Idem præcepit Spiritus ſanctus, Subijcimini inuicem in timore Dei,Epheſ.5.

Iſta itaque conſiderantes,ſancti olim Patres, eum in cleri ordine deſcripſerũt vt cæteri omnes Clerici à presbyterio ſingulari cura cuſtodirentur & gubernarentur. Inter presbyteros verò epiſcopus,vt conſul inter ſenatores Reipub. ita hîc primam,cùm totius eccleſiæ,tum ſingulariter ordinis Clericalis vniuerſi curam gereret,atque cuſtodiam. Epiſcopos verò ordinauerunt ſingulis frequentioribus eccleſijs,atque cuique talium eccleſiarum viciniores, quæ in minorib. eſſent oppidulis vel pagis,eccleſias commendauerunt,eoq; voluerunt presbyteros,atque curatores iſtarum eccleſiarum, quos vocauerunt Chorepiſcopos, quoſque viciniori ſibi epiſcopo,& presbyterio auſcultare. Quos epiſcopi illi primores ſubinde cum omni ſuo clero cõuocabant,& in ſcientia atq; diligentia muneris ſui inſtaurabant. Cum verò velit dominus vt ſui homines ſe mutuò cõplectantur,& curam ſui inuicem gerant,quàm longè lateq; poſsint (ſunt enim Chriſtiani omnes vnum corpus) conſtituerunt ſancti patres, vt epiſcopi cuiuſque prouinciæ (in prouincias enim iam omnes Romanis ſubiectæ ditiones erant diſtributæ) conuenirent vnà cum presbyteris,quoties quidem id Eccleſiarum vſus poſceret,certo tamen bis in anno,deq; Chriſti doctrina atque diſcipli E
na,vt illa in quibuſque eccleſijs adminiſtraretur, & vigeret, inquirerent: ac vbi peccatum eſſe deprehendiſſent,id corrigerent:quæ cognouiſſent rectè habere confirmarent,& proueherent. Vt hæ verò Synodi rectè & ordine adminiſtrarentur,voluerunt illis præeſſe & conuocandis & moderandis, Metropolitas, epiſcopos cuiuſque Metropolis: ſic enim vocabatur præcipua in vnaquaque prouincia ciuitas,vbi ſupremi præſidis prætorium erat: Ac proinde his Metropolitanis epiſcopis iniunxerunt curam quandam,& ſolicitudinem omnium eccleſiarum per ſuam prouinciam:vt ſi quid minus rectè,vel à miniſtris eccleſiarũ vel à plebibus inſtitutum,factúmve intellexiſſent,monerent de eo in tempore, ſiq; id ſuis admonitionibus non poſſent emendare,vt ad corrigendum illud epiſcoporum conuocarent Synodũ:nam nihil iudicij illis conceſſum erat, quod ſua propria authoritate exercerent in eccleſijs, quæ ipſæ ſuos haberent epiſcopos:omne enim & in plebem & clerum iudicium,erat penes ſuum cuiuſq; eccleſiæ epiſcopum & presbyterum:epiſcopos autem iudicabat Synodus. Eoq; cum eccleſijs eſſent ordinandi epiſcopi,conſtitutum erat, vt ad eandem eccleſiam conuenirent cum cunctis(ſi id fieri Eccleſiarum commodo poſſet) ſin, cũ aliquibus,non minus tamen duobus aut tribus prouinciæ ſuæ epiſcopis, qui electionem epiſcopi(ſi facienda adhuc eſſet) gubernarent, factamq; examina- F
rent,& in electum inquirerent quàmſeueriſsimè,vitamq; omnem eius & facultatem ad epiſcopale munus, explorarent: ac tum demum ad epiſcopalem functionem initiarent. Quæ omnia eo erant inſtituta,& valebant, vt eſſet inter eccleſias,& earum miniſtros,quanta omnino poſſet eſſe notitia, curáque mutua: & ad arcenda atque depellenda cuncta doctrinæ,morumq; offendicula, & ad fidei atque vitæ Chriſto domino dignæ ædificationem ſuſtentandam, proue-hendam,atque efficiendam efficaciorem: adeò, vt ſi aliqui ab officio ceſſaſſent ſuo,cæteri epiſcopi ſuccurrerent,etiam vſque ad obſtinatorum abſtentionem, ac etiam à munere epiſcopali deiectionem. Conſiderentur quæ diuus Cyprianus ad Stephanum Romanum Pontificem,de Martiano epiſcopo Arelatenſi, qui in ſectam Nouatiani tranſierat,lib.3.epiſt.13. tum illa quæ ſcripſit in epiſt.3. lib.1.de diſtributa cuique epiſcoporum certa gregis portione: Et quæ præfatus eſt & in Conc.Carthaginenſi,vt ſcripſit ad Quirinum.

Porrò,vbi orbis eccleſijs refertus fuit,ac ipſi quoque Metropolitani ſua ſingulari cura opus haberent: nec enim provt cœperant eſſe plurimi, ita omnes pro ſuo loco ſatis vel ſapiebant vel vigilabant(pauci enim ſemper,& in omnib. homi-

A hominum ordinibus præstantes) episcopis quibusdam primarum ecclesiarum aliquot prouinciarum cura demandata est, vt Romano, Constantinopolitano, Antiocheno, Alexandrino, deinde & Cæsariensi, Cappadociæ, & alijs quibusdam, provt fidelium Christi ecclesijs multiplicatis, necessitas videbatur requirere. His tamen primatibus episcopis (quos postea vocauerunt Patriarchas) nihil omnino iuris erat in illos episcopos alios, vel ecclesias, vltra quàm dixi, cuique fuisse Metropolitæ, in ecclesias atque episcopos suæ prouinciæ. Quisque suæ portioni ecclesiarum debebat singularem curam, & solicitudinem: monere quoque episcopos in tempore, si quid peccasset aliquis, aut in suo munere cessasset, & si nihil profecisset monendo, concilij adhibere authoritatem. Inter hos primus locus delatus Romano, cùm propter D. Petri reuerentiam, tum propter vrbis maiestatem. Quam rationem sequuti postea Patres, secundas tribuerunt Constantinopolitano, vt alteræ Romæ, sedisq; Imperij episcopo, cùm Antiochenus ante secundum locum inter hos Patriarchas obtinuisset. Vt autem natura hominum vitiata ambitione semper magis elaborat, vt latè, quàm vt bene præsit, Patriarchæ isti, occasionis istius generalis curæ ecclesiarum, ipsis demandatæ, pertraxerunt ad se, primùm viciniorum episcoporum ordinationem atque per eam ordinationem, sensim aliquam in tales episcopos, atque eorum ecclesias arripuerunt, confirmaruntq; iurisdictionem. Quod malum, cùm iam
B glisceret, cœpit graue existere certamen, de generali in omnes ecclesias imperio: quod quidem primùm sibi sumere conatus est Ioannes quidam Constantinopolitanus episcopus sub Imperatore Mauricio: de qua contentione permultæ epistolæ inter epistolas D. Gregorij lib. 5. 6. & 7. extant. Tandem sub Phoca obtinuit Romanus hunc titulum vniuersalis episcopi, quo sensim abuti magis magisq; huius sedis episcopi cœperunt, donec occasione, primùm diuisione Imperij sub Carolo Magno, postea dissidijs principum, & nationum, quib. fregerunt potentiam Imperatorum Occidentis, atque Regum aliorum, se in illam quam nunc iactant, Antichristianam potentiam extulerunt, oppressa primùm episcoporum, deinde omnium etiam Regum & Imperatorum potestate. Sic itaque euertit Satan omnem clericalis ordinis salutarem obedientiam & gubernationem: Romanus enim Antichristus immediatum sibi sumpsit imperium in omnem clerum, ac etiam laicos: atque episcoporum, cùm boni essent, custodiam & curam erga eorum fidei commendatos dissoluit. At quia omnino necesse est, vt singuli clerici suos habeant proprios custodes, & curatores, instauranda est, vt episcoporum, ita & archidiaconorum, aliorumq; omnium, quibuscunque censeantur nominibus, quibus portio aliqua commissa est custodiendi gubernandiq; cleri, authoritas, potestas: sed & vigilantia, & animaduersio, ne quis omnino sit in hoc ordine ἀφεδρεύτω.

Quod verò attinet ad quartam partem huius Clericalis disciplinæ, studium
C sacrarum literarum, est in promptu præceptum Spiritus sancti, Attende lectioni, adhortationi, doctrinæ 1. Timoth. 4. Et ad Aronem de veteri sacerdotio, cui nostrum debet modis omnibus antecedere: Vinum ac potum vllum inebriantem non bibes, nec tu, nec filij tui, qui tecum sunt, cùm ingredimini in Tabernaculum, ne moriamini. Ceremonia sempiterna sit hæc vobis per generationes vestras. Et vt discrimen faciatis inter sanctum & prophanum, inter mundum & immundum: vtq; doceatis filios Israel, omnes ceremonias, de quibus loquutus est vobis Dominus per Mosen. Hos. 4. Quia repulisti scientiam, repellam te, ne fungaris mihi sacerdotio. Et Melach. Labia sacerdotum custodiunt scientiam, & legem requirent de ore eius, quia angelus domini est.

Circa hanc partem disciplinæ, disputari pridem solitum fuit: Num clerico liceat etiam scripta Ethnicorum euoluere. Debent illi quidem dies noctesq; meditari in lege domini, nec ex vllis alijs scriptis discere, quæ sunt de Deo, de nobis, deq; omnium rerum creatione, atque diuina gubernatione, credenda: quim

busq; rationibus sit colendus Deus, diligendus proximus, nosq; omnes ad v- D
trunque sanctificandi.

Hæc ex diuinis literis duntaxat petenda sunt. At quoniam certa ac præclara sunt Dei dona, cunctæ philosophiæ, quæ vocantur partes: Artes logicæ, morales, atque naturales: patetq; latissimè harum vtilitas, ad agnoscendam Dei omnipotentiam, sapientiam, & bonitatem: docent enim logicæ artes, commodè loqui per grammaticam, sternuntq; viam per dialecticam ad cæteras artes perdiscendas, verumq; de omni re, & in omni oratione facilè perspiciendum: Moralis philosophia docet nosse, & regere propríos affectus & mores, rectèq;, & ordine, rem domesticam, & publicam colere atque administrare: Naturalis corporum tradit cælestium atque animantium terrenorum, & eorum quæ in aquis versantur, naturas, motus, vires, magnitudines, numeros, vsum: In quibus omnibus rebus Dei omnipotentia, sapientia, & bonitas, id est, diuinitas mirificè elucet: Quocirca qui in ecclesijs Dei maximè profuerunt sancti patres & doctores, his omnibus artibus egregiè fuerunt exculti: sicut etiam indubiè Patriarchę atque præcipui Prophetarum. Omnium enim verè sanctorum vox est: Lætificas me ò Iehouah operibus tuis, & de factis manuum tuarum iubilabo. Quàm magna sunt opera tua ò Iehouah, admodum altæ sunt cogitationes tuæ: vir bardus non agnoscit, vir stultus non intelligit hoc. Quibus itaque veterum sanctorum ea donata fuit vis ingenij, & tantum ab alijs necessarijs rebus concessum ocij, hi nullam Philosophiæ partem prætermiserunt, quam sibi non redderent familiarem: adeò vt Rex Salomon, cui tamen amplissimi regni impendebat procuratio, vniuersam nihilominus fuerit Philosophiam complexus, rationalem, moralem, & naturalem. Quicquid enim artium tenuerunt Orientales, & Aegyptij, doctissimiq; in populo Dei, his omnibus excellebat, vt parabolarum, hoc est, sententiarum eruditarum ediderit tria millia, carminum mille quingenta, explicaritq; naturas arborum, & plantarum, à cedro vsque ad hyssopum, animantiumq;, auium, reptilium, atque piscium 1. Reg. 4. Nec fuerunt aliud, quàm legis diuinæ, & bonarum artium scholæ, Prophetarum collegia, de quibus legimus, 2. Reg. 2. & 4. Sic habuerũt & Apostoli suos discipulos, & hi ipsi discipuli, alios discipulos, alijq; audierunt. Ita Polycarpus Ioannem, Irenæus Polycarpum, & quisque horum in ecclesia excellentium doctrinæ virorum suos habuit peculiares discipulos, vt apud Eusebium in Hist. Ecclesiast. legimus lib. 5. cap. 19. & locis alijs. Hinc schola perpetua fuit Alexandriæ, atque etiam apud alias ecclesias vnde nata sunt multa cœnobia, quæ nihil quàm scholæ erant. Ex quo est, vt & in decreto Pontificio dist. 37. & de magistris præcipiatur, vt scholæ habeantur apud ecclesias. Postea collapsa disciplina cœnobiorum, & collegiorum canonicorum, institutæ sunt per pios principes, scholæ, vt Lutetiana, Ticinensis per Carolum Magnum, Anno 792. Et ante hanc nostra Cantabrigiensis, per Regẽ Sygebertum Anno Domini 630. Oxoniens. per Regem Auledum anno 895. Vide Polyd. Virg. lib. 4. historiæ Anglicanę. Horum principum exempla sunt postea, & alij multi sequuti per Italiam, Galliam, Hispaniam, & Germaniam. Ab his scholis, cùm res Christi primùm præclarè iuuaretur, prodeuntibus ex illis ad ministeria sanctæ ecclesiæ, multis admodum eruditis & pijs viris, vtcunque nebulæ humanorum commentorum iam tum lucem doctrinæ Euangelicæ non parum obscurassent, Antichristi Romani eas sibi tandem obnoxias fecerunt. Quo facto, & obtinente iam omnia eo ipso Principe tenebrarum, interciderũt miserè, cum pura Christi doctrina, & linguarum, bonarumq; artium studia, inq; locum earum recepta sunt fœda illa, & sophistica linguarum atque artium simulachra, de quibus in Academijs sese iactitarunt, & doctorum hominum titulos, emolumenta, & dignitatem inuaserunt.

Miseratus autem hos errores nostros, & exitium, Dominus & seruator noster Iesus Christus, nouissimo hoc nostro tempore in his ipsis scholis, excitauit

rursus

A rursus,& quidem multis & peracribus certa minibus,qui & linguarum, quæ ad solidam eruditionem necessariæ sunt,& honestarum disciplinarum studia reuocarunt,sensimq; instaurarunt. Hanc enim remergentem lucem, modis omnib. extinguere conati sunt,& conantur, vbi valent,Romanus Antichristus & mancipia eius,ac quicunque tenebras magis mundi,quàm lucem diligunt Christi. Quo ipso etiam argumẽto intelligere nos decet,qui Christi esse volumus,quãtopere oporteat nos niti contra,vt scholæ istæ,Christi regno,totæ & retineantur,& deseruiant. Ad quod sanè nemo non videt esse necessarium, vt primùm nemo in collegia illarum recipiatur,nisi qui profitentur se sacro ministerio(si ad id vocentur)velle accommodare,nemoq; in eo toleretur, qui nõ huic suæ professioni satisfacere fideliter studeat,& ad præfinitum vsque tempus, quo si non promouerit,vt possit sacro adhiberi ecclesiarum ministerio,obligetur quisque ad se dignum studium:vel ne locum quisquam occupet eorum, qui ad sacrum ministerium debent educari,atque formari,qui ad hoc ministerium,aut nõ est à domino factus,aut non se accommodare studet.

Vltima pars Clericalis disciplinæ est,vigilans in ministeriis ecclesiasticis ritè obeundis assiduitas & instantia,quæ nobis tum aliàs,tum 1. Thess.2. & Actorũ 20. describitur. His enim locis testatur Apostolus,Deum & Ecclesias,quibus regnum Dei prædicauit, Thessalonicen. & Ephesinam,quanta fide & diligen-
B tia his incubuerit ministeriis. Primùm enim testatur, nihil se omnino prætermisisse earum rerum,quæ potuissentChristi populo esse cognitu vtiles,omneq; eis consilium Dei annunciasse: Deinde,quæcunque ad pœnitentiam,& fidem Christi,id est,ad totum Christi ministeriũ pertinent,omnibus cõmunica sse, & commendasse,publicè,domatim & priuatim: Præterea in his rebus tradendis & commendandis,esse vsum omnibus iis rationibus,quibus vti possit, qui tradere aliquid velit summa diligentia :Annunciasse enim,se prædicasse,docuisse, correxisse,esse adhortatum,obtestatum,consolatum.

Postremò meminit se hæc curasse summa animi contentione, religione, & studio. Contentione: Nam ait,se multis fuisse antea testationibus per insidias ei structas à Iudæis,multisq; afflictionibus & contumeliis,probatum:adeóque Euangelium administrasse cum multo certamine. Religione: Nam confirmat & adhibito,cùm Dei,tum eorum,quibus prædicauerat, testimonio, se munus suum obiisse procul omni impostura,impuritate,dolo,adulatione,studio quæstus,ambitione gratiæ,& gloriæ humanæ: sed vt à Deo fuit probatus, studens Deo non hominibus suum ministerium approbare,conuersatus apud credentes,sanctè,iustè,irreprehensibiliter, absque vllius quoque onere: nullius enim argentum,aurum,aut vestem repetiuit,sed suis operans manibus,idq;multo cũ
C labore,& fatigatione,dies & noctes, necessaria parauit sibi, & iis, quos secum habebat. Studio: Percupidum enim fuisse declarauit se suorum auditorum,fouisseq; eos,vt nutrix fouet suos ipsius filios:atque fuisse paratum, vt non solùm Euangelion eis,verùmetiam animam suam communicaret:vnumquenque fuisse adhortatum,consolatum,& obtestatum,vt pater posset filium suum adhortari,consolari,obtestari,idq; cum multis lachrymis. Hæc tanta requiritur sedulitas,vigilantia,assiduitas,studium,animi contentio, ad fidelem horum ministeriorum administrationem. nam nihil est homini,nec difficilius,nec optatius, ac diuinius,quàm cooperari Deo, in faciendo ex hominibus Deos. Nullum igitur potest homini obuenire negocium,quod pari debeat cura, & studio procurare. Id quod Christus dominus abundè in seipso declarauit, cùm ex eo se probarit esse bonum pastorem,quòd animam suam ponat pro ouibus suis: quòd educit ipse illas in pascua vitæ æternæ, antecedit eas, nominat vnamquamque suo nomine Ioannis decimo.Relinquit 99. & abit quæsitum centesimam,Luc. 18. Qui denique studeant ea diligentia pascere & curare gregem Domini, quã requirit Ezech.34. quid possit ille facere ad summam vigilantiam.atque assi-

duitatem in omnibus miniſterij partibus reliqui? Nam quærere ſtudebit quic- D
quid de ouibus periit: aberrantes ſtatim curabit reducere, easq; quæ aliquid fre
gerint, obligare, debiles confirmare, beneq; paſtis, ſalubriter moderari.

Hæc ergo in obeundis ſacris miniſterijs aſsiduitas, vigilantia, & inſtantia quinta & vltima pars eſt diſciplinæ clericalis, ac præcipua, cuius cauſa, reliquæ quatuor requiruntur. Primæ enim duæ: Abſtentio à delicijs carnis, & mundi pompis, & reiectio negociorum, quæ poſsint his miniſterijs eſſe impedimẽto, eo requiruntur, ne quid admittatur à miniſtris, quod poſsit officere diligentiæ & aſsiduitati miniſtrandi. Reliquæ duæ: Accommodatio gubernationi peculiari cleri, & diuinarum literarum, atque bonarum diſciplinarum ſtudiũ: vt quæ ſint ſacri miniſterij certius intelligant, & præſentius meminerint, & abſolutius præſtent.

Hæc omnia, quæ de diſciplina, cùm eccleſiæ vniuerſæ, tum peculiariter ordinis clericalis, (ſicut & ante attuli) de miniſterijs doctrinæ atque ſacramentorum, ideo tam multis, tamq; plenè excogitaui: vt cum exponam magnifica illa de eccleſiæ miniſterijs teſtimonia, cogitemus ea non competere quibuſcunq; eccleſiarum miniſterijs: ſed ijs tantùm, quæ ita præſtantur religioſè, atque perfectè, vt Dominus ea inſtituit. Cùm enim plerique, tum parum eorum effectorum vident, in profitentibus Chriſti nomen, quæ diuinæ nobis ſcripturæ per ſacra eccleſiæ miniſteria pollicentur: alij in eum præcipitant errorem, vt etiam ve B
ra miniſteria doctrinæ Chriſtianæ, & ſacramentorum eſſe Chriſti miniſteria, nõ agnoſcant: ſed vt Antichriſtiana repudient & fugiant. Alij verò cuncta eccleſię miniſteria, vt res externas, & ad ſalutem hominum per ſe nihil conferentes, nõ ſuo loco habeant. At nulla pars ſacri miniſterij Chriſti (fide ſolida Chriſti excepta) non eſt ad ſalutem ſanctorum efficax, & ſi iam reliquæ partes huius miniſterij nõ adhibeantur. Sed nec iſta ea adhibeatur, qua oportebat, religione. Verùm quòd tam pauci, vel nullam ſacri miniſterij partem, vera fide excipiunt, magna cauſſa eſt, quòd non omnes ſacri miniſterij partes adminiſtrantur, & ea adminiſtrantur ſolicitudine atque diligentia, quam dominus à nobis poſcit. Non alligauit quidem Deus vim ſaluandi electos ſuos, vllis humanis operibus & functionibus, vllis verbis, aut ſignis, quæ per homines adminiſtrantur. At, quia optimus eſt, quem inſtituit ipſe, miniſteriorum eccleſiaſticorum ordo, poſtulat meritò eum obſeruari ordinem quàm religioſiſsimè, atque negligentibus hunc ordinem, ſuamq; amentiam ipſius anteponentibus æternæ ſapientiæ, ſiue falsò interpretando, quæ de his ſuis miniſterijs ipſe confirmat, ſiue negligẽtius ea miniſteria obeundo, iure, gratiæ, & ſpiritus ſui ſubtrahit incremẽta: indeq; fit noſtra culpa, vt hæc ſalutis miniſteria contemnantur ab hominibus, earúmque tam exigua appareat vis & efficacia.

Iam itaque aggrediemur (iuuante domino) earum aliquot & præcipuarum diuinæ ſcripturæ authoritatum, quæ nos docent de vi & energia, tum de vero quoque & legitimo vſu ſacrorum miniſteriorum. Et primùm de vi, & efficacia eorum in genere omnium, & doctrinæ ſcilicet, & ſacramentorum, & diſciplinę. Nam his omnibus rationibus, & per doctrinam, & per ſacramenta, & per diſciplinam ſuam, ſuum Deus ipſe nobis verbum & vim ſaluificam eam communicat, qua & ipſum Deum, & nos ſic agnoſcamus, vt nobis ſemper diſpliceamus, veteremq; hominem noſtrum mortificemus, & ipſum, vt Deum noſtrum ſuſcipiamus ac colamus, Chriſtum dominum induamus.

Porrò vt attentius ac religioſius ea quæ Spiritus ſanctus nos de vi, & efficacia ſacri miniſterij docet, obſeruemus, expendamus, & cõſideremus: nõ inutile fuerit, vt agnoſcamus atque perpendamus ante omnia aſtus atque verſutias Satanæ, quibus Satan obſcurat, atque contemptam reddit nimis multis hominib. hanc ſalutis noſtræ adminiſtrationem, quam dominus miniſterijs doctrinę ſuę, ſacramentorum, & diſciplinæ, exhibet in eceleſijs ſuis atque perficit.

Nouit

A Nouit enim ille, si nos hæc Christi ministeria, ita coleremus, vt primi Christiani ea colebant, perseuerantes, adhærentes, & incumbentes doctrinæ Apostolorum, communicationi rerum omnium, fractioni panis, ac cæteris sacris religionis nostræ ceremonijs, & actionibus, eandem etiam nos vim atque virtutem sensuros horum ministeriorum: vt maxima gratia flagraremus, & apud Deum, & apud homines, qui non sint omnino profligatæ humanitatis: signa ac miracula multa ad Dei gloriam, atque hominum salutem Deus per suos ministros ederet, quàm plurimos gregi suo, qui vnà salui fierent, quotidie adiungeret, daretq; etiam, ne quisquam inter nos egeret: promissa omnia sua Deus nobis impleret, quę populo suo vnquam fecit, de interna, externa, & æterna felicitate, in libris legis. Hęc itaque cùm probè norit Satan, summis sanè conatibus, & incredibilibus dolis homines ab eo auertit, ne quantũ Deus benignitatis suæ nobis præstet his Ecclesiæ suæ ministerijs, intelligant, eisq; fruantur. Alios enim ita occupat curis & negocijs huius mundi, vt nec Deo ipso, nedum de eius ministerijs, quicquam, aut cogitent ipsi, aut se doceri sustineant ab alijs. Alios verò facit qui æuis ecclesiæ suæ ministeria, etiam multis Antichristi abominationibus contaminata, sic suspicere & admirari, vt iam non pro Christi ministerijs, sed falsorũ sacerdotum magisterijs, quasiq; magica quædam mysteria habeant, & non paruo emant. Alios, & qui tamen non volunt videri studijs teneri carnis & mundi cùm his tamen toti ardeant, ea replet impietate, vt cuncta ecclesiæ ministeria,
B tanquam res externas, fastidiant, velintq; ipsi, absque vllo medio ministerio hominum, sed velut Mose, agere ipsi cum Deo, videriq; & alloqui eum facie ad faciem. Alios & ministros, & ex plebe quàmplurimos facit, tam frigidè administrare, atque percipere hæc ministeria, vt Deo revera illudant, & molesti sint, vt illi Iesa. 1. Multos demandat, vt de vi & vsu vero sacrorum ministeriorũ, non tam discere studeant, quæ tradit Deus, quàm propter sua de illis commenta, perpetuò dilitigare & contendere.

Non paucos, etiam optimos alioqui viros, implicat vano metu, ne Christi in Ecclesia ministeria, ad veterem idololatriam, & magiam rapiantur, vt horreant de his ministerijs loqui ijs verbis, quibus ea ipsa nobis Dominus commendauit & Spiritus sanctus prædicat. Vnde alijs etiam bonis viris videntur, sacra hæc ministeria in totum reijcere & contemnere, vt Satanæ faciunt mancipia, quos tertio loco numeraui. Quam superstitionem in plerisque ita auget Satan, vt tam plenis & amplis verbis cùm simplicibus, tum metaphoricis, vim & efficaciam scilicet ministeriorum efferant, vt ab illis, de quibus modò dixi, credantur ad superstitionem reuerti eorum, quos secundo loco recensui, qui externis tribuunt ministerijs, quæ Christo domino propria sunt: eoq; pacto excitat Satan inter hos, graues, & ecclesijs pernicioſas concertationes. Ista itaque cùm videa
C mus moliri agereque Satanam, & his artibus, sicut veram ministeriorum istorum cognitionem, atque æstimationem, ita etiam vim saluificam, atque verum vsum hominibus, miserrimum in modum auertere, vt nusquam vlla ritè ecclesia constituta appareat: nusquam ita (vt Dominus instituit) sacræ ecclesiæ ministeria exhibeantur & excipiantur, sicut oportet. debemus certè nos contrà, & precibus, & religiosa Scripturarum excussione, his Satanæ conatibus occurrere: eoq; eniti quòd Dominus nostra ad id opera vti dignetur, ne homines sacra ministeria, vel in totum negligant, vel frigidè, ac irreligiosè illis vtantur, sed nec contaminent ea humanis inuentis, aut superstitione aliqua illa conuertãt in instrumenta idololatriæ, vel magiæ: nec inutiliter de illis delitigent, aut etiam minus cautim ac dilucidè, iuxta diuinas scripturas, de illis loquantur, vel aliorum de his verba minus candidè excipiant atque interpretentur: sed hoc ope Domini studere efficere, vt omnes hæc summa Dei beneficia, & quæ sint, & quanti facienda, quaq; religione vsurpanda, ex ipsis verbis Domini, & Spiritus sancti discant, sic quoque de illis loquantur, & mysteria ista explicent. Item verbis Do-

mini, & Spiritus ſancti, quo profligatis omnibus irreligioſis diſputationibus, D
atque contentionibus, ita omnes his myſterijs vtamur, vt in cognitione, & ſtudio Chriſti, gnauiter proficiamus, regnumq; eius in dies magis florere videamus. His enim miniſterijs tenet filius Dei nos, & adminiſtrat regnum ſuum.

Porrò omnis error circa eccleſiæ miniſteria, eorumq; & neglectus atque abuſus ex eo ſolo exiſtit, quòd homines non credunt verè, ac ſentiunt, Deum ipſum his ſuis miniſterijs, ſecum agere, & agere æternam ipſorum ſalutem. Qui enim iſtud credat ac conſideret probè, quomodo poſsit is hæc miniſteria, vel in totum vlla de cauſa, ſiue carnali, ſiue ſpirituali contemnere? vt faciunt qui ſunt de primo & tertio genere eorum, quos enumerauí circa hæc miniſteria agitari erroribus, vel etiam irreligioſè de eis diſputare ac contendere, aut frigidè illa ac ſine veris fidei motibus vſurpare: quæ mala admittunt, quos quarto & quinto loco recenſui: imò nec vllo poſſet eiuſmodi, vel loquendi de his myſterijs, eaq; ritè explicandi, errore implicari. Nec enim valeat is, qui rectè ſentiat, Deum ipſum ſecum agere, atque agere per ſacræ eccleſiæ miniſteria & loqui, agereq; ſalutem ſuam ſempiternam, non mentem totam ad Deum ipſum attollere, & excipere, vt verba & opera vitæ æternæ. Intelliget itaque etiam probè hæc myſteria, dignè eſtimabit, atque ſumma etiam religione vſurpabit: Deo docente eum & agente ſuo ſpiritu. At verò, quo plenius percipiamus, & preſsius conſideremus, ſemper Deum ipſum in ſacris ſuis miniſterijs, nobiſcum loqui, & agere, oper æprecium eſt, vt ſingulari animaduerſione expendamus immenſam illam Dei ab initio creationis noſtræ in nos declaratam φιλανθρωπίαν, atque ineffabile illud arcanum coniunctionis, & communionis, ad quam nos æternus Deus (ſimul ac condidit) ſuſcepit, quamq; cunctis ſuis actionibus electis ſuis conſeruat & prouehit. Creauit enim hominem ad imaginem ſuam: vtq; pater cum filio, egit cum eo per quàm familiariter. Dominum ac moderatorem omnium reliquorum animantium, in Paradiſum, eius cauſa conditum, & arboribus omnis generis fructus, & eſu bonos, & aſpectu iucundos, ferentibus, conſitum, collocauit, vt eam coleret, eiusq; fructibus frueretur. In quo ſtatu ſi perſeueraſſet, Deum ita ſemper familiarem habuiſſet: ſunt enim dona, & vocatio Dei abſque pœnitentia, quin cum atrociſsimo ſcelere tanta abieciſſet beneficia, nec ingratum tantùm ſe aduerſus tam beneficum in ſe Deum, ſed & perfidum præſtitiſſet, cùm abiecta eius ſalutari gubernatione, ſeipſum conſtituere Deum ſibi nec tam æquare ſe Deo, quàm ſpoliare Deum ſua diuinitate, eſſet extrema impietate conatus: nec enim poteſt quiſquam ſibi videri tanquam Deus, & ſeipſum ſcire bonum & malum, hoc eſt, poſſe ſibi ipſi prouidere de rebus optatis, depellere contraria: niſi qui ſe ſupra Deum vnicum & verum extulerit. Hæc inquam tanta, tanq; horrenda impietate & perfidia licet inſanijſſet homo aduerſus æternam Dei maieſtatem, tamen eum Deum adeò abijcere non potuit, vt redemptorem ei ab æterna morte, in quam ſe ſua impietate deiecerat, non deſtinarit, pollicitusq; ſtatim ſit verbum ſuum æternum, ex ipſo homine incarnandũ ſemen ſcilicet futurum mulieris. Cuius quoque agni immaculati immolationem, qua humanum genus erat redimendum, iam tum & eo videtur deus adũbraſſe & promiſiſſe, cùm veſtes ipſe fecit, Adamo & vxori eius ex pellibus, & veſtiuit eos. Quòd enim veſtes has fecit ex pellibus mortuorum animantium, mortem filij ſui ſignificaſſe videtur. Quòd verò his veſtibus induit primos parentes noſtros, pudoremq; eorum contexit: eo indicauit probrum noſtrum, & peccatum, per Chriſti ſui iuſtitiam tegendam: & nos vt in conſpectum ſuũ prodire auderemus, nec abominabiles ipſi eſſemus, ornãdos. Noui quidem & veteres aliquot interpretes, interpretari hunc locum, in eum ſenſum, quòd Dominus voluerit noſtros parentes his admonere ſignis, peccati ſui & mortis, cui ſe peccãdo feciſſent obnoxios: verùm quia in ſacra hiſtoria pręmiſſum eſt. Adam & vxorem eius ſe abſcondiſſe, ac timuiſſe prodire, eo quòd nudi eſſent: & hîc

memo-

A. memoratur Deum ipsum vestes illis fecisse, ac ipsum etiam his eos induisse, ac illis contulisse id, quo, dum carerent, in conspectu Dei prodire non audebant, malo ego sentire has vestes sacramenta, quibus Deus, perditis iam peccatis hominibus, dono autem eius, de eo pœnitentibus exhibuerit peccatorum ab oculis suis remotionem, & opertionem, ne eis illa imputaret, & ornatum iustitiæ, Christi ipsius induitionem.

Huic cogitationi fauet Onkelus, qui vertit precioſas veſtes. Eam verò deus coniunctionem & familiaritatem cum homine est mirificè prosequutus: & nõ tantùm erga pium Abel, verùmetiam cum impio quoque Cain, quem & parricidio præmonitione reuocauit, & de perpetrato iudicauit, seruauitq; etiã quamquam trementem, & perpetuis terroribus agitatum, vt erat meritus. Ex hac dedit primis parentibus loco Abelis, pium Seth, per cuius filium, ac posteros, religio, cultusq; Dei est publicè restitutus. Ex qua sancta posteritate Hanoch laudatur, vt qui peculiariter cum Deo vixerit, quare eum etiam maturè ad se sustulit. Ita verò prædicatur & Noah cum Deo vixisse, per quem Deus, non solùm genus humanum in octo tantùm animabus, verùmetiam omnium animantiũ per paucissimas reliquias inita ratione seruauit, cùm reliquos omnes diluuio, vt meriti erant sua impietate, perderet.

B Huic sanè Noah ita paternè & familiariter præcepit, & de arca facienda, & de ingressu in eam, atque de egressu ex ea. Postea rursus ad impietatem degenerante hominum genere, eduxit de terra, & cognatione sua, Abrahamum, & peregrinari fecit in terra Chanaan, atque in Aegypto, & apud Philistæos, atque vbique adfuit ei, rexitq; & duxit eum, vt veram inter suos religionem coleret, nec passus hominem illi incommodare, castigauitq; propter eum Reges, vindicem fecit eum Lotti nepotis sui: incendium Sodomorum ei prædixit, vereq; se Deum & patrem illi per omnia præstitit, inito quoque fœdere cum eo salutis æternæ, cùm per sacrificium vitulæ, & capræ triennis, & pullum columbæ, tum circunciſionis. Similem charitatem atque beneuolentiam perhibuit, & Isaaco, Iacobo, Mosi quem liberatorem populi, & legislatorem, & doctorem, & ducẽ fecit, manifestis alloquijs suis, & maximis miraculis atque portentis.

Sacramentũ arce obseruetur hoc loco.

Hunc Deum constituit Aharonis fratris, quum voluit ei esse vice oris: constituit eum etiam Deum Pharaonis. Percussu virgæ in aquas, vertuntur illę in sanguinem, & producunt ranas: in puluerem & replentur omnes homines, & iumenta pediculis: aspersione fauillæ, replentur vlceribus corpora hominum, & iumentorum: sustulit virgam versus cælum, & deseuijt horrenda tempestas: liniuit postes tabernaculorum suorum, populus Israel sanguine agni, & transijt

C Angelus percussor: traducti sunt per mare rubrum, & desertum ducatu ignis noctu, lucida nube diu. Datur à deo populo panis, aqua, carnes: alloquitur eos voce sua in monte Sina, adhibitis tonitruis, fulguribus, ventis horrisonis, & cõcussione terræ. Hîc deprecatur populus, ipsam Dei vocẽ audire, polliceturq; se Mosi crediturum: huic loquitur Deus ore ad os. Hic fuit publica sacri ministerij facta institutio: Nihilominus tamen Deus, vt Mosi, ita & Prophetis alijs est loquutus, vel adhibito ministerio Angelorum, atque aliquibus vsus, ac sensibilibus sacramentis. Hæc verò omnia, quæ in Scripturis legimus, de Dei cum sanctis Patribus & Prophetis locutionibus, ita oportet nos amplecti, & considerare, vt non dubitemus, non minus Deum se hodie adiungere nobis, loqui & agere nobiscum, per sacra eius in ecclesia ministeria, quàm adiunxerit se, loquutus sit, egeritq; cum sanctis illis patribus & vatibus. Est enim idem illorum, & noster Deus, eundemq; quem illis, fidei spiritum & nobis confert: nec minus efficax est in ministerijs suis, quàm cùm ipse se terrificis operibus suis præsentem veteribus exhibuit. Consternatus populus Israel, horrisona illa tempestate in monte Sina: ad omnia se consecrabat deo, sed quamdiu fuerunt memores, huius suæ promissionis, accedente tentatione Bileam Angelum Dei vidit &

audiuit,tamen deo perrexit aduersari & conari populi pernitiem, cui impulsus à deo benedixit. Christum audierunt,& adorauerunt quàmplurimi,qui postea ad pœnam eum depoposcerũt. Quo itaq; semper credamus,& memores simus perpendamusq; dei erga nos infinitam charitatem,ineffabilem coniunctionẽ, & quasi familiaritatem,quam verè nobis in Ecclesia sua, per sua exhibet ministeria:primùm omnium sanctè,& pressè,ac perpetuò expendamus cuncta dei verba, signa, & facta, quibus se iam inde ab origine generis humani,patefecit hominibus, ad salutemq; æternam docuit, instituit, formauitq; ac perduxit. Nec dubitemus,quicquid beneficij,quicquid sui,deus vllis verbis,signis aut factis exhibuit veteri populo,idipsum omne & nobis offerre,atque præstare:nisi ipsi hæc eius beneficia impiè repudiemus vltro oblata per sacra sua mysteria: imò his ampliora iuxta illud: Multi Reges, & Prophetæ optarunt videre quæ vos videtis,& non viderunt,& audire quæ vos auditis,& non audierunt. Nam cùm multifariam & multis modis esset Deus loquutus Patribus per Prophetas nobis loquutus est per filium in extremis his diebus. Primum itaque quod plurimum nobis eò conferret, vt de sacris Christi ministerijs id,quod decet, estq; nobis salutare,cùm sentiamus,tum loquamur:vtq; illis ad salutem nostram prouehendam prolixè fruamnr,erit,vt cuncta illa diuinarum scripturarum loca diligenter obseruemus atque ponderemus, quibus Deus commemoratur cum Patribus nostris esse loquutus,docuisse eos,admonuisse,& salutem eorum perfecisse. Et in his locis probè considerem us, & quibus Deus sit vsus ministris, & quibus verbis,signis,operibus. Deinde vt tantam vim salutis nostræ efficiendæ ac perficiendæ,quantam Deus in sacræ Ecclesiæ ministerijs nobis perfert, & exhibet,rectè agnoscamus,& perspiciamus,necesse est nos valde quoque religiosè animis nostris voluere & ponderare immensum illud diuinæ erga nos charitatis beneficium,incarnationem æterni verbi Dei,natum & donatum nobis filium Dei,vt nobis caput sit,& nos habeat suum corpus. Verbum quod initio erat apud Deum,& est Deus ipse,caro factum est, & habitauit, versatumq; est in mundo inter suos,eisq; gloriam suam,vt vnigeniti, exhibuit conspiciendam,atque etiam contrectandam Ioan.1. Et in epistola cap. 1. in quo loco singularem perpensionem requirit illud,quod Apostolus gloriatur,se & collegas suos,verbum vitæ oculis suis vidisse & spectasse,manibusq; suis contrectasse. Quæcunque igitur de incarnatione filij dei,natiuitate,conuersatione in hac vita,de doctrina & miraculis eius,atque supplicio,resurrectione atque ascensione domini in diuinis literis legimus:In his omnibus obseruemus, incredibilem illum dei erga genus humanum,amorem, cum ea coniunctione & communione,quam nec angelis impertijt. Semen enim Abrahæ,non angelos assumpsit: & recordemur dictorum domini Ioan. 14. Opera quæ ego facio,& ipse faciet, & maiora his faciet &c. Item,Ego vobiscum sum, vsque ad consummationem seculi: Et Ioan.6. Quemadmodum misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: Et Ioan.6. Qui edit carnem meam,viuet propter me. Quo verò genere vitæ? Vita noua & cælesti,vita Dei. Si autem viuunt Christiani vitam dei, etiam agere possunt actiones dei,erudire,& perducere ad salutem,viuente & agente in eis Christo domino,verbo incarnato.

Hæc longè clarius,& pluribus explicata legũtur Ioan. 17. Non verò pro his tantùm rogo,sed & pro his,qui credituri sunt per eorum sermonẽ in me, vt sint omnes vnum,sicut tum pater in me &c. In his obseruemus primùm,dominum dicere,fuisse homines credituros in se per Apostolorum sermonem: deinde orare,vt credentes in se,sint omnes vnum: & quemadmodum pater in ipso,& ipse in patre,vt & ipsi vnũ sint in ipsis, hoc est, ita planè obtineant diuinæ naturæ consortium,vt mundus credat,quòd ipsum pater miserit,quòd verbum æternũ patris caro factum sit,vniueritq; se ita nobis hominibus,atque nos homines sibi,quicunque ipsi credunt,vt viuamus,agamusq; in eo, & ipse in nobis vita & opera

A opera Dei, hoc est ipsi in perficienda salute Electorum inseruiamus: quod longè clarius dicit, cùm subijcit: Et ego dedi illis gloriam, quam dedisti mihi. Quæ hæc gloria? Nunquid explicatio diuinæ vitæ, virtutis, & operationis? Nam subijcit, Vt vnum sint, quemadmodum tu pater in me, & ego in te &c.

Iam paucos aliquot locos considéremus, quibus Spiritus sanctus nobis vim sacri ministerij commendat in genere: Ioan. 15. Non vos elegistis me, sed ego elegi vos, & posui vos, vt vos abeatis, & fructum feratis, & fructus vester maneat. Et, quicquid petieritis patrem in nomine meo, det vobis. Quis hęc verò loquitur? Nuncquid qui deus, & homo est, qui verbo mundum ex nihilo fecit? Quid igitur miri, si quos ad imaginem suam homines condidit, eligat, ponatq; ipse, vt fructum ferant, & manentem in vitam æternam: hi fructus etiam vberem ferāt & fructum hominum ad eandem vitam regeneratorum? Non sua illi quidem sed Patris, & Christi filij virtute, vnde subijcit: Vt quæcũque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis. Precibus hæc vis frugifera impetranda est, sed sunt hæ preces per Christum efficaces. Permagnum enim illud est: Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Alter locus est. Ioan. 20. Quemadmodum misit me pater, ita & ego mitto vos. Hęc cùm dixisset, insufflauit in eos & dixit eis, Accipite Spiritum sanctum. quorumcunque remiseritis peccata, remittuntur eis: quorumcunque retinueritis, retenta sunt. Hîc ordine ista ponderemus: Primum, quemadmodum misit me pater, & ego mitto vos. Misit autem

B pater ipsum, vt electos dei filios congregaret ad se, & Patrem suum, atque saluos faceret, fide Euangelij sui, susceptione in regnum suum. Deinde & cũ hoc dixisset, insufflauit in eos, ac dixit: Accipite Spiritum sanctum. Hoc autem ministris loquente & agente, quid non diuini operis suis perficerent ministerijs? Insufflauit verò in eos vt doceret ministraturos quidem ipsos salutem hominibus, verùm non propríjs viribus, sed vi spiritus, cuius symbolum erat halitus iste sensibilis. Tertiò: Quorum remiseritis peccata &c. Non ait, quibus vos peccata remissa esse denunciaueritis: sed quibus peccata vos, vos remiseritis. Vide in quantam euehat dignitatem ministros suos. Solius enim dei est, offensas suas remittere, sicut & cuiusque hominis hoc proprium est, vt per alium fieri non queat, remittere iniuriam in se factam, animumq; suum ei, qui iniuriam fecit, placatum reddere. Sed vult tamen deus gratiam suam & remissionem peccatorum suis exhibere per suos ministros, atque ea quæ ad hoc instituit ministeria omnia. Nam Baptismate abluuntur filij dei, eaq; ablutio, & omnium, quæ post admittuntur, peccatorum remissio confirmatur, atque exhibetur, Eucharistia, absolutione, & omnium Euangelij atque sacrarum precum administratione. Et tamen verum est, ministros non posse scire sine peculiari reuelatione, si quem verè peccatorum suorum pœniteat, nec posse etiam cuiquam peccata remitti, quę ipse peccata esse non sentiat, qualis est omnis quem peccatorum

C suorum non pœnitet. Verùm ministri, quanquam in administratione omnis sacri ministerij habeant iudicium suum, quòd sequantur confessionem oris, cui facta non contradicant: tamen quoniam peccatis neminem absoluunt, nisi pœnitentiam profitentem peccatorum: implicitum est in omni ministerio: Si credas, si te peccatorum pœniteat. Istam autem conditionem fidei & pœnitentiæ vult deus ante exhibitionem ministerij diligenter inuestigari, nec ex verbis tantùm, verùmetiam ex omni vita, si quidem adulti sint: ministerio verò ipsorum vult gratiam suam, atque peccatorum remissionem simpliciter absque vlla conditione exhiberi. Vnde dicitur in administratione Baptismatis: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus. S. hoc est, tibi præbeo baptisma Patris & Filij, & Spiritus sancti, vel vice Patris, Filij, & Spiritus sancti baptizo te, quod idem est acsi diceret, Abluo te peccatis, regenero te in vitam ęternam, indubitatam à peccatis mundationem, Deiq; vitam tibi confero. Requirit enim Deus simpliciter fidem misericordiæ suæ absque vllo respectu, aut existimatione pro

priorum meritorum. Atque hoc interest eius gloriæ, vt à nobis inuocetur & re D
cipiatur, vt qui nos saluos facit, & ex se, & propter se tãtùm. Nec etiam possunt
conscientiæ in misericordia Dei acquiescere, si dignitatis suæ, & conditionum
propriæ iustitiæ rationem ducant, & non amplectantur simpliciter salutem ex
gratia dei & propter Christum, Euangelio & cæteris Christi ministerijs oblatã.
Hæc verò fides, quanquam in apprehendenda salute oculos suos penitus auer-
tat à propria sua dignitate & indignitate, figatq; eos in gratuita penitus dei cle-
mentia, & Christi merito, tamen suapte natura sine peccatorum pœnitentia, at-
que inchoata iustitia esse non potest. Sed cùm legi dei hæc iustitia nunquam sa
tisfaciat, vult Deus & gloriæ suæ, & salutis nostræ causa, vt suam gratuitam be-
neuolentiam, peccatorumq; omnium ita simpliciter absque vlla cõditione per
sacra ministeria excipiamus & amplectamur. Atque hinc est, vt dominus & cũ
ligandi ad pœnitentiam agendam, & soluendi eo vinculo potestatem defert, di
xerit: Quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata in cælis &c. nõ quibus
ligationem vel absolutionem denunciaueritis.

Præterea discere ex hac loquendi forma, qua vsus est dominus, & hoc debe-
mus, quod deus à ministris suis postulat, ne cuiquam adulto salutem suam per
sacra ministeria addicant, de cuius fide & pœnitentia non debeant secundum
verbum ipsius, & veræ charitatis, quæ nec stulta, aut temporaria est: nec quic- E
quam prius, quàm gloriam Dei, deinde Ecclesiæ, ac omnium Electorum dei, sa
lutem spectat, & quærit, bene sperare. Affert denique mirificam afflictis con-
scientijs consolationem, cùm remissio peccatorum, salusq; æterna, non tam an
nunciatur, sed etiam exhibetur, vt si œconomus inducat, & deleat debitum, aut
reddit chirographum debiti, debitorem magis recreat, quàm si dicat ei tantùm,
dominum debitum remisisse: vt etiam amplius securum reddit de gratia facta
sibi principis, si minister principis eum educat è carcere manu sua, quàm si ei id
tantùm annunciet. Notetur hîc etiam consonantia promissionum. Certum est
deum præstare se nemini deum, nisi qui id vera fide agnoscat: tamẽ voluit sim-
pliciter prædicari populo: Ego sum deus tuus. Conditiones fidei & pœnitẽtiæ
alibi plenis verbis requirit.

Alter locus de Vi & efficacia sacri ministerij in communi, est in cantico Za-
chariæ, Luc. 2. vbi cecinit de filio suo Ioanne, primo Euangelij adminístro ex
Spiritu sancto, præibis faciem domini, vt pares viam eius, ad dandam scientiam
salutis. Et quam? In remissione peccatorum. Fidem itaque dant suo modo mi
nistri, quod & Paulus affirmat ad Corinthios: Quis ergo Paulus? Quis Apol-
lo? quàm διάκονοι, per quos credidistis? Quartò, expendamus & verba Domi-
ni ad Paulum, quæ Paulus ipse commemorauit Actor. 26. In hoc apparui tibi, F
vt te mihi ministrum vendicarem, & constituerem, atque testem eorum, quæ vi
disti, & quæ apparens tibi postea patefaciam, seligens & eximens te ex populo
Hebræo, & gentibus, ad quas te mitto, vt aperias eorum oculos, & conuertas à
tenebris ad lucem, & ex potestate Satanæ ad Deum, vt accipiant remissionem
peccatorum, & sortem inter sanctificatos in me. Quintò, considerabimus quæ
de sacro ministerio scripsit Apostolus 3. & 4. in priore ad Corinthios, in capite
tertio: Quis est Paulus? quis Apollo? nisi ministri, per quos credidistis, & vt
cuique dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed dominus dedit incre-
mentum. Itaque, neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui dat in-
crementum. Cæterùm is qui plantat, & is qui rigat, vnum sunt: vnusquisque ta-
men suam mercedem accipiet iuxta suum laborem: etenim dei sumus coopera-
rij: dei agricolatio, dei ædificatio estis iuxta gratiam dei, quæ data est mihi. vt sa-
piens architectus fundamentum posui: Alius autem super illud ædificat. Por-
rò quisque videat quomodo superstruat. Nam fundamentum aliud nemo po-
test ponere, præter hoc quod positum est, quod est Iesus Christus. Quòd si quis
superstruat super fundamẽtum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna,

fœnum

A fœnum, ſtipulam, cuiuſque opus manifeſtum fiet. Et in eadem epiſtola cap. 4. Sic agnoſcat nos homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum dei. &c. Et 2. Cor. 3. Epiſtola noſtra eſtis vos, inſcripta in cordibus veſtris, quæ intelligitur, & legitur ab omnibus hominibus, dum declaratis, quòd eſtis epiſtola Chriſti, ſubminiſtrata à nobis.

Hæc ſufficient omnibus piis ad cognoſcendam vim & efficaciam ſacrorum miniſteriorum in genere. Nam ex his animi ſanctorum docti, ac moniti, ipſi lectione Scripturarum obſeruabunt per ſe, quæ vbique in illis occurrũt huius doctrinæ teſtimonia. Nunc deſcendamus ad explicandam vim miniſteriorum ſingulatim, verbi, ſacramentorum, & diſciplinæ.

DE DOCTRINA, HOC EST, EVANGELII, *& ſanctarum adhortationum ex uerbis Dei, ui & efficacia.*

LVcæ 1. teſtatur ita Zacharias de Ioanne, Et multos filiorum Iſrael conuertet ad dominum deum ſuum &c.

Luc. 10. Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit: qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me. Iam, qui miniſtrum audit, Chriſtum audit, & qui Chriſtum audit, vitam æternam percipit.

B Roman. 1. Non pudet me Euangelij: eſt enim potentia dei ad ſalutem omni credenti. Euangelium eſt inſtrumentum, quo deus ſuam virtutem & potẽtiam exerit ad ſeruandos homines.

Roman. 1. Deſidero videre vos, ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικόν. Donũ ſpirituale, id eſt cõfirmatio fidei, donum ſingulare eſt, ſoliuſq; dei. Sed deus collationem iſtam tribuit miniſtro, 1. Corinth. 14. Qui prophetat, hominib. loquitur ædificationem, & exhortationem & conſolationem.

Galat. 2. Qui efficax fuit in Petro ad Apoſtolatum circunciſionis, efficax fuit & in me erga gentes. Coloſſen. 1. Quod Euangelion peruenit ad vos, quemadmodum in totum mundum, & eſt καρποφορούμενον. Fructus ille eſt regenerationis & ſalutis.

1. Theſſalonicen. 2. Propterea & nos gratias agimus deo indeſinenter, quòd quum audiuiſſetis à nobis prædicationem verbi Dei, ſuſcepiſtis non ſermonẽ hominum, ſed quemadmodum verè erat ſermonem Dei, qui & efficax fuit, ἐνεργεῖται in vobis.

DE VI ET EFFICACIA BAptiſmatis Chriſti.

C VIdeamus primùm, quid Spiritus ſanctus Baptiſmo tribuat, adminiſtrato per primum eius adminiſtrum Ioannem. De eo legimus Marci 1. & Luc. 3. miſſum Ioannem à deo, mandatumq; dei accepiſſe, vt prædicaret, tum etiam exhiberet baptiſma pœnitentiæ in remiſsionem peccatorum. Vnde etiam peccata ſua homines ſuſcipiendo baptiſma, confitebantur, Matth. 3. & prædicabat eis Ioannes Chriſtum, qui tollit peccatum mundi, & dat vitam æternam omni credenti in ipſum Ioan. 1. & 3. & Act. 19.

Nec quenquam mouere debet, D. Ioannem id poſuiſſe diſcriminis inter ſe & Chriſtum, quòd ipſe baptizaret aqua, ille autem baptizaturus eſſet ſpiritu & igni: Eo enim dicto voluit Ioannes oſtendere quantum intereſſet, non inter effectum baptiſmatis, quod ipſe adminiſtrabat, & quod nunc in eccleſijs adminiſtratur, aut docere ſuum baptiſma non fuiſſe Chriſti, de cuius plenitudine acceperat, vt populum pararet deo perfectum, ſicut verbo, ita & ſacramento, quod verbum eſt viſibile: ſed docere voluit diſcrimen inter ſignum aquæ, quo ipſe baptizando vtebatur, & vim illam mirificam Spiritus ſancti, quam dominus iuxta ſuam promiſsionem Actorum 1. effudit in diſcipulos ſuos in die Pentecoſtes,

Symbolis vſus,flatus vehementis,& ignis,apparentibus ſcilicet linguis diſper- D
titis,quaſi igneis.

Nam legimus Acto.1. Dominum mandaſſe ſuis,ne diſcederent à Hieroſoly mis,ſed expectarent promiſsionem patris,quam audiuiſtis, inquit, à me: Nam Ioannes quidem baptizauit aqua,vos verò baptizabimini Spiritu ſancto, non poſt multos hos dies. Cæterùm,quia Ioannes baptizauit baptiſmate pœniten tiæ, in remiſsionem peccatorum,iubens credere in aduenientem poſt ſe Chri- ſtum:baptizauit certè ſicut in Chriſtum dominum,ita & in Patrem,&Spiritum ſanctum:Nam peccatorum nec vera & ſalutaris pœnitentia,nec remiſsio perci pi à quoquam hominum poteſt,qui nõ ſit donatus Spiritu ſancto, ſpiritu fidei. Cumq; iram inſtantẽ Dei effugerunt,qui peccata ſua vera pœnitentia confeſsi, baptiſma à Ioanne accepiſſent (quod ſatis intelligitur ex illo Ioannis dicto ad Phariſæos & Sadducæos: Quis oſtendit vobis fugere à ventura ira?) neceſſe eſt,Spiritum ſanctum recepiſſe hoc baptiſmate,ſpiritum ſalutaris pœnitentiæ, & fidei in Chriſtum,de peccatorum remiſsione, quicunque illud baptiſma ita, vt à Ioanne prædicabatur,& exhibebatur,percipiebant. Aliud autem eſt, per- cipere Spiritum ſanctum,aliud eo baptizari,id eſt,quaſi perfundi,& eo, ceu in aqua immergi. Metaphoricῶs enim Ioannes & Dominus vſi ſunt verbo Bap- tizari,cùm loquuti ſunt de Baptiſmo Spiritus ſancti, & ignis, ſicut etiam cùm de Baptiſmo ſupplicij loquitur Luc. 12, Oportet baptizari me baptiſmate, & E
quàm conſtringor,donec perficiatur:Et Matth. 20. ad filios Zebedæi,Poteſtis baptizari baptiſmate,quo ego baptizor? Vtraque verò metaphora, abundan- tia ſignificatur illa Spiritus ſancti,hac afflictionum,ærumnarum. Hinc liquet & illud, Eph. illos duodecim viros,qui neſciebant,num Spiritus ſanctus eſſet, quos baptizauit Paulus,nõ fuiſſe baptizatos baptiſmate Ioannis,ideſt quod Io annes adminiſtrauit:ſed vt de ſe ipſi teſtati ſunt in baptiſma Ioannis. Ioannes e- nim à ſe baptizatis omnibus prædicauit, Chriſtum baptizarurum Spiritu ſan- cto,atque in hunc hortabatur,vt crederent,atque ab eo Spiritum ſanctum per- ciperent. Quocirca ignorare Spiritum ſanctum hi Epheſij non potuiſſent,ſi eo fuiſſent tincti baptiſmate,quod verè Ioannis dici potuiſſet. id quod & Apoſto- li verba ad hos viros ſatis indicant:Ioannes quidem baptizauit baptiſma pœni- tentiæ,populo dicens,vt in venientem poſt ſe crederent,hoc eſt,in Chriſtum.

His enim verbis docere voluit,eos non Ioannis baptiſma percepiſſe, qui Io- annis de Chriſto prædicationem, & promiſsionem nondum nouerant.

Sed reuertamur ad propoſitum,ad oſtendendum quæ vis ſit, & ἐνέργεια bap- tiſmatis: Ex iam dictis liquet,effectum baptiſmatis eſſe remiſsionem peccato- rum. Si iam expendamus verba ſeruatoris de Baptiſmate Ioannis 3. In his vi- debimus eſſe baptiſmo tributum à domino ipſo, effectum, regenerationem. Nam ita dixit: Niſi quis fuerit ex aqua & ſpiritu renatus,non poterit ingredi in F
regnum Dei. Nec enim audiendos puto eos,qui hîc per aquam,nõ aquam, ſed Spiritum ſanctum volunt intelligi:quaſi verò dominus voluerit Spiritum ſan- ctum bis ponere. In Act. verò cap.22. vbi Apoſtolus Paulus recitat verba A- naniæ,inuitantis ſe ad ſuſcipiendum baptiſma,ea refert Ananiæ verba:Et nunc quid cunctaris? Surge,baptizare & abluere peccatis tuis,inuocans nomen do mini.Ex his itaque verbis tribuitur baptiſmo effectus remiſsionis, vel ablutio peccatorum. Ad Roman.6. Quid ergo dicemus? Manebimus in peccato, vt gratia abũdet? Abſit. Qui mortui ſumus peccato,quomodo poſthac viuemus in eodem? An ignoratis,quòd quicunque ſumus baptizati in Chriſtum Ieſum in mortem eius baptizati ſumus? Sepulti igitur ſumus vnà cum ipſo per bapti- mum in mortem:vt quemadmodum excitatus eſt Chriſtus ex mortuis per glo- riam patris,ita & nos in nouitate vitę ambulemus &c. Hîc infertẽ ex baptiſma- te mors & ſepultura peccati,& vita Dei, ſpesq; reſurrectionis. Nam cùm vult Apoſtolus probare: Nos qui Chriſti ſumus,manere in peccato nõ poſſe: affert

nos pec-

A nos peccato mortuos esse, idq; eo confirmat, quòd sumus baptizati in mortem Christi, & cum eo sepulti, atque ea lege, vt & in vitæ nouitate ambulemus, & Christo simus insiti, etiam ad beatam resurrectionem. Tribuuntur itaque hoc loco bcptismati per Spiritum sanctum, mors & sepultura peccati, vitæ nouitas, certitudo futuræ in beatam vitam rusurrectionis.

In priore ad Corinthios capite duodecimo, legimus de Baptismate hoc elogium: In vno enim spiritu baptizati nos omnes sumus in vnum corpus, siue Iudæi, siue Græci, siue serui, siue liberi. Ex hoc ergo loco tribuitur baptismo incorporatio cum sanctis omnibus, & per eundem spiritum.

Ad Gal. 3. pronunciauit Spiritus sanctus de Baptismate hæc verba: Quotquot baptizati estis in Christum, Christum induistis. Non est Iudæus, nec Græcus, non est seruus, neque liber, non est mas & fœmina: omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Quibus verbis, spiritus rursus Christi communicationem qua & cum Christo, & cum sanctis cæteris, vnum sumus, baptismati attribuit, in qua communione, quoniam & nostro proficiendum studio est, hortatur nos Spiritus sanctus ad Roman. 13. vt dominum Iesum induamus, hoc est, viuere in eo studeamus in dies perfectius.

Obseruandum verò his duobus locis, quàm securè Apostolus commemoratos effectus omnium baptismati attribuat. Ad Corinthios enim scripsit: Omnes nos vno spiritu in vnum corpus baptizati sumus. Ad Galatas: Quotquot in Christum baptizati estis, Christum induistis. Verendum enim fuisset & inter Corinthios, & inter Galatas, qui nec spiritum, nec communionem Christi, hoc est, incorporationem & induitionem perceperint. Apostolus autem, vt neminem in Christo fratrem agnoscere debuit, nisi Christo verè credentes, ita tantũ credentibus, qui sacramentorum mysteria verè perceperant, scribebat, vti nec alij quæ scribebat, potuerunt rectè percipere.

B

Ad Ephes. 5. legimus hæc de Baptismate: Viri, inquit Apostolus, diligite vxores vestras, quemadmodum & Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea, vt eam sanctificaret, purgatione ei collata. Lauacro aquæ, in verbo καθαρήσας inquit, τῷ λουτρῷ ὕδατος ἐν ῥήματι. Quomodo verò potuisset Spiritus sanctus id clarius dicere, Baptisma verbo & mandato Christi administratum, instrumentum ipsi esse ad purgandum peccatis electos suos: non quo ipse per se opus haberet, sed quòd æterna sua sapientia indicauit ac effecit vtile nobis.

Idem affirmat de Baptismate Spiritus sancti, & ad Tit. cap. 3. Apparuit charitas seruatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam seruauit nos, per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti &c. En seruauit nos, inquit, διὰ λουτροῦ, per lauacrum, & vocat lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti. Ergo salus nobis, quæ regeneratione nostri constat, & renouatione ea, quam Spiritus sanctus in nobis effecit, atque ideo & Spiritus sanctus ipse, ipsaq; nostri regeneratio & renouatio nobis per Baptisma administratur. Ad hæc tanta igitur dei præstanda nobis beneficia, vti dominus dignatur instrumẽto, Baptismate. Id ipsum plenioribus adhuc verbis prædicauit de Baptismate Spiritus sancti, per D. Petrũ, cap. 3. In qua arca, paucæ, hoc est, octo animæ seruatæ sunt per aquam, quæ & nos seruat, præfiguratũ scilicet Baptisma, non sordium corporis depositio, sed interrogatio bonæ conscientiæ in Deum per resurrectionem Iesu Christi.

C

Baptisma vocat ἀντίτυπον aquæ, qua seruatus est Noah cum suis per arcam, magis sacramentum miraculi, quàm instrumentum naturale, in tali maximè diluuio, quo cuncta mundi interierunt: quia vt aqua illa, perdens reliqua mundi, quasi in morte, & per mortem seruauit miraculo diuinæ beneuolẽtiæ Noah cum suis: ita baptisma inserens morti Christi, seruat à morte æterna per mortẽ veteris Adæ & peccati. Rectè autem subiecit Apostolus: Non depositio sordium in carne, sed interrogatio bonæ conscientiæ per resurrectionem Iesu Chri-

Aquæ ἀντίτυπον & Arcæ Noæ.

ſti. Id enim quod præcipuum eſt in Baptiſmate, fœdus ſalutis, quod hoc ſacra- D
mento icitur, exprimitur hac ſynechdoche, dum interrogationem ponit pro to
to ſacramento, in quo baptizandi in mortem & reſurrectionem domini, de ſua
fide interrogantur, & reſpondent: quod ſi bona conſcientia faciunt, ſalutem ba-
ptiſmate accipiunt. Nec enim ſeruat baptiſma adultos, niſi credentes. ſalus qui-
dem baptiſmate offertur omnibus: recipiunt autem illam adulti nonniſi per fi-
dem, infantes per arcanam Spiritus ſancti operationem, qua ad vitam æternam
ſanctificantur. Ex his iam omnibus locis clarè perſpicimus, baptiſma commen-
dari nobis, vt inſtrumentum diuinæ miſericordiæ, quo deus non ſua, ſed noſtra
cauſa dignatur vti, vt quo Electis ſuis, quibus ipſe hæc ſua deſtinata dona con-
ferat, vſus ſuorum ad id miniſterio: per quod eis præſcripſit peccatorũ ſalutarẽ
pœnitentiam, certamq; ablutionem & remiſsionem, mortem, ſepulturam, pur-
gationem, ſpem certam reſurrectionis, in Chriſtum incorporationem, eiusq;
induitionem, id eſt ſaluificam communionem, regenerationem, inuocationẽq;
ſpiritus, omnemq; ſalutem.

Nec minus efficax eſt horum omnium donorum dei inſtrumentum, baptiſ-
ma Electis Dei, quos eo ſtatuit ſibi dominus regignere, quàm eſt vllum reme-
dium quantumuis efficax ex natura ad conferendam ſanitatem corpori, ad ſuſ-
cipiendum hunc effectum maximè parato & accommodato. Ex dei enim ver-
bo pendet effectus vtriuſque rei. Imò multo certius percipiunt Electi Dei enu- E
merata Dei beneficia per Baptiſma, quàm corpora humana ſanitatem ſuam
per illa, quæ vocantur remedia naturalia.

DE VI ET EFFICACIA COENAE DOMINICAE.

QVo dilucidius hoc myſteriũ explicemus, & ex verbo Dei patefaciamus,
quid Dominus nobis in ſacra ſua cœna offerat, & exhibeat, arbitror ope
ræprecium me facturum, ſi ante omnia commemorem, quot ſint hominum ge-
nera, qui circa hoc ſummum Dei beneficium impingunt, ac quæ cuique cauſsa
impingendi: cognitis enim morbis, & cauſis morborũ, remedia opportuna fa-
cilius & cognoſcuntur, & adhibentur, & admittuntur. Certum autem eſt, alios
impingere circa rem ipſam huius ſacramenti, alios verò circa verba, quibus &
commendatur nobis in Scripturis, & conuenit illud nunc prædicari, commen-
dariq; à nobis. Inter eos verò, qui de re ipſa huius ſacramenti, impiè ſentiunt, eſt
primum genus eorum, qui opinantur, vel ſimulant ſe opinari, quorum hodie in
gens turba eſt, Chriſtum dominum adeſſe ſub ſpeciebus (vt loquuntur) panis,
& vini, ſubſtantia panis & vini, vel in corpus & ſanguinem Chriſti, mutata, id-
eſt (vt ipſi dicunt) tranſubſtãtiata, vel miraculo ſubducta, adeſſe, & preſentẽ ma-
nere, quandiu ſpecies illæ, id eſt, panis & vini permanent quantitas & qualitas: F
atque adeſſe, vt in his ſpeciebus debeat coli ac adorari: ac contra cunctas, quæ
hominibus ſiue incidunt, ſiue metuuntur, calamitates afferri, & circumferri, vt
contra cæli intemperiem, vim aquarum, incendiorum, hoſtium: denique quo-
tidie in innumeris Miſsis patri immolari, pro viuis & defunctis, pro malorum
omnium depulſione, bonorumq; omnium conciliatione in hac & futura vita.
In hac verò opinione & ſuperſtitione aliqui reuera ſunt, alij eſſe ſimulant: eo-
rumq; qui impijs perſuaſionibus faſcinati in hac hærent opinione re vera, alij
errant corde ſimplici, alioqui timore Dei non vacui: alij autem, quorum hodie
(poſtquam lux doctrinę Chriſtianæ effulſit) eſt longè maximus numerus, ſum-
mis quidem furoribus dimicant, ferroq;, igni, ac quibusq; crudeliſsimis ſuppli-
cijs pro Chriſti in hoc ſacramento, præſentia, & cultu, qui tamen ita ſceleribus
& flagitijs ſuis, hunc ipſum filium Dei calcant pedibus, ſanguinemq; eius du-
cunt prophanum, vt ſe ipſi manifeſtos faciant, nõ credere Chriſtum dominum
filium illum Dei, quem nobis prædicant Euangeliſtæ, & ſcripta Apoſtolica, vſ-
piam eſſe

A piam esse,nedum esse,regnareq; in cælis,Deum & seruatorem nostrum, sed fingere sibi alienum,sicut deum,ita & Dei filium: eiusmodi scilicet & Deũ & Christum,qui externis,& ab hominibus excogitatis cultibus placari velit, vt genuflexionibus,oculorum & manuum sublationibus: à fabrefactis domicilijs, argenteis atque aureis, calicibus, patinis, lineo, preciosis pyxidibus, paruis & magnis tintinnabulis, fistulis, cytharis, & omni genere musicorum instrumentorum, sertis, floribus, ornatis vestibus, ac tapetibus,statuis, & nugis omnibus,quas hæc caro miratur. Hisce portentis confidunt infelicissimè demẽtati homines,posse ita sibi placari filium Dei, & totum cælum, vt quantumuis impiè,iniustè,nequiter viuant,tamen daturus ille sit eis vitam longæuam,opes, & honores,potentiam: quo diu multumq; valeant præstare se in ipsum contumelioſos,& in proximos iniurioſos. Nam inter hos, quot reperiuntur manifesti,periurij,confessarum fraudum in proximos,odij fraterni,inuidiæ, stuprorũ, adulteriorum,crudelis neglectus fratrum suorum. Christus autem dominus nõ nouit eos,qui audiunt eius sermonem & non faciunt,quique dicunt se nosse deum,præcepta autem eius non seruant,mendaces sunt,& veritas in illis non est: Nam non faciens iustitiam,& non diligens fratrem,non ex Deo,sed ex Diabolo est. Omnino itaque hi ignorant,nec credunt esse filium Dei, & nostrum seruatorem dominum Iesum Christum,in cælis,aut vspiam esse. Quamobrẽ cum

B ferro etiam,non verbis tantùm & igni vindicant & propugnant suum commẽtitium,non verum filium Dei in pane,inq; Missa sua,tanquam magnificũ ei exhibent cultum,quod ad externam illam pompam attinet: aut scientes illudunt Deo,& hominibus,simulantes,se Deum illum & Christum factitium suum, tãti facere, & colere, cùm inane nomen & commentum statuant, quicquid de Christo & Deo in diuinis Scripturis quidem reuelato dicitur,& prędicatur,aut pro innata hominibus superstitione, ex qua cuncti falsi cultus deorum iam inde ab initio orbis emanarunt in omnes gentes. Volunt enim habere, & colere Deum,non cui ipsi seruiant,viuantq;,sed qui ipsorum ministrũ, Deumq; se præstet,impijs cupiditatibus,hoc est,virtute ipsi diuina suppeditet,quib. se, & deo vero & hominibus infestiores atque nocentiores exhibeant cacodæmonas. Eundem falsò per tot secula excogitatum,ac frustra quæsitum Deum & Christum non verum,qui in diuinis scripturis se nobis patefecit, quærant & colant necesse est: aut colere se ventris,ambitionisq; causa simulent atque mentiantur omnes ij sacrificuli,qui pro Christi in sacramento suo,ac Missa, & præsentia & cultu decertant: cùm tamen ne minimum quidem veri Christi,& seruatoris nostri præceptum curare se,ipsi tota vita sua demonstrent. Qui dogmata Regni Christi,nec norunt ipsi,nedum studeant tradere plebibus suis,vitam degunt fœdam,& alienam ab omni honestate: interim si multorum sacerdotiorum queant prouentus,per sacrilegia,& manifestam simoniam inuadere,nihil faciunt ad

C summam diligentiam reliqui. His hominibus, si tamen homines dicendi sunt, quoniam se in eorum ipsi intruserunt numerum,quos dominus vocat canes & porcos,nihil est de sancto,& margaritis domini proijciendum, aut spargendũ. Amant,quibus ad luxum & pompam abutantur spolia ecclesiarum. placet illis ociosa illa,mollis,ac licentiosa, & exlex vita, quam sibi ista maximè impostura parauerunt,qua persuaserunt hominibus,sibi esse potestatem, non modò Dei omnia saluifica nobis opera pro suo arbitratu administrandi, verùmetiam deũ, & seruatorem nostrum præsentem,& opitulatorem contra omnia mala, & largitorem omnium bonorum hominibus statuere & exhibere, sua magica panis, vinicq; transubstantiatione. Postquàm enim eo homines fascinarunt, facilè se cũctis honestis,& reipublicæ vtilibus operibus & negocijs,ac iudicijs exemerũt: & se deos quosdam reliquorum hominum constituerunt.

Cùm itaque hi se veræ de hoc sacramento doctrinæ obijciunt,suisq; eam sophismatis oppugnant, nullum sanè verbum cum eis de tantis Christi mysterijs

est communicandum: quo ad ipsos quidem attinet. Quia cùm reperiantur & D
ex verè timentibus Deum, quos illi tenent adhuc suis commentis implicatos, propter hos ad veritatis cognitionem adducendos, ac ita Christo domino lucri faciendos, necesse est nonnunquam conflictari cum illis, quanquam canibus & porcis: sicut Dominum ipsum legimus conflictatum esse, toties cum obstinatis in impietate Pharisæis & Sadducæis.

Porrò quocunque, vel circa hæc, vel circa alia Christi mysteria homines sanabiles essent: vna hæc ab errore illos ad sanam doctrinam reuocandi via & ratio patet, & est idonea, docere eos, verbis domini nostri Iesu Christi, & iunctis diuinis scripturis indubitatam adhibere fidem, nec quicquam dubitare, dominum ipsum, & Spiritum sanctũ (si puro & credente corde inuocetur) per easdẽ scripturas, & verba sua piè expensa, cùm legendo, tum à fratribus audiendo, abundè eis cuncta salutis mysteria explicaturum.

His alij contrariam, sed æquè impiam sequuntur de Cœnę dominicæ mysterio commentationem, hiq; tantundem habent, & adorant veri Christi, quãtum superiores. Permittunt enim sibi quæuis Dei verba, pro suarum mentium existimatione, deprauare, fingereq; sibi Christum & Christi sacramenta, provt fert ipsorum arrogantia, & effrænes cupiditates. Isti nihil omnino Christi, aut operũ Christi in sacra Domini Cœna agnoscunt, sed habent eam pro ceremonia, qua B
homines (cùm ipsis visum sit) etiam in quolibet vulgari conuiuio, Christi seruatoris scilicet longè absentis memores sint, ac se velle de eius haberi grege profiteantur. Viuunt autem in eo præceptorum Dei contemptu, eoq; feruntur mundi studio, in ea hærent vitę ambitione & nequitia, vt haud plus credant, Christũ dominum esse, & regnare in cælis, quanquam de hoc mirificè triumphant, ne quis Christum extra cælum quærat, quàm superiores, qui eum pro pane & vino sub harum rerum accidentijs, se adorare, vel simulant, vel confingunt. Apertè enim ipsi filium Dei conculcant pedibus, & sanguinem eius prophanum ducũt, vt tota eorum vita euincit. Hi sunt qui iugum Papæ non abiecerunt, quòd Christi iugum vel nossent, vel vellent in se suscipere: sed ideo tantùm, quia ad aliquã tamen videbantnr sub illo iugo, religionem, Deiq; disciplinam ligari. est his intolerabile, quòd vel Principum, & Reipublicæ iugo, & legibus coguntur se aliquo modo submittere: tam abest, vt Christi iugo ac disciplinæ ceruicem suam submitterent: eaq; propter, quicquid vllo modo, regnum, potestatem, & disciplinam Christi resipit, id criminantur pertinere ad Roman. Antichristi tyrannidem reuocandam, potentiamq; sacerdotum: omnem proinde vsum sacramentorum pro nihilo ducunt: conciones ægrè ferunt quanuis lenes, acres insimulant seditiosi conatus. In summa, religionem omnem vellent abolitam, quo pro R
sua licentius libidine grassari valerent.

Quos ipsos ob hanc eorum caninam & porcinam impietatem meritò longum valere sinemus, cùm non committit nos cum illis necessitas, Christi doctrinam contra eos tueri ac defendere: propter & eripiendos ex illorum perditione, si qui detineri in ea sanabiles homines deprehendantur, & infirmiusculos in partibus veritatis confirmandos. Reperias enim inter hos, quanquam nõ multos, aliquos tamen, qui cum cæteroqui haud omnino alieni sint à Deo, ista tamen sacramentorum Christi prophanatione & euacuatione teneantur fascinati, vt sacram Cœnã habeant tantùm pro memorabili, absentis omnino Christi: & nota quadam ac symbolo Christianæ societatis, eoq; quasi superuacaneo: vt si in anno semel, bis, aut ter celebretur, abundè satis sit.

His itaque duobus contrarijs generibus hominum reperiuntur ferè omnes, qui reuera circa hæc Cœnæ dominicæ mysteria impingunt, verboq; Dei palàm aduersantur. Causæ verò impingẽdi vtrisque in aliquibus quidem, tametsi perpaucis, deprehenduntur esse: simplex hallucinatio, & minimè affectata sophismatis impiorum hominum implicatio: multo autem maiorem partem, impellit in hæc

A in hæc impietatis præcipitia, quòd vna pars nullis vult teneri religionibus, altera religionibus eiuſmodi, quæ non homines placitis Dei, ſed deum cupiditatibus addicant hominum.

Permulta autem in vtroque impietatis genere turba eſt, quæ curam horum myſteriorum ſimulant magis, quàm vlla reuera tangatur. Huiuſmodi itaq; ſunt qui re ipſa de Cœnæ dominicæ myſteriis, aliena à verbo Dei ſectantur, & deprehendunt, & his, quas expoſui cauſas, in hoc certamine verſantur.

Iam videamus etiam, qui non de re ipſa myſteriorum, ſed de verbis modò, & quibus ſunt nobis iſta miniſteria in diuinis ſcripturis commendata: & quibus debeant prædicari à nobis, inter ſe variant, & pugnant, & quibus maximè de cauſis in hac detineantur varietate & pugna. Horum ergo alij, defixis animis, in illos quos ſuperiore loco commemoraui, qui indulgentes rationi carnis ſuæ, quam & ipſi (licet vocent Domini Cœnam), vacuam prorſus domino eſſe, contendunt: ita ſtudent horum occurrere errori, & Chriſti domini de ſacra Cœna ſua verba efferre, atque vrgere: & ipſi in prædicando de hoc myſterio eiuſmodi vti loquendi grādibus formis, vt alijs non paucis hominibus, nec indoctis: aut malis quoque videantur, Chriſtum ipſi pani & vino Cœnæ vel includere, vel affigere, ratione aliqua huius mundi, adeoq; detrahere nonnihil & veritati humanæ naturæ in Chriſto & glorię eius cæleſti, & officio ſummi ſacerdotij, ſuos per
B ſe ſolùm ſeruandi. Quæ vitia, cùm alij ſe in horum ſermonibus videre autumāt: ita eorum defugiunt, & enarrandi verba Domini, & Spiritus ſancti de hoc ſacramento, rationem, & quibus in commendando hoc ſacramento, vti ſolent, figuras, adeoq; & in contraria deflectunt, cùm interpretando Domini & Spiritus ſancti verba de Cœna domini, tum ſuis verbis eiuſdem cœnæ myſteria prædicando, vt illis, quos proximè commemoraui, videantur, vti faciunt, quos ſecundo loco commemoraui, viſa rationis ſuæ verbo Dei anteponere, non velle verum de his myſterijs petere ex verbis Domini ſenſum: ſed quem ipſi fingant, inferre verbo Dei, Chriſtumq; Dominum ſic includere cælo, & à ſacra Cœna facere abſentem, vt non tantùm Dominum ipſum, ſed etiam omnia eius beneficia, & à cœna, & à fidelibus ſuis omnino ſecludant: adeoq; & ipſi ſacramētum euacuent, indeq; & communionem, & diſciplinam Chriſti diſſoluant. Hi quidem mihi, qui multis tamen annis in componenda hac controuerſia laboraui, & vtriuſque partis præcipuos viros ſæpe & diligenter audiui, quæ ſentirent, fideliter explicantes, vidētur re ipſa omnino conſentire. Nec enim hi, quos quarto loco numeraui, volunt tātùm panem, & vinum abſentis omnino Chriſti ſymbola, percipiq; in ſacra Domini Cœna: verùm & Chriſtum ipſum atque eius be
C neficia: nec ij, quos tertio loco propoſui, Chriſtum vlla huius ſeculi ratione, vel includunt, vel affigunt ſymbolis, mundi huius elementis: verbis autem, quibus vtrinque vel dicta Domini, & Spiritus ſanctus de hoc ſacro explicant, vel ipſi hoc myſterium prædicant, adeò certè deſident, vt plerique horum ſibijpſis nō videantur verbis tantùm, verùmetim ſententijs diſcrepare.

Huius ergo diſſenſionis cauſas, cùm ſæpe, multumq; quæſierim, alias inuenire non potui, quàm has: Primam, Meritam iram Dei aduerſus noſtram ingratitudinem, qui regnum filij eius, non provt illud nobis reuelauit, & offert, recipimus: Secundam, myſterium probationis, quo Dominus ſemper ſolitus eſt in Eccleſijs ſuis per obortas hæreſes atque diſſidia, manifeſtos facere probatos ſuos, infirmiores ſuæ admonere imbecillitatis, & excitare in eis acriorem ſalutis ſuæ ſolicitudinem: reprobis verò ſe, & doctrinam ſuam, quam repudiant, petrā adhibere ſcandali, & lapidem offenſionis: Tertiam, Neglectum ſanctæ in Chriſto communionis.

Primùm enim in confeſſo eſt omnibus, qui his de rebus poſſunt iudicare, multis retro ſeculis, Deum nulli genti ſalutis noſtræ dogmata, cunctaq; regni ſui myſteria eouſque patefeciſſe, totamq; ſcripturam ſuam tam luculēter expo-

fuiſſe,atque his noſtris temporibus,nobis Aquilonaribus populis. At, quæ vſ- D
piam extat eccleſia,quæ poſsit de ſe affirmare, diſciplinam ſe quoque omnem domini recepiſſe,lucemq; doctrinæ, & oris confeſsionem, vitæ reformatione (vt par erat)re exornaſſe? Quî itaque nos tantis Dei beneficijs,quibus nos cumulauit,gratos præſtare,nimis ſegniter ſtuduimus? Indignos ipſi nos fecimus, quibus dominus ampliora beneficia conferret,iuxta dictum ſuum:Omni habẽti dabitur,hoc eſt,acceptis donis rectè vtenti. Non habenti, hoc eſt, dona Dei non dignè excipienti,vt vſurpanti,auferetur & illud quod habere videtur, verius,quàm habet:Quoq; magis contamur nos iugo Chriſti optimo totos ſubdere,ac ſpiritui ipſius,vt filij Dei,agendos in omni vita promittimus, eo in nos Satanæ,ſpiritui erroris & diſſenſionis,plus ad offundendum nobis variarũ hallucinationum nebulas,& diſsidendi occaſiones,iuſto Dei iudicio indulgetur. Deinde viſum eſt domino arcano ſuo,ſed non minus iuſto conſilio fideles ſuos vt cæteris tentationibus,ita & hac per hæreſes, & diſſenſiones explorare, qua probos ſuos,vt aurum igni facit explendeſcere: debiles in fide, nominis, verbiq; ſui,ſuæ admonet infirmitatis, & reprobis in grege ſuo hypocritis, quam quærunt,& merentur,occaſionem præbet offenſionis. Poſitus eſt enim Dominus verè timentibus ſe,in ſanctuarium,contemptoribus autem ſuis,in lapidem offenſionis,in petram impactionis,duabus domibus Iſrael, in laqueum & tendiculam habitantibus Ieruſalem Ieſa.8. Poſitus eſt in ruinam,& reſurrectionem E
multorum in Iſrael. Venit in iudicium in hunc mundum,vt non videntes, videant,& videntes, cæci fiant. Ioan.9. Hinc & tempore Apoſtolorum,martyrum, & ſanctorum patrum,præter portẽtoſiſsimas hæreſes,grauiſsima etiã inter bonos certamina de Chriſti religione extiterunt.

Perpendantur quæ de peracri illa,de ceremonijs, controuerſia leguntur Actorum 15. & Galat.2. Quæ item de pſeudoapoſtolis 2. Cor. 10. & 11. Philip. 3. 1. Timoth.1. & 4. & Tit.1.& 3. Agnoſcamus etiam, quanta fuerit illa vis Satanæ, quam exercuit poſtea importuniſsimè, per tot,tamq; horrendas hæreſes, quas exortas mox ab Apoſtolorum deceſſu,commemorant,Irenæus & Tertullianus. Non parum ſanè tamen etiam per varias inter pios,ac fideles epiſcopos atq; eccleſias,cõtentiones,qualis illa fuit de tẽpore feſti paſchalis:qua accẽſus victor Romanus Epiſcopus,decreuerat cunctis Aſianis eccleſijs,diuerſum ritũ obſeruantibus,quanquam D. Ioannis Euangeliſtæ traditionem prætenderent, Chriſtianam renunciare communionem:cuius intempeſtiuo zelo D. Irenæus ſeſe obiecit,vt legitur apud Euſebium in Hiſtoria Eccleſiaſtica lib. 5. cap. 23. & tribus ſequentibus. Atq; hæc acciderunt anno Domini 199. cùm quotidie ſanguis Chriſti in martyribus eius fundebatur. Quantum iam furorum excitauerit Satan,data eccleſijs pace à tyrannis,per Arium, & eos qui hunc ſecuti ſunt, doctrinæ Chriſti violatores:id verò eſt horrendum lectu. Non ſumus autem F
nos ijs,qui tum extiterunt,vel doctoribus, vel plebibus Chriſti meliores, hoc eſt,Deo pro acceptis beneficijs gratiores,cognitisq; præceptis eius,præceptis vitæ æternæ obſequentiores. Quid igitur mirum,cùm tam remiſsè oramus patrem cæleſtem,ne nos inducat in tentationem, ſed liberet nos à malo tẽtatore? Nam omnis vera ad deum precatio,provt ardet ipſa, ad placita Dei conformatur,ne aliquid eius furoribus in nos permittatur. Cumq; veteres Eccleſias affligit acerbiſsimè,labefactando religionis noſtræ dogmata,de Deo, & ſeruatore ipſo,de eius incarnatione,& ijs,quæ pro noſtra ſalute fecit,& paſſus eſt, affligit noſtros,de ijs miniſterijs & rationibus,quibus eam,quam nobis parauit ſalutẽ, debemus excipere. Itaq; fit,vt & noſtro tempore præter Satanæ varios conatus in reuocando propè omnes veteres portentoſiſsimas hæreſes, etiam inter bonos tam grauia, nec paucis admodum maiora exiſtant certamina: & de ijs rebus,ſine quibus,quicquid nobis filius Dei factus eſt, & effecit, percipere non poſſumus,de Chriſti filij Dei,& noſtri inter nos, & in ipſa beata communione,

nione, de omni parte per eum salutis administratione, atq; ad nos applicatione.

A Tertia causa est harum cõflictationum, neglectus communionis in Christo. Ea enim nunquam in Ecclesia fuit rarior & frigidior. Quàm enim continenter conueniebant, & vnà degebant sancti in prima Ecclesia, Lucas satis prædicat, Actorum 2.4.5. Deus est charitas, & Christus vult Ecclesiam suam, vti corpus, sibi & inuicem iunctam esse, & compactam. Spiritus sanctus sua dona, nõ vni, & alteri omnia, sed singulis (provt vult) distribuit, & ad totius corporis vtilitatẽ explicanda. Poscit itaque, vt fideles sua dona studiosè conferant, & grati excipiant. Per quoscunque illa offerat: vult sublata omnia mundi discrimina. Iudæus, Græcus, Schyta, liber, seruus, ei est perinde.

Dum igitur nos communionem hanc membrorum Christi, & donorum Spiritus sancti communionem male colimus, sed quisque sibi ipsi satis sapere videtur, parcius etiam sua dona Spiritus sanctus impertit: Et præualet apud nos mater omnis ignorationis & praui iudicij, φιλαυτίαν καὶ φιλαρχίαν: quas pestes consequitur neglectus & fastidium fratrum, donorumq; Dei & Spiritus sancti in illis contemptio, ac inde inuidentia: vnde consequuntur multæ pernicioſæ suspiciones, calumniæ, apertæ iniuriæ &c. His verò Satanæ flatibus & procellis letiferis, depellitur à cordibus hominum aura leuis & salutaris Spiritus sancti, qui solus in omnem inducit veritatem, quiq; apud eos residere solet, qui sunt afflicto & deiecto spiritu, & tremunt ad sermones eius, Iesa. 66. Quicquid enim no

B stri in nobis hæreat, id obstat, quo minus motus veritatis omnis, & salutis à capite Christo in nos sua membra dimanet. Hæc qui religiosè expendat, ille meritò deplorabit, & grauiora adhuc mala inde metuet, quòd tam paucis videmus verè fraternam de rebus religionis, communicationem cordi esse: imò eam æquis animis sustinere. Ita enim sibi fidunt plerique, & sui esse amant, vt nisi, quasi cogantur, ad conferendum cum alijs de religione Christi sese non demittant: & si ad aliquam de Christi dogmatis communicationem sint adducti, ita non comes se & faciles ad audiendum alios, & docendum, quos labi putant, leuesq; prębent, vt præstiterit, eos ad disputationem nõ accessisse. At deus charitas est, & φιλάνθρωπος, poscitq; à nobis meritò, filijs suis, vt simus & nos perfecta humanitate, charitate, & misericordia, adeoq; mansueti, patientes malorũ & commodi, paratiq; ad docendum, vt erudire, & ad veritatem instituere sustineamus, ac elaboremus, etiam contradicentes, ingratos, & vitiosos 2. Timoth. 2.

Hæc verò de causis errorum & dissensionum, circa cùm hæc cœnæ Domini cæmystria ipsa, tum verba, quibus & dicta Domini de illis, ac Spiritus sancti, explicantur, & nos eadem confiteamur, & prædicemus, ideo commemoraui, vt causas has tantorum malorum cognitas, modis omnibus arcere, depellereq; à nobis studeamus, nec speremus sinceram concordemq; nos de his sacris intelligentiam atque confessionem consequi, nisi has errorum & dissidiorum causas

C procul à nobis fecerimus.

Oremus itaque dominum, vt omnes istas errorum & dissidiorum circa hæc sacrosancta mysteria, causas procul à nobis faciat, donetq; nobis veram sui, & verbi reuerentiam & notitiam per viuam in eum fidem, vt nihil de eo, cunctisq; eius operibus & beneficijs credere sustineamus, quod non ipse de se, & factis suis testatus sit in diuinis scripturis suis: nec putemus etiam quicquam posse de eius doctrina ritè intelligere, aut verè credere, nisi pijs precibus pro vero & germano omnium verborum Dei intellectu, adiungamus confirmatam voluntatẽ faciendi voluntatem Patris, & seruandi Domini præcepta omnia, nihilq; his detrahentes, nec adijcientes quicquam, vt neque religionem nobis expetamus, quæ nos relinquat nobis & cupiditatibus nostris impijs falsò pollicearur patrocinia: sed potius quæ crucifigat eas, & aboleat: Nec quæramus esse exleges & absque iugo & disciplina: Desinamus partiri Euangelica præcepta, vt quædam eorum amplectamur, quædam etiam eorum negligamus: Præstemus nos

gratos de acceptis beneficijs,vt benignissimus deus conferat ampliora. Præ- D
terea caueamus omnes Satanæ conatus,& admirabiles artes,quibus nunquam non laborat, eorum distrahere animos,quorum munus est:pro alijs quoq; Christo domino militare ad destructionem eius tyrannidis. Vtitur autem ille maximè ad diuellendum animos eorum,qui religionem Christi, atque ideo verissimam animorum pacem, & cõsensionem, docere ac prouehere debent,dissimulata inflatione φιλαυτίας καὶ φιλαρχίας fastidijs,si non etiam inuidentiæ donorum dei in fratribus,quas pestes conuestit,tegitq; ementito amiculo zeli diuini, pro puritate fidei,pro doctrinæ Christi sinceritate,pro Ecclesiæ salute. Hos itaque in nobis morbos diligenter obseruemus,eoq; inuenta nostra omnia suspecta habeamus,& præmissis ardentibus precibus ad diuinas scripturas exigamus, de illis fratrum iudicia,non audere tantùm facilè, verùmetiam presse considerare studeamus: cogitantes obstetrices melius quàm matres de partu iudicare: & dominum variè sua dona distribuere, ac vnumquemlibet suorum docere ministerio aliorum fratrum, & sæpe summè excellenter donis multis, per eorum operam, qui multò paucioribus pollent. Cumq; sciamus, dominum mandare benedictionem suam,vbi fratres vnà viuunt,summa vitæ totius coniunctione,& consuetudine:hanc in domino perpetuo, & summo studio colamus,deijcereq; nos ad omnia pia obsequia adsuefaciamus, cunctáque quæ charitatem E
sinceram possint vllo modo oblædere, summopere euitemus. Deus est charitas,& qui in charitate manet in Deo manet: In Deo itaque sapiet, & Deum in fratre libentissimè audiet,& ea audiet religione, ne quid tamen commenti humani ex præpostera,vel sui deiectione,vel fratrum existimatione, suscipiat pro doctrina Spiritus sancti. charitas quoque cum credat,speret,& sustineat omnia nõ est suspicax,nihil rapit in partem deteriorem, sed quoad potest per verbum Dei,lapsus fratrum fert, dubia in meliorem partem interpretatur. Cumq; deprehendit fratres omnino errore teneri,& peccato,submouere magis hæc mala satagit,quàm exaggerare & diffamare. Sic ergo præmunitis animis nunc ad rem accedamns.

Propositum est,ostendere claris dei oraculis,quid sentiendum, & confitendũ,prædicandumq; sit nobis de Vi & efficacia Cœnæ Dominicæ,hoc est de eo quid nobis Dominus in hoc suo sacramento præstet & exhibeat,ac quid in nobis efficiat. Dictum est autem,quosdam de hoc mysterio re ipsa aliena à verbo dei,impia sectari commenta: quosdam autem inter se discrepare verbis: dũ scilicet conuenire non possunt,nec de vera verborum Domini,ac Spiritus sancti, quibus nobis hoc sacramentum est commendatũ,intellectione atque interpretatione: nec etiam de formis loquendi, quibus sint ista nobis mysteria explica F
nda, confitenda,prædicanda.

Primùm itaque studebo edisserere,quid ego sentiam de his mysterijs credendum esse,tum quam existimem veram ac germanam verborum domini,& Spiritus sancti de his mysterijs intelligentiam,atque interpretationem: Tertiò,quibus nos verbis maximè deceat in commendando,prædicandoq; hoc sacramento vti. Posthac, quoniam iudico iuxta fugiendam ac detestandam nobis toto corde,& eorum,quos primo loco commemoraui,inter impingentes circa hęc mysteria,superstitionem: & eorum,quos numeraui secundo loco,dissolutionẽ, tum etiam cauendas omnes hallucinationes,& iniquas de fratribus suspiciones quibus implicantur,qui in tertio,& quarto loco à me positi sunt, inter eos qui de his mysterijs adhuc inter se contendunt: etiam ad horum omnium respondebo argumenta,quibus quisque vel errorem tueri conatur suum,vel suam defendere in asserendo sua,& refutando placita,& dicta fratrum,duritiem.

Cùm itaque id quæratur nobis,quæ sit vis & efficacia sacrosanctæ Eucharistiæ,vel Cœnæ dominicæ,id est,quid nobis dominus per hoc sacramentũ,dum illud,vt ipse instituit, & administratur,offerat & tradat, & quid eo in nobis efficiat

A ficiat, quantum mihi dominus dedit sua verba intelligere: Equidem respondeo coram eo, dare eum nobis tria: Vnum, Panem verum, & vinum, in natura sua minimè immutata: adeoq; anathema mihi sunt, quicunque satis moniti & docti, tamen perseuerant hîc facere nouum, absque omni verbo Dei, fidei articulum, de panis ac vini substantia: vel euanescere eam ad recitationem verborũ domini, vel in corporis & sanguinis domini substantiam transubstantiari.

Alterum, ipsum corpus & sanguinem domini, adeoq; dominum ipsum, deũ & hominem, vt sedet, regnatq; ad dexteram Patris: sed excipiendum, fruendũq; vt æternum seruatorem nostrum, vitæq; beatæ & largitorem, & sustentatorem: atque ideo percipiendum non sensibus, aut ratione naturali, nec via, & ratione huius seculi, sed per fidem energiamq; Spiritus sancti, fruendumq; non in cibũ ventris, verùm ad augendam eam in nobis sui communionem, vitamq; dei, quã donauit nobis in baptismate, qua manemus & viuimus, non in nobis ipsis, sed in ipso domino, & ipse in nobis. Et hîc itaque anathema esse agnosco omnes eos, qui nihil quàm panem & vinum, absentis omnino Christi, symbola in sancta Cœna agnoscunt.

Tertium, quod hîc datur & accipitur, est confirmatio noui Testamenti, id est fidei, de gratia dei, & remissione peccatorum, quod velit nos habere pro filijs

B & largiri hæreditatem vitæ æternæ. Damno itaque eos, qui dicuut, sacram cœnam tantùm institutam nobis, pro nota Christianæ societatis. Hæc tria simul offerri & tradi nobis in sacra cœna domini, cum ea (vt ipse instituit) communicamus, à domino quidem ipso, eiusq; virtute & opere, sed per ministrum, & totũ cœnæ ministerium, ostẽdam primùm ex ipsis verbis domini, & Spiritus sancti de hoc sacramẽto: Deinde adiungam confessionẽ & testimonia veteris Ecclesiæ. Vt verò dominus tria ista sui symboli, quæ dixi, panem & vinum, semetipsũ & fœderis confirmationem, suis fidelibus vnà exhibet, & id verbis suis, & Spiritus sancti simul quoq; docet: statui dicta illa ipsa domini & Spiritus sancti de sacra cœna, ordine proponere & expendere: atque in his illa tria Christi dona pariter demonstrare. In eo verò cum sit sensus germanus dictorum domini, & Spiritus sancti explicandus, simul duo priora ex tribus, quæ me ostensurum circa hæc mysteria recepi, præstare studebo, vt doceam scilicet, & quid de hoc mysterio sit sentiendum, & quę sit genuina verborum domini, & Spiritus sancti de his mysterijs interpretatio.

Verba dñi de hoc sacramẽto repræsentãt nobis Euãgelistæ, Matthæus, Marcus, Lucas, Paulus, cum quibus rectè coniunguntur, & quæ Ioannis 6. leguntur Dominum prædixisse de seipso, videlicet, se panem esse, qui de cælo descenderit, & vitam det mundo. Item de carne sua, quæ verè sit cibus, & sanguine suo,

C qui verè sit potus: Et quòd eiusmodi sit cibus caro sua, & potus suus sanguis, qui solus pascat in vitam æternam: vt ij vitam in se veram non habeant, quicunque hoc cibo & potu non pascuntur: in æternum autem viuant, certiq; sint de beata resurrectione, quicunque hoc cibo vescuntur, & hoc potu potantur. Adhæc reliquit nobis Spiritus sanctus etiam quædam oracula per Paulum 1. Cor. 10. 11. & 12. cap. Ista itaq; intueamur, & perpendamus ordine.

Quæ diuus Matthæus nobis de sacra cœna domini conscripsit, sic habent: ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν &c. Hæc primùm consideremus verbatim: Deinde ostendamus ea, quæ nobis dominus his verbis suis impartiat. Commemorat & D. Ioannes multa, quæ dominus dixit in nouissima cœna sua, sicut pedum lotionem. In de solet quæri de tempore instituti sacramenti: Num hoc ante, aut post pedum lotionem discipulis suis instituerit, atque tradiderit. Quanquam verò de ordine dictorum & factorum domini non queat adeò omnino aliquid certi ex Euangelistis colligi, de cunctis domini dictis & factis in cœna: tamen satis liquet ex narratione Matthæi & Marci, dominum antequam communionem sui instituerit, accubuisse cum duodecim, atque cibum sumere cœpisse, atque de Iuda pre-

monuisse: Sic enim textus habet Matth.26. Vespere autem facto,accumbebat cum duodecim,& edentibus illis,dixit: Amen dico vobis, quòd vnus vestrum me prodituru est. Cùm iam Ioannes præmonitionem de Iuda proditore factã à Domino memoret,post pedum lotionem,creditur Dominus δειπνῶ γινομένῳ, id est,facta & parata cœna,nondum sumpta,de mensa statim,vt accubuisset,surrexisse,& Discipulis pedes lauisse, & quæ ad illud pertinebant mysterium exposuisse:ac tum statim subiecisse de Iuda,inde verò sacram sui communionem præbuisse:Et rursus,vt est apud Lucam,monuisse de Iuda,atque contentionem de primatu in discipulis ortam repressisse, hisq; deinde subiecisse concionem, quam Ioannes retulit: Filioli,parum superest temporis, quo vobiscum sum &c. Mandatum nouum do vobis &c. Verisimile itaque est dominum post manducatum agnum Paschalem,sacram sui communionem discipulis exhibuisse: Et eam quidem continenter sacramento agni Paschalis adiunxisse,vt eundem esse populum,veterem & nouum,& religionem eandem,quod ad substantiam attinet,vtrique traditam,indicaret. Edentibus enim,inquit,illis,accepit Iesus panem,καὶ εὐλογήσας &c. Id Dominus pro more fecit veteris populi, quem Iudæi hodie seruant,vt cùm festum insigne est,honoratior in mẽsa,accipiat initio calicem in manus suas,& benedicat domino, his verbis, Benedictus tu Iehouah, Deus noster,Rex seculi,qui educis panem de terra. Et cœna finita,similiter benedicit deum,accepto calice,ac deinde distribuit. Proinde Lucas bis poculum circumlatum à domino commemorat: Maximum enim erat festum Paschatis. Quibus autem Dominus verbis vsus sit in agendo gratias, incertum est. Arbitror autem alijs & pluribus,quàm hodie Iudæi soleant,verbis vsum. D B

Notanda præterea connexio verborum. Edentibus habet Euangelista: λαβὼν ὁ ἰησοῦς τὸν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας, ἔκλασε, καὶ ἐδίδου, καὶ εἶπε, λάβετε, φάγετε. Hinc enim discendum cùm omnia hęc eodem,quo dominus ea peragit,ordine aguntur,exhiberi veram domini cœnam,hoc est,si gratiæ aguntur deo, in cœtu verorum discipulorum,ad dona hæc dei,panem & vinum,& ipsa statim distribuuntur,atque accipiuntur edenda & bibenda,edunturq; & bibuntur. λάβετε, φάγετε πάντες ex eo omnes. Hic videamus,quid nam iusserit eos accipere,edere, ac bibere,certo certius est,panem dedisse dominum & vinum: & edere hunc & bibere iussisse. At quia subiecit: Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, & maximè cum subiecta sit particula rationalis(enim)quæ indubiè nõ minus pertinet ad præbitum panem,quàm ad præbitum poculum,est synechdoche:ex vno duo intelligit:sicut etiam intelligendum verbum est,cùm dominus insufflauit in discipulos,ac dixit eis: Accipite Spiritum sanctum. Halitus ille non erat ipse Spiritus sanctus, sed Spiritus sancti symbolum exhibitiuum. Similis locutio est. Gen.17. vbi describitur circunciſio.Ibi sic legimus:Statuam fœdus meũ inter me & te,& inter semen tuum post te, in generationes ipsorum, in fœdus perpetuum,vt sim tibi in deum,& semini tuo post te,terrã peregrinationis tuæ cunctam terram Chanaan,in possessionem perpetuam,& ero vobis in Deum. Et dixit deus ad Abraham:Et tu custodi fœdus meum, tu & semen tuum post te in generationes suas. Hoc fœdus meum quod custodietis, inter vos, & inter semen tuum,post te. circuncidatur vobis omne masculum,& circuncidetis carnem præputij vestri,& erit in signum inter me & inter vos.Et filius octo dierum circuncidetur vobis. omnis mas,secundum generationes vestras, natus domi, & comparatus pecunia,de omni alieno filio,qui non est de semine tuo. circuncidendo,circuncidatur,emptus pecunia tua: et erit mihi fœdus meum in carne vestra,in fœdus sempiternum. F

Synechdochicos unum ex altero intelligit, et symbolo, rei attribuit nomen.

In his verbis admodum clarè describitur fœdus dei initum cum Abrahamo, & eius posteritate,signo circunciſionis. Et quia duas res dominus Abrahæ obtulit,fœdus ipsum,& fœderis signum,ideo vsus est etiam synechdochis,quibus vnum ex altero intellexit, verba sua quædam ad duo simul retulit, Primũ enim cùm ait,

A cùm ait, Statuam fœdus meum: quia hoc fœdus ſtatuit cum Abraham per circumciſionem, poſtea ipſam quoque circumciſionem fœdus vocauit. Certũ eſt, hoc verbo Dominum vſum ſynechdochicῶs, vt & ad fœdus ipſum, & ad fœderis ſignum referatur. Fœdus definit ipſe, conſtiturum Abrahæ & eius poſteritati, eo quòd illis ſe Deum præſtaret, & terram Cænaan traderet, in qua ipſum colerent. Cùm verò poſtea dicit deus ad Abraham: Cuſtodies fœdus meum & c. Item, Hoc eſt fœdus meum, quod cuſtodietis: circumcidatur vobis omnis mas, certum eſt, & verbum hoc cuſtodire, vſurpaſſe ſynechdochicῶs. Manifeſto enim manifeſtius eſt, dominum hoc verbum retuliſſe ad circumciſionem, quam obſeruandam ſanciuit, etiam ſub pœna exciſionis de populo ſuo. At cùm circũciſio non agnoſcentibus dominum vt deum ſuum, & vera fide colentibus, vertitur in præputium (quandoquidem vera circumciſio non eſt ea, quæ manifeſta eſt in carne iuxta literæ præceptum, ſed quæ eſt circumciſio cordis in ſpiritu) dubitari non poteſt, dominũ verbum illud cuſtodire, multo magis retuliſſe ad fœdus ipſum, vt illud religiosè ſeruarent, præſtando ſe Deo in populum, & colendo Dominum vt deum ſuum. cuſtodire itaque alterum verbum, eſt hîc vſurpatum ſynechdochicῶs.

Iam, cùm hîc quoque dicit, fœdus ſuum eſſe circumciſionem, quã tamen mox ſignum fœderis vocat, & pro circumciſione non habet quæ non cordis ſit: quis non videat & pronomen hoc demonſtratiuum זה & nomen fœdus ſynechdo-
B chicῶs accipi, vt pronomen זה duo demonſtret, & fœdus ipſum, & fœderis ſignum, circumciſionem: Fœderis verò nomen item ad duo referatur, ad fœdus ipſum, & ad circumciſionem, fœderis ſignum, ſicut hoc nomen & poſtea vſurpauit, dicens: Et erit fœdus meum in carne veſtra? Fœdus enim ipſum non in carne, ſed in gratuita dei beneuolentia, & beneficentia conſiſtebat, & fide populi: circumciſio ſignum huius fœderis erat in carne. Placet verò domino ſic loqui nobiſcum, & ſua offerre dona, quæ certis ſignis ſenſibilibus pro naturæ noſtræ conditione offerre dignatur, vt ſicut ipſe, ſignum & ſignatum in donis ſuis, verbis ſimul complectitur, nos ea non diſtrahamus: ſed ſigna, quibus ille ſua cæleſtia dona offert, ea fide ſuſcipiamus, vt ſignificata per hæc ſigna ſpiritualia dona præcipuè ſuſpiciamus, atque complectamur: ſed nec ſigna etiam, quę dominus inſtituit, & quibus ſe prædicat, ſua nobis vitæ æternæ conferre beneficia, contemnamus, & quam per hæc conſtituit nobis diſciplinam, & ſanctæ in ſe communionis obſeruantiam, adſparnemur. Poteſt quidem ille ſua beneficia quibus vult, abſque vllis ſignis exhibere. Dum autem ea certis nobis offert ſignis ea ſigna nos ſi negligamus, ipſa quoque beneficia repudiamus. Non enim nos ipſi, ſed ipſe nobis præſcribere debet, qua eius dona ratione percipiamus.

Similem ſermonẽ dei, quo donum inuiſibile, ſigno viſibili exhibuit, legimus 1. Reg. 11. de Propheta Ahiah Silonite, & Ieroboam. Legitur enim illhic, hunc
C Prophetam, nouum pallium ſuum diſcidiſſe in duodecim partes, atque dediſſe Ieroboam decem partes, his verbis: Cape tibi denarium ſciſſurarum, nam ſic dicit dominus Deus Iſrael: Ecce ego ſcindo regnum de manu Salomonis, & dedi denarium tribuum. Hîc verbum (Accipe) omnino ad duo refertur, ad partes decem ſciſſi panni, quas Ieroboam manibus accepit, & ad Regiam poteſtatem, quam debuit ſuſcipere fide, per hoc ſignum.

Hæc iam exempla ſufficiant de Synechdoche, quæ ineſt verbis cœnæ, dum reſpondendum erit aduerſarijs illis, & qui vel tranſubſtantiationem panis & vini, in corpus & ſanguinem Chriſti, vel comprehenſionem eius ſub pane & vino ponunt permanentem: & qui cœnam dominicam Chriſto penitus euacuant. Porrò, quia conſtat verba illa λάβετε φάγετε ſynechdochica eſſe, & ad res duas referri, easq; longè diuerſiſsimas: eſt & illud hîc obſeruandum, ea cùm referuntur ad ſymbola, accipi ſimpliciter, vt ſymbola ſcilicet, capiantur in manus, & mã ducentur, bibanturq; ore: At cùm referuntur ad ipſum domini corpus & ſan-

guinem, μετὰφορικῶς. Edere enim ſimpliciter ſi accipiatur, actum ſignificat cor D
poris, quo cibus ore ſumitur, dentibus manditur vel deglutitur, ac in ventriculum traijcitur: ſic & bibere ſignificat actum corporis, quo potus hauſtus ore, demittitur in ventriculum. Iam in confeſſo fuit, ſemper in Eccleſia, & Scriptura id euidenter quoque docet, Chriſti corpus & ſanguinem non eſſe cibum & potū corporis, nec ſimpliciter tribui his, edi & bibi, ſed per ſimilitudinem, ac ideo μεταφορικῶς. Sicut enim panis commeſtus, & vinum bibitum alunt corpus, viresq; & vitam ſuſtentant, ita corpus & ſanguis domini fide & energia Spiritus ſancti alit hominem in vitam nouam, viresq; huius vitæ, & vitam ipſam ſuſtentat: vitā qua iuſti fide viuunt ſua.

Obſeruandum præterea & verbum iſtud Bibite ex eo omnes. Hoc ipſum enim (omnes) & ad ſumptionem panis pertinere quis dubitet? Hinc igitur certè diſcendum, ſic dominum ſacram cœnam inſtituiſſe, vt ea communicent præſentes omnes, non ſacrificium ex eo facere, quod vnus peragat pro multis. Det Dominus vt hoc aliquando probè perpendatur.

Poſtremò valde obſeruanda eſt verborum hîc & actionum connexio: Acceptum panem in manus, actis gratijs, fregit, dedit, iuſsitq; ſumere omnes, & hæc religiosè omnia obſeruantibus. His, his demū præbet ſuū corpus & ſanguinē. Diligenter itaque duo hæc diſcenda ſunt, corpus & ſanguinem Dñi dari ab eo E
non pani & vino, ſed diſcipulis, & non in alium vſum, quàm ad manducandum, & bibendum: Panem quidem & vinum corporaliter, corpus & ſanguinem domini ſpiritualiter. Nec enim ſimpliciter de pane dixit dominus: Hoc eſt corpus meum: Et de vino, Hic eſt ſanguis meus: ſed de pane & vino, qui ſumatur à diſcipulis, vt ipſe iuſsit. Hoc quoniam minus obſeruatum eſt, ſed verba iſta: Hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus ab alijs quaſi decerpta, & præciſa, ac ita in ſe ſola conſiderata ſunt: Et quæ præcedunt Domini verba, quaſi ad hæc non pertinerent: ab horum verborum cōſideratione ſeiuncta: introductæ ſunt duæ illæ opiniones infinitarum impietatum, & ſuperſtitionum parentes, tranſubſtantiationis panis & vini, in corpus & ſanguinem domini, & permanentiæ corporis & ſanguinis Chriſti, ſub ſpeciebus panis & vini, etiam extra vſum cœnæ dominicæ à Domino inſtitutum. Obſtabat totum de incarnatione domini Euangelium, quominus poſſent dicere, vel panem eſſe corpus, & vinum eſſe ſanguinem domini, vel panis viniq; ſpecies.

Cùm itaque laborarent de eo horum verborum intellectu, quo vera appareret hæc oratio: Hoc eſt meum corpus: & hic eſt ſanguis meus per ſe, tandē excogitata eſt opinio tranſubſtantiationis, & reiecta iam verba illa domini erant: Accipite, bibite: adiecta eſt & opinio permanentis corporis & ſanguinis domi F
ni ſub ſpeciebus panis & vini, dum illæ ſaluæ eſſent, etiamſi nunquam fuiſſent ſumptæ. Iam cum hoc conſtitutum eſſet, per ſe cōſecutum eſt, Chriſtum in his ſpeciebus præſentem, debere adorari, coliq; cumq; hominibus verus Dei cultus, qui pietate conſtat, nunquam placet, noui ſubinde ſunt cultus excogitati. Aliquando tantùm in pyxide aliqua ſeruabantur panis iſte, & ſanguis in altari, loco non perſpicuo: talibus vaſis ferebatur ad ægrotos: poſtea ſingulares, vt affabrè excultæ ædiculæ, vel turriculæ extructæ ſunt, & ante has ſuſpenſæ lampades: poſtea ſequutæ ſunt Monſtrantiæ, pompæq; illę proceſsionum. Vno enim admiſſo errore, plures inſequebantur.

Sequitur in hoc loco Matthæi: Dico verò vobis, Deinceps non bibā de hoc fructu vitis. Hîc obſeruandum, dominum (vt quàm pleniſsimè exprimeret ſymbolum hoc in ſua natura nihil mutari) maluiſſe dicere, Fructum vitis, quàm vinum: & ait, de hoc fructu, vino, quod biberant. His ergo clariſsimè docuit dominus, vinum in ſua cœna non mutari in ſua natura. At cùm de hoc ſymbolo conſtat, vt conſtat, de altero item rectè concluditur.

Nec mouere debet, quòd Lucas hoc Domini dictum memorat, vt ſubiectū

ſtatim

B 3

ſtatim ad calicem primum circumlatum à domino, quem non fecerat ſanguinis
A ſui ſacramentum: Vnde tranſubſtantiationes poſsint ſibi aliquid fingere argumenti, dominum non bibiſſe vinum poſt priorem calicem initio menſæ circumlatum. Ergo in poſteriore calice non vinum, ſed tantùm ſuum ſanguinem exhibendum præbuit. Verùm conſtat, Euangeliſtas, actiones Chriſti nõnunquam narrando anticipare, quæ tamen re vera poſteriore loco contigerunt. Verùm non licet ex inuerſo narrationis ordine, rerum quoque ſeriem inuertere.

Finiunt D. BVCERI *ſcripta; quæ ſequuntur, ex prælectionibus eius ſunt collecta.*

DE ſacra Euchariſtia, vt de omnibus ſacris myſterijs, loquendum eſt, quod fieri poteſt clariſsimè ac certiſsimè, ac etiam cautiſsimè, vt & filij dei, mentẽ Chriſti percipiant pleniſsimè, & alieni quàm minimum inueniant occaſionis, veritatem Chriſti, vel peruertendi, vel obſcurandi. Iſtud aſſequi non poſſumus melius, quàm verbis vtendo Spiritus ſancti, religioſè & ritè explicatis, atq; omni falſo rerum intellectu excluſo, tum affirmando, quæ ſunt huic myſterio conſentanea, tum negando quæ contraria. Fatendum enim eſt, Spiritum ſanctũ omnia ſalutis noſtræ miniſteria, & perſpicuitate, & certitudine, & cautione ſumma tradidiſſe. Spiritus ſanctus verò, & Chriſti ipſius, & Apoſtolorum ore, &
B ſcripto, tradit nobis myſterium Euchariſtiæ, vt omnium aliorum ſacramentorũ verbis, & ratione tradendi, & præbendi, atque accipiendi.

Et præberi hîc atque percipi, tria affirmat ſymbola, panem & vinum, corpus & ſanguinem domini, & confirmationem noui teſtamenti, atque remiſsionis peccatorum. Nam acceptum panem & vinũ, actis gratijs, dedit diſcipulis ſuis edendum, & bibendum, adiecitq;, ſe his ſignis tradere eis corpus ſuum immolatum pro nobis, & ſanguinem pro nobis fuſum. Dixit item, Hoc ſanguine nobis confirmari, nouum fœdus gratiæ, & donari peccatorum remiſsionem. Vſum & perceptionem legitimam huius ſacramenti, definit eſſe, corporis & ſanguinis Chriſti illam κοινωνίαν, qua vnus panis ſumus, & vnum corpus multi, quicunque de vno pane, & vno calice domini participamus: Corpus illud indubiè cuius Chriſtus caput eſt, & in quod baptizati ſumus. Regeneratione enim facti ſumus membra corporis eius, caro de carne eius, os de oſsibus eius, vnà cum ipſo caro, 1. Cor. 12. Eph. 5.

Traditur itaque, & percipitur in Euchariſtia, cùm legitimè adminiſtratur, & percipitur, illa cum patre & filio, ſanctisq; omnibus communio, de qua Ioãnes primo capite epiſtolæ ſuæ, illaq; vnitas cum patre, & filio, & ſanctis omnibus, quam orauit nobis dominus Ioan. 17. qua Chriſtus eſt in nobis, ſicut pater in eo & nos in ipſis, patre, & filio. De qua communione dominus & illud dixit: Qui
C manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, manet in me, & ego in illo. Iſta communio, & vnitas, eſt regenerationis cæleſtis, nouæ creaturæ, myſterij magni & diuini: Nec igitur, niſi fide cognoſcitur, ac percipitur: & effectis, id eſt iudicio, voluntate, & actionibus nouis, cæleſtibus, ac diuinis deprehenditur, ac ſentitur. Omnes igitur ſenſibiles mundi imaginationes, omnis cogitatio loci, continui, aut contigui, aut commiſtionis, ab hac communione & vnitate remouendæ ſunt, admirandaq; in verbo Dei eſt apprehenſa, & effectis eius, operib. noui hominis, ſuſpicienda, penſitanda, & fruenda. Spiritus ſanctus non ſatis habuit nobis teſtari, quòd Chriſti donamur ſpiritu, & merito, atque interceſsione actuq; eius viuimus. Prædicat præterea, ipſummet eſſe nobiſcum, habitare in cordibus noſtris, eſſe caput noſtrum, nos eſſe in ipſo, & illum in nobis. Et hanc eius communionem dari nobis, & percipi à nobis ſacramento Euchariſtiæ affirmat. Prædicanda igitur & nobis hæc ſunt, atque affirmanda.

Metaphoræ hæ ſunt, & translatæ locutiones, vt omnes, quibus res regene-

rationis explicamus. Quas enim animalis homo non percipit, his rebus nec no D
mina dare potest propria: sed metaphoræ hæ sunt Spiritus sancti, quibus nullæ possunt excogitari magis propriæ, magis significantes, & illustres. Non igitur conuenit, vt has metaphoras interpretari conemur verbis proprijs, quæ nos omnino destituũt, in cunctis rebus regene rationis. Nec par est, vt plenitudinem earum extenuemus metaphoris exilioribus, & nostræ naturali menti magis cognatis. Cauendum est, ne præceptum domini dilucidum vbique illuminatos habentibus oculos fide, nullis superstitionis grandiloquẽtijs, obscuremus. Rursus autem cauendum est, ne pondus & maiestatem mysteriorum Christi, quæ Spiritus sanctus credenda magis, quàm perscrutanda (nostra quidem ratione) proposuit, imminuamus interpretationibus, quæ magis ex nostris proficiscunt cogitationibus, quàm ex ipsis Dei verbis, & natura mysteriorum eius. Verbum caro factum est, vt vna ὑποστάσις sit Deus & homo, vt idem homo verè terrenus fuerit, & mortuus, resurrexeritq; à mortuis, atque conscenderit in cælos, sitq; nunc cælestis, sedeat ad dexteram Patris, regat, impleatq; omnia, rediturus in nubibus conspicuus toti orbi, & iudicaturus viuos & mortuos, quos omnes necesse sit, sua resumere capita. Hæc profectò omnia ita superant captum hominis, vt sola fide à nobis apprehendi necesse habeant.

Fides horũ, quia est exercitata, & vsu diuturno confirmata, clara & perspicua B
hæc (vt sunt omnia Christi mysteria solidè credentibus) videntur: obscura fierẽt nobis, si nobis indulgeremus, inquirere in illa pro ratione mentis nostrę, sua sequẽtis principia naturalia. Est Christus noster semper simul deus & homo, & caput sanctorum omnium, primogenitus filiorum Dei. Ita igitur naturarum idiomata obseruanda sunt mente, & exprimenda verbis, vt nullis cogitationib. vnitas hypostatica distrahatur. Nihil autem magis consentaneum esse potest, atque sit sermo Dei. Omnino igitur consentiunt, & consonant, quæcunq; Scriptura prædicat de Christi apud nos existentia, perceptione, mansione, habitatione, manducatione, cum ijs testimonijs, quibus prædicatur mundum reliquisse, in cælis agere, & habere verum corpus: ac proinde circumscriptum, ac definitum.

Cùm ergo agitur de hoc mysterio, vel Eucharistiæ, vel simpliciter præsentiæ Christi apud nos (inhabitans enim in nobis, & existens in medio nostri, cur nõ diceretur præsens?) alienum est, locos Scripturæ obijcere, qui testantur Christum reliquisse hunc mundum, & agere in cælis, idq; verum hominem, corpus verum habentem, & ideo circumscriptum corpus, quod diffundi in omnia vel multa simul loca non possit. Est enim præsentia hîc Christi, siue verbo, ea tantùm, siue sacramento etiam offeratur, aut testificetur, non loci, non sensus, non F
rationis, non terræ: sed spiritus, fidei, cælorum, quatenus in hos per fidem subuehimur, & collocamur cum Christo, eumq; in cælesti sua maiestate apprehendimus, & complectimur, vtrumque speculo & ænigmate verborum & sacramentorum sensibilium indicatum & oblatum.

Antichristi autem persuadent simplicioribus, ex his verbis, nos hîc habere & percipere Christum præsentem, modo aliquo huius seculi, vel inclusum, vel cõiunctum cum pane & vino, aut sub harum rerum accidentijs, ita, vt ibi debeat adorari & coli. Doceantur igitur dociles, præsentiam Christi in Eucharistia nullam haberi, nisi in legitimo eius vsu, & quæ fide sola, cùm apprehenditur, tum tenetur: cæteri relinquantur, vt cæci duces cęcorum, & plantatio quam Pater cælestis non plantauit. Qui enim ex Deo nati non sunt, verbum dei non audiunt.

Auertendæ autem horum technæ sunt, & fraudes. Sed hæ nonnisi verbo dei ritè explicato, auerti possunt: & nonnisi ab ijs, quos dominus ipse docuerit nostro ministerio. Boni etiam, cùm audiunt hîc dari & accipi, haberiq; præsentem Christum, localem quandam imaginantur præsentiam. Imaginantur etiam hi nõnunquam, deum ipsum vt circumscriptum loco, & humano indutum corpo

re. Do-

B 3
ZB 574 & III
Call-N
Date

A re. Doceantur igitur ſemper, hæc myſteria eſſe cæleſtia, & captum omnem ſuperare humanum, inq; ſolo Dei verbo eſſe apprehendenda, & cognoſcenda, lõgè ab animis repellendas omnes huius ſeculi rationes: verbum Dei teſtari, Chriſtum verum hominem, & verum corpus hominis habere, & cum illo ſubiectum in cælis, mundum hunc reliquiſſe. Non igitur in hoc mundo eum vlla ratione mundi requirendum, ſed ita, vt ille ſeſe offert, exiſtentem in cælis, & percipiendum, non ſenſibus, nec ratione, ſed fide. Hos verò cælos, quia ſunt ſupra omnes cælos, equidem definire non auſim, niſi Scripturæ verbis & non noſtræ rationis prædicamentis. ſcripturæ autem illos, nõniſi maieſtate ac beatitudine diuina definiunt, non locorum intercapedinibus, clareq; teſtantur, eos in cor hominis non aſcendere.

Quæ ſancti Patres, de loco proprio corporis Chriſti in cælo ſcripſerunt, ijs equidem non video, quid valuerint dicere amplius, quàm ſeruanda eſſe in Chriſto naturæ vtriuſque idiomata: & diuinæ naturæ ἰδιώματα eſſe, eſſe vbique, implere omnia, etiam per ſubſtantiam: humanæ autem eſſe definito loco, & conditione, & non diffundi, vel in multa, vel in omnia loca. Hæc vera, & Scripturis conſentanea ſunt, etiamſi non tribuatur corpori locus in cælis ex quarto Phyſicorum. Et contineamus nos in his præcisè, quæ Scriptura de cælis, & Chriſti ſeſſione in cælis prædicat. In tantis myſterijs religio mihi eſt, vel ſanctorum Pa-
B trum authoritate locutiones vſurpare, quæ in Scripturis vſitatæ non ſunt. Quò enim illis nos traduxerit Satan & Antichriſtus, deploramus omnes. Qua de cauſa, vt illa ſanctorum Patrum dicta, de mutatione ſymbolorum, volo reuerenter, in ſanum & ipſorum ſenſum interpretari, ita vſurpanda nunquam conceſſero. Nimis enim aliena ſunt à verbis Dei, & merent hodie Antichriſtis ad horribilẽ illam ſupra omnes idololatriam. Sic etiam, ſi quid ſancti Patres inueniãtur de hoc loco Chriſti cæleſti ſcripſiſſe vltra id, quod Scriptura certò docet, id quidẽ non irreuerenter volo reijcere, nec de eo cum quoquam pugnare, tantùm deprecor, ne inde dogma conſtituatur, & vt ego in ſimplicitate ſcripti verbi Dei relinquar. Sed dicitur: Ne exercitati quidem fide homines, poſſunt excludere cogitationem localis, vel locali ſimilis præſentiæ Chriſti in pane, cùm audiunt, eo nobis Chriſtum dari, & percipi, haberiq; præſentem in ſacra cœna. Propter noſtram autem imbecillitatem, non video eſſe corrigendam linguam Spiritus ſancti, aut vllo modo admittendum, vnde poſsit videri, Spiritum ſanctum non locutum eſſe ſatis cautè & communiter, & tam ad fidei ædificationem, quàm ad omnis erroris excluſionem appoſitiſsimè & efficaciſsimè. Iam ſunt Chriſti verba: Vbi duo vel tres in nomine meo cõgregati fuerint, ibi ego ero in medio
C eorũ. In Euchariſtia ritè celebrata coitur in nomine Chriſti. In mũdo nos ſumus & alicubi, & vbi vbi ſumus, Chriſtus eſt in medio noſtri, qui tamen in mundo non eſt, & habitat in cordibus noſtris, ſed fidei, nulla ſenſuum, vel rationis comprehenſione, aut contactu. Et quomodo abſit caput corpori ſuo? Definio igitur præſentiam Chriſti, quæcunque à nobis percipitur, vel ſacramentis, vel ex verbo Euangelij tantùm, eſſe apprehenſionem & fruitionem Chriſti, dei & hominis, vt noſtri capitis regnantis in cælis, & manentis atque viuentis in nobis, quam nulla ratione huius ſeculi, ſed fide percipimus, & fruimur, oblatam verbo & ſacramentis: vim autem eius percipimus cunctis noſtri partibus, & viribus, cum Chriſti ſpiritu illæ ſanctificantur & ad obedientiam, vitamq; dei renouantur. Præſens enim dicitur ſecundum aliquam eius, cui quis præſens dicitur, perceptionem. Ita adeſſe, & præſentes eſſe dicimus, quos auditu tantùm, vel viſu adeſſe percipimus. Cùm iam perceptio fidei ſit multo certior, omni comprehenſione ſenſuum, vel rationis: quare non dicamus Chriſtum caput noſtrũ præſentem nobis ſuis membris, apprehenſum fide, & viuentem, inhabitantémque in nobis?

Dicitur autem: ſancti Patres interpretantur Scripturas, quæ de præſentia

tractantur domini, apud nos degentis adhuc in hoc ſeculo ſecundum diuinita- D
tem Chriſti, ſecundum maieſtatem eius, ſecundum prouidentiam eius. Verum: ſed dominus dixit: Ego ſum vobiſcum. Et Paulus, Chriſtum in nobis viuere & habitare: ſed & ſancti Patres ipſi, nos Chriſtum habere præſentem per Baptiſmatis ſacramentum, & per altaris cibum & potum. Et præſentiam carnis vocãt eam, quę ſenſibus percipiebatur, opponuntq; ei quæ fide habetur. Fides ſanè totum Chriſtum, deum & hominem complectitur, præſentemq; tenet, & ſecundum diuinitatem eſt nõ tantùm in cœtu ſuorum, & membris, verumetiam vbique. At non ſunt contenti quidam, niſi dicatur corpus & ſanguis haberi præſentia in cœna realiter, carnaliter, ſubſtantialiter. Omnes ambiguæ voces, prudentibus & bonis viris vitantur in omni oratione, quantò magis ergo vitandæ ſunt in myſterijs Chriſti? Deinde voces exoticæ, id eſt, diuinis ſcripturis nõ vſurpatæ, meritò repudiantur nobis in tractandis Chriſti myſterijs, niſi cùm adhiberi vtiliter poſſunt ad explicandam veritatem Chriſti. Hę autem voces ambiguæ cum ſint, doctrinam magis obſcurant: nulla igitur ratio ſinit, vt eas vſurpemus. At quando, ſi negemus Chriſtum percipi in Euchariſtia realiter, & ſubſtantialiter, videmur contraria harum vocum affirmare, id eſt percipi eum ficte & accidentaliter, optarim eas voces in totum repudiari, nec admitti eas, ſiue negando, ſiue affirmãdo. Si quando autem res ita ferat, vt propter tuendã Chriſti veritatem apud filios Dei contra aduerſarios, voces iſtæ in diſputationem ingerantur, equidem definirem has voces: & ſi quis vellet per adeſſe Dominum realiter, & ſubſtantialiter intelligere eum percipi fide re ipſa, & ſubſtantiam eius, darem: Sin aliquid præſentiæ huius ſeculi his vocibus vellet admiſcere, negarem: Reliquit enim dominus mundum hunc. E

Voces carnaliter & naturaliter, quoniam perceptionem ſenſuum innuunt, nunquam admiſerim. Ex his exiſtimo perſpicuum eſſe, ſcripturæ diuinæ eſſe conſentaneum, & dignum religione noſtra in Deum, & Scripturas eius, inq; totam veterem Eccleſiam: & accommodantes nos verbis Domini, Apoſtoli, & veteris eccleſiæ, dicimus dari & accipi, corpus & ſanguinem Domini verum, id eſt Chriſtum ipſum, deum & hominem: dari autem verbo & ſymbolis, percipi verò fide, & dari eum ac percipi, vt plenius maneamus, & viuamus in eo, & ille in nobis. Cumq; dicitur percipi non poſſe, quod iam habetur ante: ad Euchariſtiam autem qui accedit, non habens in ſe Chriſtum, eum mortem ibi, nõ Chriſtum ſumere: puto facilem eſſe reſponſionem, dandum nobis, & accipiendum Chriſtũ eſſe, donec nihil noſtri ſit in nobis: ſed ipſe omnia, & nos toti in eo, nulla ex parte in nobis. communionem enim Chriſti, eam quam Baptiſmate percepimus, dicimus, Euchariſtia confirmari & augeri, ſed id fit Euangelio fide audito, ac lecto, nec quicquam Euchariſtia plus habet aut confert, niſi quòd in ea & viſibilia Chriſti verba adhibentur, eaq; nõ inefficacia ſanctis. Inſtituto enim domini adhibentur, cuius omnia verba, & inſtituta, ſunt vita & ſpiritus. Ex his itaque puto intelligi, quid credam de præbitione aut exhibitione, atque perceptione, ac communicatione corporis & ſanguinis Domini in ſacra cœna, eáque cum Scripturis & doctrina veteris Eccleſiæ rectè congruere. F

At quia fateor dari, & accipi in ſacra cœna Chriſtum, id eſt communionem ſaluificam, rogatur quis eam det, ac præbeat, & an pane, ac vino. Cum itaque equidem dicere rogar, de dante & prębente corpus domini, id eſt viuificam horum, totiusq; Chriſti communionem, dico Chriſtum, qui in medio ſuorũ eſt, cuiusq; hæc verba ſunt: Accipite & manducate, principem & efficacem datorem eſſe ſuiipſius: Miniſtrum autem, ita ei ad hanc ſui præbitionem miniſtrare, ſicut ad eam, quam Euangelio præbet, & Baptiſmate: propter quod miniſterium, Paulus rectè ſcripſit, ſe Corinthios Domino per Euangelium genuiſſe, & Chriſtum ipſorum cordibus inſcripſiſſe, & Galatas parturijſſe. Si verò de vſu hîc panis & vini rogor, reſpondeo, ſigna eſſe exhibitiua, quibus dominus ita ſeſe panem

cæle-

A cęleſtem,& vitæ ęternæ exhibet,& præbet, ſicut diſcipulis ſuis præbuit Spiritum ſanctum,ſigno afflatus oris ſui:& ſicut tactu manus,multis contulit ſanitatem corporis & mentis,ſicut viſum,luto facto & ſputo,ſicut circunciſione carnis,circuncaſionem cordis,ſicut Baptiſmate,regenerationem. Fide,paternæ dei charitatis erga nos,viuimus vitam ęternam. Hęc fides eo nititur,alitur,& prouehitur,quòd Chriſtus filius Dei,ſe,& meritum omne ſuum donat nobis,viuitq; in nobis:peccato liberatos,excitabit à mortuis,in vitam perfectè cęleſtem & beatam:proinde cibi,& potus ſymbolis,voluit Dominus hîc vti,& dare carnem ſuam manducandam ſpiritualiter,ſymbolo panis manducandi corporaliter:& ſanguinem ſuum bibendum ſpitituaIiter,ſymbolo vini bibendi corporaliter. Eandem enim(vt dictum) dat ſui communionem in cœna per ſymbola,& verba ſua,quam commendauit Ioan.6.tantùm verbis.

Si rogor,quæ poſsit eſſe coniunctio glorioſi corporis Chriſti,exiſtentis in cęlis,& certo cælorum loco,cum pane corruptibili,contento in terra,& loco ſenſibili: Reſpondeo,eam,quæ eſt regenerationis cum tinctione aquæ,& quæ Spiritus ſancti cum flatu oris Chriſti:pacti coniunctionem eſſe dico,vt qui fide vera,viuaq; communicant his ſignis corporaliter,ſpiritualiter verò percipiant confirmationem,& incrementa communionis corporis & ſanguinis Domini, eius,quà ſunt membra Chriſti,caro de carne eius,os de oſsibus eius,vt ſint
B hæc perfectius.

Extra vſum igitur inſtitutum à Domino huius ſacramenti,manducationis,& bibitionis,qui hęc ſigna præſentię Chriſti ſigna facit,abominandam inuehit idolomaniam,& qui etiam ea ſumit manducanda & bibẽda ſine viua fide Chriſti,adeò nihil eius percipit alimonię,quam hîc ſuis præbet dominus,vt mortem ſibi ſumat,& condemnationem. Qui planè impij ſunt,eos nihil Chriſti ſumere ex ſacra cœna dico,qui credunt,nec tamen rectè dijudicant hunc cibum,vt Corinthij quidam ab Apoſtolo culpantur,vt hos non poſsint negare Chriſtum fide,quam habent in cœna percipere:ita non dixerim eos Chriſtum manducare poſtquam fidem hîc non ritè exercent ſuam,religioſa tantorum myſteriorum dijudicatione,quæ eſt ſpiritualis huius cibi manducatio:ſimiles enim tales ſunt ijs,qui ſumptum ore cibum,vel non mandunt,vel in ventriculum non demittunt,vel demiſſum non concoquunt,aut mox,aut paulò poſt reijciunt.

Si de verbis domini rogor,Hoc eſt corpus meũ,quid hîc demonſtret (Hoc) dico ſenſui panem,menti corpus domini,vt fit in omnibus locutionibus,quib. ſignis ſenſibilibus,res inſenſibiles exhibentur,vt ſenſus ſit. Hoc,quod do vobis iſto ſigno,eſt corpus meum,quod pro vobis traditur: ſicut dixit Spiritus ſanctus de circunciſione:Hoc eſt fœdus &c.Gen.17. id eſt,id,quod ſancio vobis hoc fœderis ſigno,eſt fœdus inter me &c.

Contra tranſubſtantiationem obijcio, Hoc poculum eſt nouum teſtamen-
C tum: Hoc,id eſt,circunciſio eſt fœdus: Et verbum caro factum eſt. Ex his enim dictis non poteſt concludi tranſubſtantiatio,aut poculi,aut circũciſionis in fœdus,vel verbi domini in carnem. Non igitur ex iſta locutione Domini, quã prębendo panem,dixit: Accipite,Hoc eſt corpus meum, concludi poteſt panis tranſubſtantiatio in corpus Domini: Nec enim omnis talis locutio, aut vla etiam in omni Scriptura talem tranſubſtantiationem, atque Papiſtę hîc fingunt,ſignificat, ſine autem authoritate certa Scripturę,nullus eſt fidei articulus conſtituendus. Itaque conſtare exiſtimo,in Euchariſtia,tres res dari,& accipi à ritè communicantibus menſa domini,panem &vinum in ſe nihil demutata,ſed ſymbola tantùm facta verbis,& inſtituto Domini, corpus autem & ſanguis domini,vt his magis communicemus,communicatione regenerationis,vel ſi mauis ad communionem horum perfectiorem, aut magis in nobis perficiendam confirmationem hinc noui teſtamenti,remiſsionis peccatorum, & adoptationis noſtri,in filios Dei.

Symbola cum Irenęo dico, rem terrenam, communionem Domini, & effectuum eius, confirmationem noui Testamenti, voco rem cælestem, ac ideo fide tantùm apprehendendam, & nullius huius seculi cogitationibus inuoluẽdam. D

Et quia hîc admonemur non tantùm Christi nostri, aut communionis eius, verumetiam percipimus, malo dicere iuxta Domini verba: Accipite, & manducate: & pane & vino dari corpus & sanguinem Domini, dominumq; significari: & panem hîc signum esse corporis Domini exhibitiuum, quàm signũ simpliciter. Vnde & Patrum aliqui, repræsentandi hîc verbo rectè vsi sunt. Quod præcipuum enim hîc est, id præcipuè puto exprimendum: omnino autem prębendi verbum est: Accipite.

Dominus det nobis idem loqui, ad certam fidei apud omnes ædificationem. Amen.

PRogrediamur in verbis Pauli ad Ephesios. Posteaquàm de sacro ministerio Paulus, & quotuplex sit & ad quid sit institutum disseruit, ad tertium locum descendit, qui est de vetere homine exuendo cum omnibus suis concupiscentijs, 'estq; perpetua illa exhortatio quam producit vsque ad locũ quinti capitis de officio coniugum. Summa exhortationis est, vt in ea nostri cooptatione nos ipsos contineamus & proficiamus mortificata carne. E

Vt non amplius simus pueri, qui fluctuemus & circumferamur quouis vento doctrinæ per versutiam hominum, per astutiam, qua nos adoriuntur, vt imponant nobis, sed veritatem sectantes cum charitate, adolescamus in illum per omnia, qui est caput, nempe Christus, in quo totum corpus &c.) Καταρτισμον Galenus vocat aptationem membrorum ex loco extra naturam, in locum qui est secundum naturam: vt fit in luxatis. quo vocabulo lubenter vtitur Paulus hîc in eo sensu, & si alia plura significet, quo admoneat nos, vt vnusquisque in Ecclesia seruet ordinem suum, & non simus polypragmones, & nõ inuadamus locum alienum: quod optimè fit seruata distributione populi, vt in veteri testamento: & actiones cuiuslibet discernantur, & patiatur quisque se suo loco haberi, & illum pro dignitate tueatur. Necesse enim est Electos omnes summa fidei notitia, & vera charitate coaptari simul: alioquin non cohærent inter se in corpore Christi. Non est itaque satis Euangelium annunciari, illud audire, sed oportet eo audito catechizari, profiteri fidem, subijci disciplinæ, per quã pastores cum adiunctis presbyteris efficiant, vt quilibet in Ecclesia seruet suum ordinem in omnibus. Quare in primis hæc efficacia verbi Dei vrgenda est: qua in vnum corpus coaptamur, cuius caput est Christus, vt eò perducamur, & inde nos auelli non sinamus. Et notandum quòd Paulus dicit, data esse illa multiplicia dona ad opus ministerij, id est, ad ædificationem istius corporis, quod est Ecclesia. vnde rectè Hieronymus ait: Qui verè non ædificant, sed vanis his titulis delectantur, non sunt Apostoli, non sunt Prophetæ &c. nihil valẽt, apud Deum laruæ, qui quærit, qui in spiritu & veritate se colant in negocio salutis hominum, pro qua Christus sanguinem suum fudit. Non igitur est ludendum in ecclesia falsis illis titulis. Sunt hæc eorum nomina, qui verè in opus incumbũt, vereq; id præstant, cuius illa sunt nomina. Hæc videant in papismo Papæ, cardinales, episcopi & pręlati, qui falso titulo vocantur pastores. P

Qualis autem debeat verus esse pastor, lege locum Actorum, vbi Paulus alloquitur presbyteros Ephesinæ Ecclesię: Vos scitis à primo die quo ingressus sum Asiam &c. Considerẽt isti Apostolici, qualem se præbuit Paulus ab eo die quo est ingressus in Asiam, vsque ad id tempus quo alloquebatur Ephesinos presbyteros. Id consideremus & nos. tales se præbeant, qui veri volunt esse episcopi, alioquin rei sunt omnium qui eorum negligẽtia pereunt. Mundus sum inquit Paulus, à sanguine omnium, id est, à causa perditionis omnium qui periturí sunt vestra negligentia, non enim subterfugi, quominus annunciauerim vobis

A vobis omne consilium Dei. Ministerium fuit à Christo institutum, & maximo illi constitit: maximi igitur illud faciamus. Tot gradus & ordines in eo constituit, ne vspiam Electis deesset. Instituit autem ad coaptationem in eadem fide, in eadem familia Dei, distributis quibusque in suas classes, & suas actiones propias. Non igitur sunt hæc nomina ociosa, & vani dignitatis tituli, multo minus tituli iuris spoliandi Ecclesias suis emolumentis, ab ignauis & pigris ventribus. Obseruanda etiam diligenter est vox διακονίας qua hîc Apostolus vtitur. Diaconus est, qui sua non adfert, sed quæ mandantur seruat, & eius voluntati ministrat, cui seruit: sic illi veri sunt Ecclesiæ ministri, qui ad salutem Ecclesiæ omnia referunt, quia voluntatem diuinam, cui illi seruire in primis debent, hoc præcipuè velle sciunt.

In ædificationem corporis Christi.) Minister Ecclesiæ hoc in primis debet respicere, vt ædificet: qua translatione libenter vtitur Paulus 1. Corinth. tertio, similiter & agricolationis, & ad Galatas quarto, parturitionis. nam ita hæret in natura peccatum, vt semper opus sit nos prouehi & instaurari. Nunquam enim satis plena fides, continentia, & sanctimonia: & errores sunt infiniti, quibus omnes implicamur. Vnde semper danda opera est, vt omnes adducamus ad consensionem doctrinæ, & adductos ritè adaptemus & collocemus in hoc Dei ædificio, donec aptè iaceant, & solidè consistant, summa cum æqualitate fidei &
B & charitatis, sine vlla carnis scabricie. Nam hæc sunt quæ ædificatores periti respiciunt, cùm ædificant, alioquin ædificium non est, vt esse debet: & ipsi artifices indigni sunt, vt boni artifices dicantur. Hoc autem fit à veris ministris, non solùm prædicatione verbi publica & sacramentorum administratione &c. Verùm de catechismo etiam præceptum est manifestum: Docete eos seruare omnia quæ præcepi. Ideo oportet esse catecheses sanctas, catechismū docere studiosissimè, assiduè & religiosè, & eum inculcare frequenter.

Donec occurramus omnes.) A doctrina & iudicio mentis nostræ pendet omnis actio. Et actiones prudentium hominum, imò etiam Spiritus sancti iudicio, sunt testimonia mentis nostræ & doctrinæ, quam tenemus in animo. Occurrendi metaphora sumpta est ab amicis, qui eundem animum obtinent, sibi certum præstiuunt locum, ad quem conuenire volunt, ad quem cùm perueniunt alter alterius presentia mirificè exhilaratur, amantissimeq; sese inuicē excipiunt. Sic est eousque & ita docendum Euangelium, vt & donec quisque relicto suo errore, vltro occurrat veritati, & veræ fidei, in qua cum alijs cōsentiat. Iam si occurrere debemus in vnitatem fidei, fides autem est ex auditu, non quidem Augustini, aut Ambrosij, aut alterius cuiuspiam hominis, sed ex auditu verbi Dei. petendæ igitur inde sunt rerum diffinitiones, & ad ipsum examinanda
C sunt scripta Patrum, vt ipsimet faciendum præcipiunt.

In mensuram ætatis plenitudinis Christi.) Hebraismus est, pro, In mensurā plenæ ętatis Christi, ne putemus vllam hîc nobis perfectionem contingere ante futuram vitam, in qua plenè Deus erit omnia in omnibus, pro mensura tamē nostra, & quatenus hîc perfecta esse potest. cognoscimus enim sic ex parte &c.

Vt non amplius simus νήπιοι.) Id est stulti, fatui, ignari, simplices & faciles animo. Hebraicè פתאים Ambigua quidem ex se est vox, sed tamen hîc in malam partem accipitur, vt etiam ad Galatas, & in prima ad Corinthios tertio, vbi illi significantur, qui propter iudicij imbecillitatem omnibus etiam falsis assentiūtur. Aliquando tamen in bonam accipitur partem, vt Psalm. 18. & alibi. Multis verbis idem significantibus hîc vtitur Paulus, vt nos admoneat nostrorum infirmorum consiliorum, & insidiarum diaboli, qui se in omnem personam transformat, vt imponat infirmis. Et qui leget veteres qui hæreses recensent, stupebit ad varietatem & absurditatem errorum & impostturarum diaboli. quod si hæc vtilitas ministerij verè & cum efficacia sentiatur in Ecclesia, non poterit nō sequi vltro vita Deo grata. Nam cognita Dei erga nos charitas accendet nos,

vicissim ad eandem charitatem. D

Veritatem sectantes in charitate.) Id est, nihil agentes simulatè ac eò omnia dicta, facta, & cogitata nostra, adeoq; totam vitam dirigentes, vt charitas vera, siue erga Deum, siue erga proximum alatur & crescat. Deum ignorat qui non habet dilectionem, vt dicit Ioannes, epistola prima, capite quarto. Ideo dicit hîc Paulus, Veritatem sectantes in charitate. Porrò proximus est, quemcunque dominus tibi proximum dedit, siue per naturam, siue per cohabitationẽ, siue quacunque alia ratione, vt Samaritano vulneratum. Cumq; dicit, veritatem sectantes, excludit omnem hypocrisim, & etiam illam in verbis nimium profusam charitatem, cui nullo modo respondet animus tuus. Cogita ergo semper te coram Deo versari, qui est cordium cognitor.

Adolescamus in illum.) Finis, modus, ac terminus perfectæ charitatis, est vera vnitas, ac stabilis nostri cum Christo coniunctio, quemadmodum & fidei. Sit Christus idea & exemplar vitæ nostræ, vt sciamus nos nihildum consequutos esse, & ad nullum præterquam ad ipsum respiciamus. Est verò pernicios us error, distinctio de statu perfectionis in hac vita, & progressum impedit, homines q; excæcat, vt se non agnoscant. Quilibet Christianus debet contendere eò vt Christum assequatur. Terminus innouationis vitæ tuæ nondum est, quãdiu non es his virtutibus exornatus, quibus fuit Christus. Nondum peruenisti ad metam. pergendum ergo semper in hac vita. Si homines alios tibi proponeres, E dicere fortè posset: Ego melius alijs facio: quis vnquam melior me? Si autem Christum tibi proponis imitandum, videbis multum admodum tibi deesse ad Christi perfectionem, qui solus verè est perfectus.

Qui est caput.) Quæso, quale monstrum esset, si capiti non responderet corpus? capitis ergo vitam viuamus. Oportet enim membra & corpus capiti conuenire, quod mouet corpus & membra, vitamq; ac vires suppeditat ad omnes actiones vitæ, vt iam dictum est.

In quo totum corpus &c.) Iunctura quælibet, vocatio est, & ratio coniunctionis cuiuslibet in societate hominum. Generalissimum est vinculum necessitatis, quo Deus aliquem nobis proximum coniungit & offert, vt nullus extet qui nobis proximus non sit. Obseruanda autem est hæc necessitas ministerij, qua Deus nos coniunxit, quáque vna iunctura opus habet altera, tum in spiritualibus, tum etiam in temporalibus rebus & officijs: quod qui contemnunt, non cohærent. Id considerent qui ministerium Ecclesiæ spernunt, vt sunt Anabaptistæ. Non cohærent Christo, & participes donorum Dei fieri non possunt. Notitia & facultas proximum iuuandi in spiritualibus aut corporalibus rebus & officijs, non est inanis aut otiosa, sed necesse est, vt ad salutem cuiusque conferatur, siue tibi sit vicinitatis, siue cognationis, siue affinitatis vinculo, siue quauis alia ratione coniunctus. Addit: Subministrationis.) Per quam intelligit nõ F subministrationem tantùm doctrinæ & precum: quanuis & hanc intelligit, sed etiam subministrationem facultatum, & officiorum. Et Dominus quidem est, qui hæc nobis largitur: sed largitur per homines. Humilia ergo te, & ne dicas, hæc non requiri à te, sed tantùm subministrationem doctrinæ & precum.

Iuxta efficaciam.) Diuina hæc couiunctio, & dona Dei, per quæ ea fit, non sunt infructuosa, sed habent suam efficaciam. Ancilla Naaman suam ostendit efficaciam erga dominum suum, virum à populo Dei alienum, imò hostem etiam eius, quem tamen Dominus illi puellæ proximum dederat, cùm admonuit prophetam esse in Israele: cuius admonitione ille & à lepra, & ab ignoratione Dei sanatus est.

Incrementum corporis.) Corpus nihil aliud est, quàm membra, in eadem fide, & charitate coniuncta: quasi dicat incrementum vniuersale totius Ecclesiæ, id est, omnium & singulorum in Ecclesia. Si tales essemus, & si vera in nobis charitas vigeret, licet donorum & bonorum communio non esset, quo

ad sin

B 3
Date
Call-I
ZB
574
&
III
Aut
Fold
Tit
ORD
INC.
V
R

A ad ſingularem curam, ita vt deſtruerentur rerum dominia, ſed quemadmodum mandat Deus, ea eſſet ſingularium, vſus tamen eſſet communis & fruitio. Vt ſi tu haberes quod mihi non eſt, dares: & ego, & omnes viciſsim idem faceremus. Nam membra præcellentioribus donis inſtructa, ideo reliquis inſtructiora fiunt, vt membris reliquis quæ illis carent, vſui eſſe poſsint. Addit:

Per charitatem.) Quia viget ea in omni membro verè inſerto corpori Domini, vt omnes complectitur in ſalutẽ, & ad gloriam Dei. In prima epiſtola Corinth. 13. docet Paulus quæ ſunt charitatis propria. charitas patiens eſt, benigna eſt, nõ inuidet, non eſt procax, nõ inflatur, non eſt faſtidioſa, non quærit quę ſua ſunt &c. In ſumma, charitas requirit omniũ horarũ, & omniũ hominum hominẽ, ſeruatis tamen interim diuerſis gradibus. prior debet erga domeſticos fidei patrẽ, matrem, domeſticos, &c. exerceri: ſed tamen omnes illa amplectitur: Dominos, ſeruos, propinquos, remotos, amicos, inimicos. Hæc charitas ſi tibi deſit nihil es: vt dicturus ſit tibi dominus etiam docto pręclarè, in ſacris literis erudito, prophetæ facienti miracula, infirmus fui, & non viſitaſtis me &c. Ite maledicti &c. Sequitur.

Hoc itaque dico, & teſtor per Dominum, ne poſthac ambuletis &c.) Quartum illud, hoc eſt, ad quod ſacrum eſt inſtitutum miniſterium, nempe vt regenerati, hoc ipſum in vita exprimant, quod ſunt. Præmittit grauiſsimam obteſtaſtionem Spiritus ſanctus per os Pauli, quia res ſerias proponit. Dicit: Ne poſt-
B hac.) Ambulabant ergo inter eos quidam in his peccatis, quæ hîc reprehendit.

Sicut reliquæ gentes.) Neceſſe eſt vt ſint contrariorum ſtudiorum, qui ſunt contrariæ naturæ & profeſsionis. vos eſtis iam diuinæ facti conſortes naturæ per regenerationem, nec eſtis amplius principi tenebrarũ & mammonæ addicti, ſed Deo ſeruitis viuenti. Quæ Paulus hîc erga Epheſios facit, debet quilibet miniſter erga ſibi commiſſos facere. In hoc eſt omni miniſtro incumbendum, vt exuamus veterem hominem, & nouum induamus, qui eſt ſecundum Deum creatus. Profeſsio noſtra eſt æterna vita, contraria prorſus profeſsioni reliquarum gentium, quæ ſpem non habent. ergo ſint etiam ſtudia contraria. O ſi hoc argumentum ſuum haberet apud nos pondus, quàm eſſemus diuerſi ab his qui nunc ſumus. Chriſtiani hominis eſt omnia inſtituere & facere ex verbo Dei, & ex eo rationem inſtituere, ac petere factorum ſuorum, nõ ex conſuetudine & exemplo mundi: hæc enim corruptiſsima ſunt. Fugienda potius ſunt quæ mundus facit, nec conformes fieri huic ſeculo debemus, quia electi ſumus de mundo. Diſcrimen inter hos & illos, hoc eſt, quòd in ſanctis opera reſpondent fidei, & fides operibus: ſecus autem in alijs.

Quæ ambulant in vanitate &c.) Id efficit vis & ſeruitus peccati in non regeneratis, à qua pij liberantur donati Spiritu ſancto & fide, quia omnia agunt, & inſtituunt in timore Dei, & charitate verbo Dei informata: ita vt in omnibus
C expendant quid iubeat, prohibeatve Deus. Cur hoc facis? quia ita docet verbũ Domini. Cur ab hoc abſtines? quia non decet profeſſum doctrinã Chriſti crucifixi. At non regenerati prima principia non tenent, aut ſi tenent, non tamen firmiter & efficaciter tenent, non perducunt cognitionem illam ſuã ad conuenientẽ bonum finem: verſantur in vniuerſali, nec inde diſcedunt ad concluſionem particularem: diuina autem cognitio quæ ſalutaris eſt, particularem requirit practicam & accommodationem ad ſingulares homines, quam mente obtenebrati exercere non poſſunt, nec qui eo lumine carent, cuius ductu rectè quis ratione vtitur, valẽt vera intelligere & colligere, & ad ea particulares ſuas actiones accommodare ac dirigere, finemq; ignorant ſummum & optimum, nempe illuſtrationem nominis Dei in ſalute proximorum.

Propter ignorantiam quæ eſt in illis.) Iam non eſt recta argumentatio. Si ignorantia eſt, ergo ſunt excuſabiles. Pelagianum hoc eſt. Deus condemnat in te peccatum Adæ, condemnat ignorationem, nec tamen facit tibi iniuriam. te

accuſa,non Deum,cuius viæ imperueſtigabiles,ſed tamen rectæ ſunt & iuſtæ, D
non petit aliunde regulam iuſtitiæ & æquitatis in condendis & promulgandis legibus ſuis,vt homines:ſed eſt ipſe omnis iuſtæ legis regula ſuprema.Dicamus itaque id omne peccatum eſſe,quod anomia eſt,ſiue ſit naturæ,quod ab Adam contrahimus,ſiue in prauis motibus,ſiue in actionibus & c. vbique ſunt peccata. Iuſtè ergo à Deo condemnaris,quia nunquam ſine peccato inueniris: quòd ſi ſeruaris,acceptum id refer ſoli diuinæ miſericordiæ.

Vt dolere deſierint.) Dogma hoc eſt Libertinorum,qui Satanicam indolẽtiam docent,& diabolica opera hominum omnia, tanq; bona facta prædicant.

Semetipſos dediderint laſciuiæ.) ἀσέλγεια quidem venerea impuritas eſt. at hîc ſignificat omnes alienas à ſanctis voluptates,in veſtibus,odoramentis, mulieribus,cibo,potu,cultu,& ocio,ac omni abuſu rerum creatarũ: qui luxus,quia non poteſt ſuſtineri ſine magnis diuitijs,trahit neceſſariò pleonexiam in eo ſenſu acceptam,quo Marc.7. & Luc.12.qua quis affectat & vſurpat plus, quàm æquum ſit,& conueniat ſuo muneri. Agricolationis & ædificationis,quam miniſtris ſuis demandauit Deus,eſt,vt confirmata doctrina cum fide & charitate, ac alijs virtutibus,perpetuò ſtudeant repurgare ſanctos ab inhærente adhuc peccato,obteſtando,exhortando & inſtando,vt nouus homo in nobis,abolito veteri perficiatur. Vbi vrgenda eſt ſumma maieſtas Dei,nullo modo prouocanda B
charitas Chriſti,qui pro peccatis noſtris ſubijt mortem: & ſeueritas iudicij Dei, quam experturi ſunt,qui ſanctificationem vitæ neglexerint. Hoc ſedulò hîc facit Apoſtolus,& ſuo exemplo,vt idem faciamus,nobis præcipit. Vtitur autem argumento à contrario ſic:

Mundus contrario agitur ſpiritu, quàm vos agamini: ergo ſtudia quæ ſequimini,eſſe debent contraria.

Secundum argumentum,quo vtitur,eſt â vanitate conuerſationis gentium, & non regneratorum. Eſt autem vanũ quicquid ad ſupremum finem non confert. Gentes nec primam cauſam norunt,vt noſſe deberent,nec finem. Inde ſequitur proiectio ad omnia peccata: ſequi nãque illa ſolet cæcitatem mentis: ſic quoque ſequitur oppreſsio conſcientiæ,vt non ſentiatur ira Dei, & non exerceat amplius iudicium Dei mentem hominis.

Tertium argumentum eſt in illa coaceruatione maximorum vitiorum,quib. immerſæ conſcientiæ ſunt,quaſi dicat: Indolentia de peccatis,præcipitatio in omnem laſciuiam,& alias creatarum rerum vitioſas voluptates,ac luxum,pleonexia denique,id eſt ſtudium cumulandi opes cum iniuſtitia, & iniquitate, circumueniendo & diripiendo proximos, ſine vllo Dei reſpectu, ſunt horrenda peccata: ergo ſummo ſtudio à vobis fugienda. Hæc ſunt tria argumenta, qui- F
bus hactenus vſus eſt Apoſtolus in hac ſua exhortatione,quæ profectò ſunt efficaciſsima,& debent apud nos magnum habere pondus,ad illum veterem hominem exuendum,qui(proh dolor)plus nimio nos obſidet & premit. Nunc proſequitur in ſua exhortatione Paulus,& quartum texit argumentum.

Vos autem non ſic didiciſtis Chriſtum,ſi quidem illum audiſtis, & in eo docti fuiſtis.) Non hoc dicit Apoſtolus,quòd de Epheſijs dubitet, multo adhuc minus quòd deſperet: ſed vt perterrefaciat eos ac incitet,vt quemadmodum illum didicerunt, ita in vita exprimant. Sic agit quoque Apoſtolus cum Corinthijs,cùm dicit:Probate voſmetipſos num in fide eſtis &c. Quid autẽ eſt quod in eo docemur? Quòd pro nobis ſit natus,crucifixus, &c. & nos inſeuit membra in ſuum corpus,vt noua ſimus creatura,ad nouam vitam recreati, vt ſeruiamus iuſtitiæ Roman.6.

Quemadmodum eſt veritas in Ieſu,deponere iuxta priorem conuerſationẽ veterem hominem.) Vetus homo eſt tota natura noſtra,vt eſt in hunc mundũ prolata,vt eam attulimus nobiſcum ex viſceribus matris noſtræ ſine ſpiritu ſancto,quæ appellatur caro,Coloſſ.3.

Cùm

B 3

Date
Call-
ZB
574
&
III

A Cùm dicit, Deponere iuxta priorem &c.) An non ſatis apertè docet, non eſſe rationes petendas ab hominum conſuetudine? Deponenda ſunt ab ingenio carnis, à quo proueniunt, etiamſi maximè illorum obtinuerit vſus. Docet alibi Apoſtolus, vt noſtra conuerſatio ſit in cælis, & quæ ſurſum ſunt queramus. Quæ veteris ſunt hominis, vitia ſunt: ergo ſi nouus ſitis homo, eas proferte virtutes, quæ huiuſmodi vitijs ſunt contrariæ. Deſcribitur caro & vetus homo ad Coloſſenſes tertio, ex fructibus, & ad Romanos ſeptimo, dicitur nihil habere boni, & repugnare legi Dei. Non eſt quidem natura ſimpliciter abijcienda, ſed vetus, corrupta, ac deprauata, omni virtute eſt perficienda.

Qui corrumpitur iuxta concupiſcentias erroris.) Pro iuxta concupiſcẽtias erroneas. Hebraiſmus eſt. Sunt autem erroneæ cupiditates, quę pręter modum & vltra quàm iuſtum ſit, res externas tanquam bonas appetunt: quæ res tunc malæ ſunt, & miſerum reddunt hominem.

Renouari verò ſpiritu mentis veſtræ.) Etiam illa pars, quæ ab omni vitio videtur intacta, opus habet renouatione, vt tantùm veritatem amplectatur, & cognoſcat vera principia rerum agendarum ex Spiritu ſancto. Oportet enim mẽtem noſtram ſpiritu Dei illuminari, vt ad ea tantùm moueatur quæ recta ſunt.

Induere nouum hominem.) Eodem modo loquendi vtitur Roman. 13. Sed

B induamini dominum Ieſum Chriſtum, ſignificat totam deprauatam naturam innouare & reſtaurare.

Qui ſecundum Deum creatus eſt.) Id eſt, in quo nihil eſt Satanæ.

In iuſtitia & ſanctitate vera.) Id eſt, vt coram hominibus & coram deo viuat vt decet, idq; faciat cum animi ſinceritate, ſine ſimulatione. Sic enim ædificantur vniuerſi & ſinguli Chriſtiani, & propterea in hoc contendendum eſt omnibus viribus, omnibus qui Chriſto nomen dederunt. Proprium enim omnium qui Chriſtum verè didicerunt, eſt hæc facere. Sit ergo hoc ſtudium in nobis omnibus acerrimum.

Quapropter depoſito mendacio loquamini veritatem &c.) Hactenus vniuerſaliter eſt de ædificatione Eccleſiæ in noua vita loquutus, & ad mortificationis ſtudium eſt adhortatus à deteſtanda turpitudine & indignitate vitæ, nõ renatorum. deinde docuit illud ſtudium coniunctum eſſe cum natura fidei, ſicut Roman. 12. ad eandem noſtri renouationem eadem ratione eſt hortatus: vbi reſtitutio mentis primùm, atque depulſio tenebrarum ponitur, vt certò & explorato cognoſcamus & ſequamur res verè expetendas. Idem facit ad Galat. quinto, & ad Coloſſenſes tertio. Nunc deſcendit ad ſingularia, de quibus non obturbaſſet ipſos Epheſios, niſi ſenſiſſet eos in illis ſe negligentius quàm oporteret gerere. Taxat autem ſeptem vitia, quibus haud dubiè erant Epheſij, aliqua

C ex parte implicati. Primum eſt mendacium. Eſt autem mendacium cùm contra mentem verbis vel factis proximo ſimulamus. Deponitur, cùm animus, dicta & facta conſentiunt. Dicit, Deponite,) ergo inerat illis, vt etiam (proh dolor) nobis adhuc ineſt. Horrendum enim eſt, quòd adeò ſumus natura infecti & corrupti, vt noſtra dicta & facta, atqueadeò animus ipſe, etiam nobis id, propter conſuetudinem, non animaduertentibus, ſcateat adeò multis mendacijs eaq; non ſentientes, infinita effundamus. Ariſtoteles in quarto Ethicorum 7.ª dicit: Mendacium eſt falſa ſimulatio in verbis & moribus. Non auſim autem ſtatuere, mendacium per ſe eſſe peccatum, cùm illud Deus in loco præcipiat, vt cùm præcipit Iſraelitis mutuò ab Aegyptijs accipere. Huc pertinent, factum Iaacob cum mendacio fratri præripuit benedictionem: Item obſtetrices apud Pharaonem: Factum item Rahab cum duobus exploratoribus, & Ierichontinis ciuibus. Similiter Eliſeus vir Dei, fefellit Syros, qui venerant vt ſe comprehenderent. Cuſi quoque conſilium fictum, in ſpecie quidem pro Abſalom, re tamen vera pro Dauide contra eum. Mulier item quæ nũcios abſcondit, quos mittebat ad Dauid, vt nunciũ perferrent de conſilio Achitophel, cùm diceret

eos transiuisse flumen, mẽtita est. Fuit & in Paulo aliquid huiusmodi, cùm apud D
Athenienses diceret: Quem ergo ignorantes colitis, hunc ego prædico vobis:
Item, de resurrectione mortuorum iudicor, in Actis. Propheta quoque in histo
ria Achab, testatur se audiuisse Deum dicentem: Quis decipiet Achab? &c.
Augustinus illud de Iacobo ad mysticam trahit interpretationem: Ego sum fi-
lius tuus primogenitus Esau: id est, Ego sum ille qui haberi debeo primogeni-
tus, quem tu Esau putas. Sed quàm hæc interpretatio consentiat vero, iudicent
omnes. Obstetrices etiam excusat, quòd in veteri lege nõ est dictum: Sit sermo
vester, est, est &c. Deinde dicit, eas non esse imitandas ea in re, nec plenè posse
excusari. legatur Augustinus. Ego, vt in summa dicam, non ausim mendacium
quod fit bono alicuius, & nullius incommodo dicere esse peccatum. dari solet
exemplum viri, qui nudato gladio aliquem persequitur animo interficiẽdi eum
si inueniat, in me incidit, dum illum persequitur, & interrogat, num viderim eũ,
vidi quidem, sed me eum non vidisse mentior: vt hunc ab homicidio, & illum à
morte liberem. Quod scribitur: Perdidisti omnes loquentes mendacium, intel-
ligi potest de mendacio pernicioso. Et qui scripturas voluit sacras, in multas in-
curret locutiones, quæ erunt cum limitatione interpretandæ. Christus dixit, Sit
sermo vester, est, est, non, non: & tamen ipse in loco iurauit, Amen, amen dico
vobis &c. præterea Paulus in Iudæorum cœtu, non ad eum sensum, quo Phari-
sæi intelligebant, ait: De resurrectione mortuorum ego iudicor. Et apud Athe- E
nienses aliud Apostolus intellexit, quàm illi, cùm diceret: Ignotum Deum, quẽ
colitis, vobis prædico. Sic Augustinus de Abrahamo & Isaaco dicentibus: So-
ror mea est, dicit, regum petitioni fuisse mentitos, sed mendacium fuisse offi-
ciosum. Sed quicquid sit, hortor, vt semper simus veraces. Si ad vtilitatem ali-
cuius, damnum verò nullius videatur tibi aliqua ratione mentiendum, rogo de
um, vt non patiatur te transgredi voluntatem eius, & gubernet semper te. Hîc
prohibetur mendacium illud, quod nõ congruit membris corporis Christi. Il-
lud prohibetur, quod vel fallit vel decipit proximum, cum damno decepti, &
decipientis. Sed (proh dolor) vtinam nunc saltem illud pernicioſum non obti-
neret. Imò vtinam saltem à periurio abstineretur. Considera quid promiseris in
baptismo, & confer cum his quæ agis, & videbis quàm sis periurus. Considera
quem te esse profiteris, doctorem, sacerdotem, studioſum &c. Neminem tamẽ
doces, non administras verbum & sacramenta, temporis plus insumis in ludis,
quàm in studijs. Sequitur:

Irascimini, & nolite peccare.) Locus contra iram est desumptus ex Psalmo,
& sensus est. Si omnino animus vester ira commoueatur, & cupiditate vindictę
ne id perficiatis, ad quod ira impellit, sed statim sancta modestia, & moderatio-
ne hunc errantem motum reprimite. Ira contra fidem est, quia Deus immittit
ea, contra quæ irascimini. Et vos putatis proximum vobis aliquod malum pa-
rere, cum sitis in manu Domini. Est & contra charitatem, quia non irascimur in F
malum, contra eum, quem verè diligimus.

Ne detis locum diabolo.) Nam omne peccatum aperit viam diabolo, vt in
plura peccata nos pertrahat: & qui irascitur, se subducit Dei protectioni, & tra-
dit diabolo. aperit præterea viam obtrectandi calumniatori, contra religionem
quã ipse calumnijs exponit, dum vita non respondet doctrinæ, quã profitetur.

Qui furabatur non amplius furetur.) Iam pleonexiam taxat, quam sequitur
necessariò furtum. Est autem furtum rei alienæ, vel alienæ possessionis, fraudu
lenta contrectatio, lucri faciendi causa, quam prohibet etiam lex naturæ. com-
prehendit omnes dolos & fraudes, quacunque in re, quocunque modo, quo
quis quærit lucrum suum facere, cum iniuria proximi, quod tamen vult latêre.
Itaque etiam vsuras mordentes comprehendit, adeoq; omnem iniuriam, quæ
non fit palàm & apertè: ea enim dicitur rapina. De vsura multi multa dicũt. Sed
Dominus dedit regulam omnibus contractibus humanis: Quæcunque vultis.

vt fa-

B 3

Date
Call-N
ZB
574
&
III
B3
Aut
Fold
Tit
V
R
483
ORD
INC.
ing
L
er-
ems
Si
sheet
ting
nted
S.A.

A vt faciãt vobis homines, ea & vos facite illis. Cæterùm locus Aristotelis de hac re à multis non rectè intelligitur. Iustinianus bene statuit, nobilibus quatuor de cẽtum, vulgo sex, mercatoribus octo, traiectitijs amplius: sed multæ sunt circunstãtiæ attendendæ. Et primum est, pecunia honesto quæstui addicenda, de inde commodo eius qui accipit: tertiò gratitudo seruetur eius qui accepit erga illum, ex cuius pecunia fructus dei benedictione prouenit. Nam illud ex iustitia debetur illi, & manifesta est æquitas vsuræ in pupillis, viduis, studiosis, & in verbi ministris, qui non possunt ipsi lucro vacare. Cumq; ita res habeat, apparet quomodo verba illa sint intelligenda: Mutuum date nihil inde sperantes. Certè non prohibet omnem vsuram, sed docet non debere nos tantùm illis mutuum dare, vnde lucrum sperare possimus: sed vbi proximus opus habet, vult Deus, vt si potes mutuum des nulla habita lucri ratione. Quæ mordet vsura, & quæ multiplicat nimis, vt vsura de vsuris, sunt in Scripturis prohibitæ, & vocantur Hebraicè נשך והרבית quasi dicas morsus & multiplicatio. Concessit quidem eas tum suo populo Deus à gentibus accipere, quia illa ratione voluit, tunc iudiciũ suũ in illas exercere: nobis autẽ præcipitur, vt omnibus benefaciamus.

Magis autem laboret operando manibus, quod bonum est.) Non segniter sed totis viribus. Hoc enim significat verbum κοπιάτω. Addit deinde, Quod bo
B num est, quia alieni debent esse Christiani à vanis illis artibus, quibus tantùm luxui, pompis, & fœdis voluptatibus seruitur. Nam bonum est quod boni ex bono Dei spiritu appetunt: quodq; ipse spiritus Dei, vt bonum iudicat. Horrendũ verò est, quàm abhorreant hodie homines ab ijs artibus, quæ manibus exercentur, quæq; sunt honestæ, vtiles, & necessariæ toti reipublicæ, dum propriè ad sustentandam vitam pertinent, & se vel otio, vel fraudibus, ac fraudulentæ negociationi auidè addicant, vt suis fraudibus vel triennio in immensum sua augeãt vitamq; ipsi & eorum liberi in luxu consumant.

Omnis sermo spurcus &c.) Homo ad laudãdum Deum creatus est, atq;, vt cogitationes & actiones, ita sermones suos omnes eò dirigere debet, vt id in se, & alijs fiat, ad quod est conditus. Quicunque igitur sermo non eò valet, vt proximus, vel is qui loquitur, sanctè recreetur, vel ad bene beateq; viuendum excitetur, vnde gloria dei inter homines illustretur, non debet huiusmodi sermo ex nostro ore prodire. Hæc meta est iusta, modestia honestorum iocorum, ne quẽ offendamus, sed ad ædificationem oblectemus, & officij admoneamus: quam partem, tanquam infinitam Aristoteles prætermittit. Porrò quid per Spurcũ intelligit, ex contrarij sui diffinitione, quod paulò post subijcit, patet satis. Nam ille sermo gratiosus est, qui loquentem gratiosum & iucundum reddit. Is dicitur sermo dans gratiam. Nam (vel ipso Aristotele teste) sermone acquiritur, cõ
C firmatur, & augetur beneuolentia. vide quartum Ethicorum capite quinto. Ad omnem verò considerationem officij debemus semper in conspectu habere, quantum differat homo Christianus ab eo qui Christianus non est. Ad quid reconditi, redempti, & in hoc mundo ad tempus relicti sumus. Quid Christiano bonum aut iucundum esse potest, quàm vt audiat verba vel opera dei sui, ad cuius gloriam est conditus, à quo & habet, & certò expectat, quo nec haberi nec expectari amplius potest? Per spurcum itaque sermonem intellige, tum inutilẽ, tum noxium. Huic adhortationi grauem subijcit rationem, cùm dicit:

Et ne contristetis Spiritum sanctum Dei, per quem obsignati estis &c.) Anthropatia est in verbo contristetis, & locus est ex Isaię 63. capite adductus. Deo enim huiusmodi vana colloquia & noxia displicent, & illis (vt Scripturarũ more loquamur) contristatur. potest etiam de proprio spiritu intelligi eius, qui loquitur: qui, quia à Deo est, vt conditus, ita ad vitam æternam reconditus, dicitur Spiritus sanctus Dei. Contristatur autem, quia in homine regenito, post vana colloquia, sequuntur cruciatus animi.

Obsignati estis.) Metaphora ab ijs mercibus, quę posteaquam emptæ sunt

ſigno eius mercatoris, qui eas emit, obſignantur: vt ſuum agnoſcat ſignũ, cùm exportare voluerit merces. Ita Deus ſuos quos ſanguine filij ſui emit, eo ſigillo obſignauit, quod proculdubio agnoſcet in die perfectæ redemptionis. Spiritus ille adoptionis, in quo clamamus, Abba pater, eſt ſignum Chriſti in nobis. & baptiſmi dies, eſt dies redemptionis promiſſæ, ſed dies reſurrectionis noſtrę erit dies redemptionis plenè exhibitæ. D

Omnis amarulentia, & tumor, & ira, & vociferatio, & maledicentia tollatur à vobis cum omni malitia.) Maledicentia conuitiũ ſignificat in deum, vel proximum. Κακία autem aliquando in genere opponitur virtuti, & ſignificat genus omne vitiorum: aliquando autem propriè accipitur pro verſutia & ſtudio nocendi, quod vitium iram ſequitur. Amarulentia ſignificat animi rancorem, & nocendi alicui deſiderium, ac ſtudium. Ira manifeſtum eſt quid ſit, vociferatio, ſiue indignatio eſt, qua impetus animi ductu, aliquid mali cogitatur, ac deinde quod animo latebat, ſe clamore exerit.

Eſtote autem inuicem benigni &c.) Id eſt, ne odia ſeruetis in animo, ne captetis occaſiones vos vlciſcendi, quod etiam illis verbis ſignificauit.

Et maledicentia tollatur à vobis cum omni malitia.) Miſericordes.) Miſericordia et miſericors Hebraicè & Græcè à viſceribus denominantur, quia affectus ſedem habent in interaneis. Vultq; dicere, propenſiſsimo ſitis corde ad cõdonandum. Non poteſt humana ſocietas conſiſtere ſine multis offenſionibus, ideo eſt inuicem condonandum: alioquin nulla inter Chriſtianos conſtabit amicitia & charitas. Condonantes vobis ipſis.) Nam vobis ipſis hoc officium præſtatis: primùm quia veſtra ſunt membra: Deinde ſi & tu cras offenderis, is quem offendiſti, tuo exemplo prouocatus, facilem ſe ad ignoſcendum tibi præbebit. Subiungit deinde grauiſsimum argumentum, exemplum ſcilicet Chriſti, cuius quanta ſit vis, tunc demum videbimus, cùm ſedulò perpendemus quanta & quot per eum peccata deus facillimè nobis condonauit, quãtaq; nobis ſit amplexus charitate, cùm filium ſuum pro nobis in mortem tradidit. E

CAP. V.

Sitis igitur imitatores Dei tanquã filij dilecti, & ambuletis in dilectione, quẽadmodũ & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationẽ ac uictimam Deo in odorẽ bonæ fragrantiæ. Cæterùm ſcortatio, & omnis immũditia, aut auaritia, ne nominetur quidẽ inter uos, ſicut decet ſãctos: aut obſcœnitas, aut ſtultiloquiũ, aut urbanitas, quæ nõ conueniunt, ſed magis gratiarũ actio. Nã hoc ſcitis, quòd omnis ſcortator aut immundus, aut auarus, qui eſt ſimulachrorum cultor, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Ne quiſquam uos decipiat inanibus ſermonibus: Propter hæc enim uenire ſolet ira Dei in filios inobedientes. Ne ſitis igitur conſortes illorum. Eratis enim quondam tenebræ, nunc autem lux in Domino: ut filij lucis ambulate (nam fructus ſpiritus ſitus eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & ueritate) probantes quid ſit acceptum Domino, & ne commercium habueritis cum operibus infrugiferis, tenebrarum, quin ea potius etiam arguite. Nam quæ ſecretò fiunt ab iſtis, turpe eſt uel dicere. Sed omnia, dũ produntur à luce, manifeſta fiunt. Nam quicquid manifeſtum reddi-

B 3

Date
Call-N
ZB
574
&
III
Fold
Tit
ORD
INC.
33
V
R

A ditur, lumen est. Quapropter dicit: Expergiscere qui dormis, & surge à mortuis, & illucescet tibi Christus. Videte igitur quomodo circunspectè ambuletis, non ut insipientes, sed ut sapientes, redimentes occasionem, quòd dies mali sint. Propterea ne sitis imprudentes, sed intelligentes quæ sit uoluntas Domini. Et ne inebriemini uino, in quo luxus est: sed implemini spiritu, loquentes uobismetipsis per psalmos & hymnos, & cantiones spirituales, canentes, ac psallentes in corde uestro Domino, gratias agentes semper de omnibus in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo & patri, subditi uicissim alius alij cum timore Dei. Vxores proprijs uiris subditæ sitis, ueluti Domino, quoniam uir est caput uxoris, quemadmodum & Christus est caput Ecclesiæ: & idem est, qui salutem dat corpori. Itaque quemadmodum Ecclesia subdita est Christo, sic & uxores suis uiris subditæ sint in omnibus. Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum exposuit pro ea, ut illam sanctificaret, mundatam lauacro aquæ per uer-
B bum, ut adhiberet eam sibijpsi glorioſam, Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut quicquam eiusmodi, sed ut esset sancta, & irreprehensibilis. Sic debent uiri diligere suas uxores, ut sua ipsorum corpora. Qui diligit suam uxorem, seipsum diligit. Nullus enim unquam suam ipsius carnem odio habuit, imò enutrit ac fouet eam, sicut & Dominus Ecclesiam. Quoniam membra sumus corporis eiusdem, ex carne eius, & ex ossibus eius. Huius rei gratia, relinquet homo patrem ac matrem, ac adiungetur uxori suæ: atque è duobus fiet una caro. Mysterium hoc magnum est, uerùm ego loquor de Christo, & de Ecclesia. Quanquam & uos singulatim hoc præstate, ut suam quisque uxorem diligat tanquam seipsum: uxor autem ut reuereatur uirum.

Colos. 4.

Roman. 12.
1. Thes. 4

1. Cor. 11.
Colos. 3.
1. Pet. 3.

C

INTERPRETATIO.

D

SITIS igitur imitatores Dei &c.) Duo præcipuè agit Apostolus in hoc capite. Incertam exhortationem ad mortificandum peccatum & carnem, in eo prosequitur, & institutum in fine præcedentis capitis argumentum persequitur. Deus condonauit vobis infinita & grauissima: itaque vos cur non paucula & leuiuscula inuicem condonaretis? Patrem bonũ filij imitari debent, ne sint degeneres: Deus est vester optimus pater, illum ergo imitemini. atque hoc est quod adijcit, Tanquam filij dilecti.) Quo magis filij amantur à patre, eo illi eum magis debent redamare. Summè vos ille dilexit, decet igitur vt vos quoque eum summopere diligatis. Iam videamus quanta fuerit eius erga vos dilectio. Filio suo non pepercit, sed nostri causa illum in mortem tradidit, & eius humeris imposuit peccata omnium nostrum. An non hæc summa est dilectio? Ad Christum, quod attinet: semetipsum exinaniuit, factus homo nostri causa, formam serui accepit, cùm esset Deus, & omnium dominus versatus est inter peccatores: multa & ea quidem maxima pertulit, tandẽ sponte pro nobis subijt ignominiosissimam mortem. Qui hæc seriò considerauerit, profectò expectorabit omnem nocendi proximo cupiditatem, & proximum tanquam suum commembrum summo amore, & omni officij genere amplectetur. Hæc charitas est quæ inter Christianos deberet obtinere: quæ si non obtineat, ac sinceríssima non sit, non possumus inuicem ex animo condonare: vt autem obtineat, non possunt rationes & persuasiones adduci efficaciores, quã Christi exemplum. Ideo inquit:

B

Et ambuletis in dilectione, quemadmodum & Christus dilexit vos &c.) Ambulare in dilectione, pro bene velle, & quantum fieri potest, id ipsum bonũ proximo præstare, intelligit. phrasis est sacræ linguæ vsitatissima. Veræ autem charitatis picturam & imaginem habemus descriptam in prima Cor. cap. 13.

Oblationem & victimam Deo in odorem suaueolentiæ.) Alludit ad vetera sacrificia. atque de Noah quoque sacrificio legitur: Et odoratus est Deus sacrificium Noah. Nidor certè ille carnium, aut aliarum rerum odor, non adeò Deum afficiunt, ac illi per se tantopere placent, vt per ea, quibus erat prius iratus, placetur: Sed in omnibus illis patrum & legalibus sacrificijs vera spectabatur hostia Christus, quæ suauiter spiratura erat coram patre, eius iram sedatura, & eum humano placatura generi. Huius Christi hostiæ omnia illa sacrificia fuerunt figuræ, & typi: atque ob id etiam huic accommodat Apostolus, quod illis tribuebatur, & illa dicebantur apud Deum efficere, quæ solus Christus efficit, quem figurabant illa: quia reuera consequebantur, quæ in Christo electis largitur pater, cùm Christum fide respiciebant: alioquin non proderant, nocebãt etiam illis. Notandum etiam quod dicit Apostolus:

R

Tradidit semetipsum pro nobis &c.) Christus se ipse patri hostiam obtulit, & in cœna nos illum non offerimus, sed ipse offertur nobis. nos tantùm memoriam facimus eius apud Patrem, per quem cupimus nobis remitti peccata.

Cæterùm scortatio &c.) Ea voce hîc significatur omnis illicita coniunctio maris & fœminæ, quæ habetur extra legitimum & sanctum coniugium. Deuteronomij quoque 23. Deus ipse prohibet similiter ne sit scortum in populo eius. Obijciunt autem, qui Deo volunt esse sapientiores: Si prostibula nõ permittamus, nullæ erunt tutæ virgines, nullæ honestæ viduæ & matronæ. quasi verò iuuentus, quam non pudebit adire prostibula, possit pudore cohiberi, ne virginum, viduarum, & matronarum tentent pudicitiam. Imò in lupanaribus, tanquam in scholis didicerunt illam impudicitiam, quam postea in honestis etiam domibus exercebunt.

Cælibatus autem donum est vocationis singularis, sicut multa quoque alia dona, vt linguarum, gubernationis &c. Et perperam ponitur inter dona, quæ

ex fi-

B 3

Date
Call-N
ZB
574
&
III
B3
Aut
Fold
Tit
INC.
ORD
Ve
R

A ex fide generalis promiſsionis, & inuocatione neceſſariò impetrantur. Et Apoſtolus vult iuniores viduas nubere, quicquid profeſſæ fuerint. Et Cyprianus in primo libro Epiſtolarum, epiſtola decima de Virginibus: vide quid dicat. vide item, quid dicat Bernardus de Clericis. Sed (ne lõgius diuertamus) hîc propriè inuehitur Paulus in abuſum liberarum proſtitutarum. Nam leges eos, qui vel viduas, vel virgines honeſtas corrumpunt, ſtupratores vocant, atque in hoc vitium leges ſemper fuerunt indulgentiores. quòd autem prætexunt curam matrimonialis honeſtatis, & iuuentutis, falsò id dicunt, cum potius aperiant quaſi publicas ſcholas omnis impuritatis & inhoneſtatis.

Aut auaritia.) Morbus eſt, quo quis plus affectat habere quàm deceat.

Aut obſcœnitas, aut ſtultiloquium, aut vrbanitas.) Facultas iocandi, ad creandam voluptatem alijs, ex imitatione & accommodatione verborum & factorum ad mores aliorum εὐτραπελία dicitur, quæ reprehenſionem etiam alienorum vitiorum vtiliorem & gratiorem reddit. quare poteſt etiam in genere bonorum poni.

Nam hoc ſcitis, quòd omnis ſcortator, aut immundus, aut auarus, qui eſt ſimulachrorum cultor &c.) In omni peccato contra conſcientiam, id eſt, ſcienter commiſſo, committitur idololatria: nam contemnitur Deus, & adoratur Satan, in eo quòd eius ſuggeſtio præfertur mandato Dei. Sed & auari opes ſuas
B habent pro deo. Nam cùm fidem abiecerunt, quam habere in deum & in prouidentiam eius debebant, plenè nituntur & acquieſcunt toti ſuis diuitijs, & ab illis prorſus pendent. Itaque præter reiectionem Dei, alijs quoque peccatis communem, ineſt in auaritia, ſtrictius eam accipiẽdo, quædam idololatria, qua ita mãmonæ ſe addicunt auari, vt tantùm cumulent, & cumulata conſeruent, atque adorent. Referam de Germano quodam auaro exemplum, vt oſtendam, quàm inſaniant auari. Quidam erat pleonectes, qui multum auri & argenti collegerat, cumq; interdum de repoſito theſauro aliquid extrahere & vſurpare cogeret, quòd non ſufficeret redditus quotidianus, ſemper iureiurando ſe ſuo theſauro prius adſtringebat, depoſito etiam chirographo intra certum tẽpus quã extraxerat, ſummam redditurum. Habet hoc vitium præ reliquis ſingularem rationem propter quam ſimulachrorum cultus dicatur. Sic ad Coloſſenſes tertio vocat Paulus pleonexiam idolorum ſeruitutem.

Non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei.) Hæreditatis & heredum nomine vtitur ſpiritus, quia datur vita æterna gratis, non acquiritur noſtra induſtria, aut labore. Et eòdem reſpiciens Chriſtus dicit, Regnum eſſe Electis paratum ab initio mundi, & delatum ex benedictione patris, tanquam hereditatem
C à patre partam & filijs relictam. Ait:

Nam hoc ſcitis.) Occultum quidem eſt myſterium electionis, vt de eo in particularibns pronunciemus, ſed tamen Spiritus ſanctus nobis præfixit regulam, vt ab arbore iudicemus de fructu. quicquid igitur quis fidem ſuã, & Dei prædeſtinationem iactet, nos ſequamur hanc regulam, & ſi fructus non profert bonæ arboris, dicamus malam eſſe.

In regno Chriſti, & Dei.) Regnum eo reſpectu dicitur, quòd in eo omnia ex vnius ſententia geruntur. Sicut regnum ea dicitur reſpublica, in qua vnius ſententia geruntur omnia ad ciuium vtilitatem & felicitatem, rerumq; neceſſariarum omnium affluentiam. Sic æterna vita regnum eſt quod conſtat ijs, qui Chriſtum regem receperunt, & ei ſe totos gubernandos & regendos tradiderunt, eiusq; ſolùm apud illos iuſſa & præſcripta valẽt. huius regni ciues ſunt, quibus Chriſti regis iura ſunt communia.

Ne quiſquam vos inanibus ſermonibus decipiat.) Hæc peccata extenuando, vel nimis intempeſtiuè Dei extollendo miſericordiam, ad vos eò deducendum, & eius clementia abutamini. Sunt enim veluti retia, quæ Satan per impoſtores miniſtros ſuos, vobis tendit, vt vos in æternum exitium trahat.

Propter hæc enim venit ira Dei in filios inobedientes.) Nedum ſacræ, verũ etiam prophanæ hiſtoriæ plenæ & refertiſsimæ ſunt exemplis diuinæ vltionis in inobedientes & rebelles, ac incredulos: vt ſatis apertè Deus oſtendat iuſtum ſe ſcelerum vindicem priuatim ac publicè, de hominibus, vel qui ea perpetrarũt vel qui pro facultate ſua non impedierunt, aut iam perpetrata vlciſci neglexerunt, grauiſsimas, ſed ſimul etiam iuſtiſsimas pœnas ſumendo. Eas nos hiſtorias nocturna & diurna manu verſemus, de illis ſemper cogitemus, & loquamur. Sunt enim diuinæ voces, quibus pater noſter cæleſtis noſtri amantiſsimus vult nos admonere, vt alienis malis ſapiamus, & alieno periculo diſcamus, nec differamus, donec virga Dei ad noſtrum perueniat dorſum. Caueamus igitur ſummopere in nobis ipſis hæc vitia, atque arceamus tanta mala à nobis, & à fratribus quibuſcunque viis poſſumus. Alioquin nos participes reddimus eorum quatenus ab officio ceſſamus, & remiſsi ſumus ad adferenda remedia cõtra hęc mala. Inſtemus piis precibus, aſsiduis admonitionibus, inuocatione, vigeat diſciplina in Eccleſia, & politia, quæ vtrique conuenit. D

Eratis aliquando tenebræ &c.) Hyperbole eſt. Eratis vera luce deſtituti, verſabamini in tenebris denſisimis corruptæ naturæ. Eſtq; argumentum ab illo Dei beneficio ſummo quod ſemper vrgere ſolet. Certè tantùm tota veſtra vita & ab omnibus actionibus differre ab illis vos debetis, quantum per ſummũ illud diuinum in vos regenerationis beneficium, eſtis diuerſi facti ab illis, qui prius fuiſtis, cũ ab eis nõ differretis, qui tenebræ erãt, id eſt, vera luce deſtituti. B

Nunc autem lux in Domino.) Id eſt participes lucis æternæ, qua quod rectum eſt videatis, & quod verum eſt cernatis, & iudicetis rectè de agẽdis & nõ agendis, de expetendis & reiiciendis.

Vt filij lucis ambulate.) Hebraiſmus eſt: vt lumine iam donati & præditi, ſic in hoc ſeculo verſemini.

Fructus autem lucis ſitus eſt in omni bonitate &c.) Bonitas hîc opponitur amarulentiæ, iræ, & malitiæ, de quibus eſt antè loquutus. Iuſtitia autem opponitur pleonexiæ, & veritas tenebris ac erroribus.

Probantes quid ſit acceptum Domino.) Quod admodum paucis contingit: Nam perpauci ſe totos conſecrant Chriſto. Ideo torquetur Eccleſia tot diſſenſionibus. Eodem quoque loquendi modo vtitur Apoſtolus ad Romanos duodecimo, Transformemini per renouationem mẽtis veſtræ, vt probetis quæ ſit voluntas Dei. Et ſtatim deſcribit veram aſſenſionem & comprobationem, quæ in nos omne ſtudium Deo viuendi excitat. Non vt illa euanida reproborum aſſenſio, & inefficax, quæ ad proximum non peruenit.

Ne communicetis cum operibus infrugiferis tenebrarum.) Nam bona arbor non poteſt eſſe infructuoſa, aut malos edere fructus.

Quin potius redarguite &c.) Per manifeſta, ſcilicet, teſtimonia verbi, & ab effectis. alioquin agentes quod malum eſt, & illis conſentientes, paribus pœnis afficientur. Sed nos ita ſumus affecti, vt in cauſa noſtra reprehenſionibus, & iis quidem ſeueris non parcamus, nec curemus ſi illis homines contriſtemus: In cauſa verò filij Dei Ieſu Chriſti, nimis ſumus modeſti. Nolumus redarguere. atque ita incidimus in iudicium Domini, qui & agentes & conſentientes condẽnat. quàm præſtaret illud quod Dominus Ezechieli dicit ob oculos ponere? Cum dixero de impio, quòd ſit moriturus: tu autem nec loquutus fueris, nec dehortatus eum à ſua impietate fueris, vt viuat, ipſe quidem in ſua iniquitate peribit, ſed eius ſanguinem de manu tua requiram. Paulus certè hoc habebat ante oculos propoſitum cùm Actorum 20. Eccleſiæ Epheſinæ presbyteris diceret: Conteſtor vos hodierno die, quòd mundus ego ſum à ſanguine omnium. non enim ſubterfugi quominus annunciarem omne conſilium Dei vobis. Cogitemus nos breui tempore rapiendos eſſe ad tribunal Dei, de tota vita & miniſterio noſtro rationem reddituros. Hoc demum eſt alienis non communicare peccatis F

B 3

catis,& ſe immunẽ reddere:nimirũ,quæ ſunt reprehẽdenda, audacter reprehẽ
A dere. Periculoſum eſt miniſteriũ,fateor:ſed tamẽ ſumma religione peragendũ.

Quæ enim clam fiunt ab illis, turpe eſt vel dicere.) Nequaquam cogitant oculos Domini diſcurrere per vniuerſam terram:& omnia eſſe nuda & aperta illi. Sed quia latent homines,putant etiam Deum latêre.Sunt aliqua tantæ turpitudinis & obſcœnitatis, vt nõ ſint ita in oculos eruenda,& multa ſunt nondũ vulgata,quæ cum periculo euulgantur:ſed tamen peccatum eſt ſemper ita patefaciendum ſingulorum, vt nihil reliquum fiat, ad permouendos eos ad veram pœnitentiam.

Sed omnia dum coarguuntur &c.) Per lucem verbum intelligit,quo manifeſtè oſtẽduntur verè bona opera,& mala:atq; omnis illis ita adimit excuſatio.

Omne enim quod manifeſtat,lux eſt.) Lucis proprium eſt, quæ erant occulta manifeſta reddere:vobis igitur,qui filij lucis eſtis,conuenit id ipſum facere: alioquin filiorum lucis nomine indigni eſtis,nec re vera verbi lucem in vobis habetis,ſed nomine tenus tantùm.

Quapropter dicit: Expergiſcere qui dormis &c.) Non eſt hic certus locus ex Scripturis citatus,ſed Pauli ſunt verba:in quibus ſcopum omnium Prophetarum & prẽconum verbi, atque ideo Spiritus ſancti ſummatim comprehendit. Quia autem Dei ſpiritu afflati loquuntur:ideo quæ ipſi ex eo ſpiritu dicũt, deo aſcribit Paulus,& inquit: Quapropter dicit.)Quæ eſt omnium miniſtrorũ
B verbi concionum ſumma? quid eſt eorum generalis exhortatio aliud, quàm, Expergiſcere qui dormis &c.? Quaſi dicat Paulus:Sunt omnino vobis redarguendi,& veſtra redargutione à peccatorum morte,in qua iacent, excitandi.ſic enim per omnes ſuos Prophetas & præcones Chriſtus ſemper auribus peccatorum inſonat: O tu,qui in peccatorum denſis tenebris immerſus iaces,verẽ vitæ motu & ſenſu priuatus,expergiſcere ad vocem Euangelij,& per lucem, qua tibi Chriſtus illuceſcit, ſurge in vitam Dei. Vide quid Hieronymus in hunc locũ ſcribat: Verbo & Spiritu ſancto illuceſcet Chriſtus,vt ſcias quæ agẽda ſunt.

Videte igitur &c.) Quòd ſi de aliorum vita ſolicitos vos eſſe conuenit, & & veſtris exhortationibus lucis illis præſtare officium,ac tenebras illorum quã longiſsimè fugare,certè veſtram etiam vitam ita inſtituere vos decet, vt non aliud doceat,quàm quod prædicatis,nec tenebrarum quicquam admiſtum habeat. Cauendum vobis ab illa inſipientia,quàm in alijs reprehenditis, & illa ſapientia ſectanda quam illis prædicatis.

Redimentes tempus.) Tempus res eſt pretioſiſsima, & maximi facienda, quia vulgo comparari non poteſt. Itaque omnia momenta,omnes opportunitates vitæ noſtræ accommodentur his,quæ ſunt officij noſtri,vt nos in eam rem totos impendamus,& quæ ſalutis ſunt agamus.Eius rei cauſa,vita,fortuna,eſtimatio in periculum ſunt adducenda,& proijcienda. Multum perit temporis in
C puericia inſipienti,in iuuentute effræni, in qua vigent prauæ cupiditates. & Satan nunquam dormit,ſed ſemper nos armatus obſidet capitalis hoſtis. Quomodo autem redimetur tempus? ſi te totum crucifixo dedas : totam vitam & animam tuam Chriſto impendas.

Dies enim mali ſunt.) Cum à Deo,quomodo ſunt mali? Hominum malitia mali,vt vulgus interpretatur. Vel ſunt mali,quod in illis propter hominum peccata Dominus plurimum Satanæ & eius mancipijs permittit. Vt contrà, dies dicuntur boni,quibus Deus bonos dat Reges & Prophetas. Tempore Apoſtolorum omnia obtinebat impietas omnis generis, & nequitia,tyrannis,& oppreſsio bonorum,ideo erãt mala tempora, propter ſaluificum tamen lumen Euangelij erant bona. & noſtra hæc tempora ſunt ex parte bona,& ex parte mala bona ſunt propter lucem veritatis illis reuelatam,in qua conſiſtit noſtra beatitudo:mala autem ſunt propter ferrum & flammas, quæ offeruntur accedentibus ad hanc lucem. In ſuperioribus verbis,argumentum eſt efficax, ab admo-

nitione periculi,vt cautè & circumſpectè ambuletur. Omnia ſunt plena inſidijs D
& tendiculis Diaboli,ergo &c. Quia verò Apoſtoli mortificationem carnis &
ſimplicitatem animi etiam in ſcribendo oſtenderunt,ideo non ita illum ordinẽ
quem humana ratio admiratur ſeruãt, vt Cicero & Demoſthenes tam accuratè
ſequuntur. Sed poſt correcta octo vitia,inſeruit admonitionem generalẽ, poſt
quam corrigit nonum vitium.

Propterea ne ſitis imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei.)
Quis dubitat,qui Scripturas legit,quæ ſit voluntas Dei? Et tamẽ cùm ad actio
nes peruenimus,perpaucos reperimus qui eam agnoſcant. Non eſt adeò faci-
le cognoſcere,quo loco,quo tempore,quibus perſonis, quibus occaſionibus
&c. aliquid agas:ergo prudentia eſt opus magna, vt hæc cognoſcantur.

Ne inebriemini vino.) Vitium reprehendit, non tollit vſum. Non dicit ne
bibatis vinum,ſed ne inebriemini vino. Manichæi falſa laude ſibi vini abſtinen
tiam tribuebant. Sed dices: Si ebrietas prohibetur,quid eſt quod in Scripturis
ebrietas ſanctis etiam viris tribuitur? Sciendum eſt aliquando ebrietatem pro
largiori potatione vſurpari,in qua tamen mens ſibi conſtat, & corpus ſuo fun-
gitur adhuc officio rectè. Abſit autem à ſanctis Patribus illa inebriatio, in qua
mens à ſuo loco dimoueatur,& membra impediuntur, quominus ritè poſsint
fungi ſuo officio. E

In quo eſt luxus.) Hoc non ad vinum,ſed ad ebrietatem refertur. Vitium e-
nim non in vino eſt,ſed in abuſu. poteſt eius ſanctus eſſe vſus. Vocem Græcam
pro qua luxum vertimus plerique,inter quos eſt Chryſoſtomus, intelligunt in-
ſalubritatem & perniciem. Poteſt etiam ſignificare illam fœdam animi abiectio
nem ad turpes voluptates,vt apud Azotos,vnde verbũ ἀζοτίνειν. vide hîc Eraſ-
mum,qui Fabrum reprehendit,pro quo eſt Chryſoſtomus. Hæc & multa alia
incommoda,ac magna mala ſunt in immoderato vſu vini. moderatus autem e-
ius vſus,& ſanctus eſt & ſalubris. Inde eſt quòd Paulus ſuum diſcipulum ad vi-
num bibendum hortatur,ſed modicum. In feſtis etiam,& in ſolennioribus con-
uentibus vinum adhibebatur,& adhiberi poteſt: ſed & hîc ſit modus, vt corda
hominum lætificentur,iuxta illud Pſalmi: Vinum cor hominis lætificat, non au
tem vt ea diſſoluantur,& ex hominibus bruta fiant animalia,aut aliquid indeco
rum & inhoneſtum fiat contra Deum & homines.

Sed impleamini ſpiritu.) Opponit contrarium: ne ſecteris hac in re conſi-
lium huius ſeculi,quod ſine ratione eſt: ſed ſi vis exhilarari repletione,repleas te
ſpiritu Dei: & te profundiſsimis cogitationibus de deo, eiuſq; erga te bonitate
totum immerge. Hoc ſi feceris,ad maximam excitaberis hilaritatem, & multò
diuerſum facies ab illis,qui vino ſunt repleti. Illi iam temulenti, in cantilenas e- F
rumpunt quidem,ſed vanas,inutiles,ſæpe etiam pernicioſas, parum cohæren-
tes,audientibus quoque ingratas. Quid autem in vobis excitabit illa ſpiritualis
lætitia ex profunda perpenſione clementiæ diuinæ? Similiter quidem cantio-
nes,ſed quales ſunt Pſalmi,atque hymni ſpirituales, minimè vanas, valde etiam
& vobis,& alijs gratas & vtiles: atque hæc eſt cauſa,cur ab ebrietate in cantio-
nes Paulus incidat. Quia ſolent homines ebrij canere: & ſpiritus quoque erum
pit in cantiones diuinitus excitatus. Quia igitur canere non eſt malum per ſe,
definit Apoſtolus quid ſit ſanctè canere,& quis ſit rectus vſus facultatis canen
di,quia natura ſumus inſtructi,vt pro varijs affectibus canamus. Et obſeruandũ
eſt,quòd quanquam hæc de Pſalmis & diuinibus cantionibus hoc loco, eo di-
cantur ordine,quaſi ſpiritus illas pariat,& eius ſint fructus: eatenus verum, id
eſt,quatenus neceſſe eſt,vt prius adſit diuinus motus ad hoc religiosè peragen-
dum: tamen inuerte ordinem,atque id quoque verum erit: Pſalmis nimirum,ac
ſpiritualibus cantionibus excitari in nobis ſpiritum. Ita nanque Eliſeus excita-
bat in ſe ſpiritum prophetiæ. Nam deus & muſicam dedit,& vult illam ſeruari
in nobis. Et Plato quoque de muſices vi ad motus in vtranque partem excitan-
dos pro-

B 3

Date
Call-
ZB
571
&
III
Fold
Au
Tit
D
C.
V
R

A dos prolixè docet. Musica igitur retinenda est, sed cum fide, moderato sono, & qui intelligatur. Qui ita ea vtitur salutariter, vtitur dono Dei. Primus vsus musices est, vt exhilaret homines: Secundus, vt per illam beneficia Dei considerentur maiori oblectatione, & maiore impetu animi: Tertius, incitatur spiritus noster per illam, ad ea, quæ sunt cælestia, & diuina: Quartus, cum exemplo Christi mensis præmittimus, & subiungimus hymnos, mentes conuiuarum extra se rapiuntur, ad Dei, & beneficiorum eius admirationem, atque ita cum fructu eius fruuntur beneficijs. In summa, Dei sumus ore & corde, vtroque ergo illum glorificemus. Imò vox nostra, & omnia interiora nostra glorificent nomen sanctum eius. Cantandum est sanctis, quia omnibus viribus colendus est Deus, & omnibus donis quæ in nos contulit, inter quæ, est etiam musica. Habemus exemplum veteris Israelitarum Ecclesiæ à Deo institutæ. Legatur etiam hac de re Augustinus libro Confessionum tertiodecimo. Sed quid canendum est? Id hîc docet Paulus: Vobisipsis loquentes, inquit, psalmis & hymnis, ac canticis spiritualibus.) Colligitur etiam ex tertio capite ad Colossenses: in illis verbis, Sermo Christi habitet in vobis opulenter in omni sapientia, docendo, & commonefaciendo vos psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, cum gratia canentes in cordibus vestris Domino &c.

Canenda itaque sunt, non quæuis, nec fabulæ inanes, sed quæ sancta scriptu
B ra prodidit, vel quæ sunt illis consentanea. Debemus autem ita canere, vt intelligamur, namomnia ad ædificationẽ debent in Ecclesia fieri, 1. Corin. decimo quarto: & mauult Paulus in Ecclesia quinque verba mente sua loqui, vt alios instituat, potiusquàm decem milia verborum lingua. Gratulandum itaque est Anglis, quòd obtineat in eorum Ecclesijs, vt omnia doceantur lingua propria, & est detestanda Romana tyrannis, quòd omnia diuina beneficia obscurare nititur, cum tam apertè repugnet Scriptura. Psalmi dicuntur aliquæ diuinæ cantiones, quia adhibebantur illis, cùm canebantur, instrumenta musica, & pulsatio. Non vt multis in locis nunc fit, organis sine voce, quæ musica muta est, & bestiarum. Hymni erant, quibus Deus, & opera eius celebrabantur tantùm voce. Alij distinguunt hæc in carmina, & cantica sacra, & ijs consentanea, ab hominibus composita.

In corde.) Nam si voce tantùm canatur, abominatio est domino. Additur: Domino,) quia in illum semper debemus respicere, vtq; illi nostra cantica approbemus studere.

Gratias agentes.) In Psalmis etiam quærimus, & petimus quicquid est beneficiorum Dei: tamen in omnibus votis & petitionibus nostris, rem eò deducere debemus semper, vt recordatione beneficiorum dei, tandem gratias illi a-
C gamus pro illis, quod nemo potest verè facere, nisi quibus verè dolet de peccato, & se agnoscunt illis omnibus beneficijs indignos esse. Gratiarum itaq; facit mentionem, quia cum alijs inuocationis partibus adiungitur.

Pro omnibus.) Ait pro omnibus, vt etiam aduersa complectatur. Omnia enim, etiam aduersa, bono nostro à Deo immittuntur. Nec ideo putandum, aduersa non esse deprecanda. Dicendum est cum Dauide, Ne in tuo furore me castiges &c. peccaui maximè, & his grauiora multo sum meritus: Sed tu, qui me paternè amas, fac vt misericordia tua erga me superexaltet iudicium, & transeat à me calix iste, si quidem hæc tua sit voluntas: nam volo, vt tua, non mea fiat. Item, Pro omnibus.) Non pro vobisipsis tantùm, sed etiam pro alijs. Quod enim iam diximus de gratiarum actione, quod continet confessionem peccatorum, votum sanctæ vitæ, & prædicationem beneficiorum Dei, id est intelligendum, non solùm pro nobis, sed etiam pro alijs. Quia vera charitas benefacta alijs, tanquam sibi benefacta agnoscit & prædicat. Addit, Semper,) Vt intelligamus, nos id facere debere, etiam cùm maximè humiliamur: etenim hæc etiã est summa gratia à Deo fidelibus. Semper itaque, quia & tempus, & locus om-

nis plenus est Dei beneficijs. Quare vrgendum est admodum à nobis hoc e- D
xercitium, & in illo nos assuefacere debemus: quia singulariter charitas Dei eo accenditur: humilitas nostra crescit, & studium approbandi totam vitam Deo: ex cuius gratia omnia accipimus, omnibus indigni, propter peccata nostra. Et quanuis in aduersis ita plerunque deiecti sint sancti, vt parum illis eluceat præsentia diuinæ misericordiæ, qua ad gratias agendas inuitentur: fixum tamen illis in mente manere debet semper, quòd sanguine Christi redempti sunt, contra quem omnis Satanæ impetus nihil potest, quæ satis ampla est occasio gratias semper agendi Domino.

In nomine domini nostri Iesu Christi Deo & patri.) Est etiam Christus deus, vt pater: sed hîc de eo loquitur Paulus, tanquam de mediatore, cui maximi constitit, vt nos, qui ex nobis meriti sumus addici æternæ morti, morte sua beneficiorum Dei, capaces redderet, & participes. Quod si considerauerimus, nullum erit diuinum beneficium nobis leue, & nullo abutemur. Morte enim filij dei domini nostri Iesu Christi, omnia summa & maxima sunt nobis cõparata.

Subditi estote inuicem & c.) Sequitur iam generalis exhortatio, ad mutuam subiectionem, quæ debet esse inter omnes sanctos: deinde aget de ea in certis ordinibus, & personis. Cùm dicit, Inuicem, ordinem illum non tollit, quem Deus instituit, in illis rebus humanis, nec gradum donorum dei in Ecclesia. Nihil enim mentiri, vel contra veritatem, & rectum iudicium, atque æter- E
num ordinem, in rebus humanis constitutum diuinitus, potest facere spiritus dei, quo electi aguntur.

Deinde, qui plus donorum à Deo acceperunt, sint illa eis, quo sunt maiora, maior occasio subijciendi se proximo, seruiendo illi in communicatione donorum, quæ acceperunt: non vt plerique faciunt, abutentes illis, ad alios sibi subijciendum: vt ideo eis illi seruiant, quòd amplioribus sint à Deo beneficijs donati. Certè non debeo præferre me Iudæo, aut incredulo, quòd ego fidem habeam, ille non habeat: ea nanque ratione in sua incredulitate, ille magis ac magis induraretur. Fidelium autem est, vt quisque alteri se subijciat, in eo ministerio, quo alterum potest iuuare, & illius salutem procurare. Ita Rex aliqua ratione se debet subditis subijcere: nempe administrando illis omnia salutaria, & pro viribus suis ea illis procurando: sed salua tamen regia maiestate, & eminentia. Non est, vt se demittat ita, vt in numerum subditorum descendat. Seruet suum gradum, sed in illo suo gradu cogitet, se pastorem esse populi, iustitiæ defensorem, & vindicem malorum, omnia bona procuret suis. Sit Christus ipse exemplo, magisterium suum seruauit, & tamen nostræ saluti inseruiuit. Vocatis, inquit, me magistrum, & bene facitis, sum etenim. ecce, suum seruat gradum. tamen idem dicit: Non veni ministrari, sed ministrare, & re vera pro nobis vitam exposuit.

In timore Domini.) Quasi dicat, Non contra Deum, sed ad eius gloriam id F
facere debetis. Deinde etiam hoc addidit, quia sine timore dei innata nobis superbia flecti non potest, & alijs subijci. Qui autem deum timet, omnem gradum ab eo constitutum, sacrosanctum habet, & nouit, quòd qui in aliquo ordine constitutis resistit, dei ordinationi resistit Rom. 13. Ita omnia rectæ vitæ officia pendent à fide, & timore dei.

Nunc ad matrimonium transit, ex quo propagatur ciuitas, & etiam honestas ac disciplina ciuitatis. Nam nisi in ciuitate familiæ instituantur bene, nulla est publica, vel religio, vel iustitia. Est autem matrimonium, coniunctio maris, & fœminæ, quæ consortium habet totius vitæ, & omnium rerum diuinarum, & humanarum. Quæ porrò hîc de matrimonio docet, ad eos propriè pertinent, qui ex pura religione dominum in matrimonio colunt.

Mulieres propijs viris subditæ sitis, veluti Domino.) Mortalibus inest quidam appetitus dominandi, & tamen, vt etiam Aristoteles, in primo Polit.

octauo

octauo, agnouit, naturæ ordo non potest conseruari, nisi quidam præsint, & A quidam subijciantur. Debet autem mulier viro subijci, vt imperfectius perfectiori, quod primum est argumentum.

Deinde in eo quod dicitur: Proprijs.) aliud est argumentum. Dominus enim indidit hominibus, vt ament ea bona, quæ sunt propria, quisque peculiariter. si igitur, vt vestros peculiariter maritos amaueritis, etiam vos illis subijcietis. tertium etiam additur argumentum: Veluti domino.) Quasi dicat, Salutis suæ causa, viro subiecta esto, sicut domini imperium nobis est salutare. Quod tamen non ita est intelligendum, quasi sine vlla exceptione debeant illæ, ea omnia, quæ iubentur facere. Nam si maritis à Domino imperium datum est, certè quatenus id non repugnat ei, à quo illud acceperunt, parendum illis est. Politicum est hoc imperium, & tamen sine vicissitudine. Maritus enim perpetuus est magistratus: & est eius imperium, non vt in seruos, sed vt in sociam: tamen aliquanto inferiorem. Illi debet consilia sua, & imperium in reliqua, maritus communicare. Debet is laborare & importare, ea verò importata conseruare, & ad vsus necessarios accommodare. Sequitur:

Quoniam vir caput est vxoris, sicut Christus est caput Ecclesiæ.) Rectè sensit Socrates ἡγεμονικὸν esse in cerebro: à quo totum corpus regitur. Sic Ecclesia à Christo plenè regitur & gubernatur. Et hîc res cum re, & non modus rei cum modo rei comparatur. Regit enim Christus & gubernat Ecclesiam modo B suo: & vir quoque debet vxorem regere atque gubernare, sed modo suo.

Et idem est, qui salutem dat corpori.) Id est, Christus ita præest Ecclesiæ suæ, quæ corpus eius est, vt eius imperium illi sit salutare. Sic nihil vobis magis salutare fuerit, quàm subijci imperio mariti, nihil pernicioſius, quàm renuere eius imperium.

Itaque quemadmodum Ecclesia subiecta est Christo, sic & vxores suis viris subditæ sint in omnibus.) Docetur hîc, quàm grato animo debeat viro subijci: & simul etiam admonentur mariti sui officij, quomodo in vxores imperium exercere debeant, procurando scilicet illis omnia salutaria, & propulsando, ac repellendo, quæ saluti illarum sunt contraria. Atque, quanuis non omni modo mulier ita viro suo subiecta esse debet, vt Ecclesia, Christo, sed vtrique imperio suus est modus, tamen subijci illi debet in omni re, quæ est mariti, eousque extenditur & mariti imperium, & vxoris subiectio: alioquin etiam maritum propter Christum oportet relinquere.

Non est etiam prætermittendum, quod dicit, vt proprijs viris mulieres subiectæ sint: quibus verbis μονογαμίαν probat: & polygamiæ sunt nobis considerandæ, vt Scripturæ eas nobis proponunt. Semper fuerunt plenæ rixarum: & causa illarum permissionis fuit promissum augmentum posteritatis illi populo, sicut stellæ cæli, & sicut arena maris: eius itaque augmenti media illi à Deo C sunt concessa. At nunc cùm fide gentes fiant semen Abrahæ, non est opus polygamia, ideo reuocat Christus in Matthæo, matrimonium ad primam illam institutionem eius.

Vtitur autem Paulus adeò graui hîc admonitione, quia, quæ nobis est innata superbia tanta est, vt grauatim feramus subiectionem, etiam à Domino nobis destinatam. Sed dices, Quomodo potest honesta matrona maritum, virum malum, iniquum, vitijs deditum & cætera, caput suum agnoscere, & illi ex animo subijci? Respondeo: Studeat illa implere præceptum Domini, propter dominum, & sic ne dubitet, vel dominus illum mutabit, vel illam, sua, aut mariti morte liberabit, aut dabit, vt possit id patienter, & suo magno bono ferre. Et hîc deplorandus est præsens Ecclesiæ status, vbi nunc quæso illa est Ecclesia, quæ se totam tradat domino regendam, vt capiti corpus? Potius nunc (proh dolor) incitari mulieres possunt ad se subijciendum maritis, exemplo alicuius sanctæ matronæ, quàm Ecclesiæ. Et facilius est nunc docere, quæ de-

beat esse Ecclesia vera exemplo sanctarum matronarum, quã matronas exem- D
plo Ecclesiæ. Sequitur præceptum de officio mariti.

Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam &c.) Ad dilectionem vxorum hortatur maritos, non autem ad quamlibet, sed quali Christus nos diligit. Est verò diligere, vt Aristoteles quoque definit, bene velle illi, quem quis diligit, ipsius causa: & etiam id ipsum ei præstare, quantum fieri potest. Quia itaque in dilectione comprehenditur etiam facere id, quod cupis dilecto bonum, ideo satis habuit Spiritus sanctus, cùm admoneret maritos, vt suas vxores diligerent. Porrò in qualitate dilectionis Christus exemplum proponitur, quod est argumentum efficacissimum. Sed quãta fuit Christi dilectio? Quis fuit charitatis modus?

Tradidit semetipsum pro ea &c.) Tradidit Christus se volens in mortem, propter magnam, imò maximam, eius erga nos dilectionem. Ad illum imitandum nos inuitat Apostolus. Debemus quidem omnibus proximis dilectionem, vt nobis ipsis: nec tamen frustra præcipitur nobis, vt diligamus vxores nostras. Nam debemus quidem omnibus dilectionem, sed non eadem omnibus officia dilectionis tenemur præstare. Deinde generale præceptum, quale illud est de diligendo proximo, non ita efficaciter nos mouet ad agnoscendam naturæ nostræ deprauationem, vt particulare, de diligenda vxore. Quanta au- E
tem debet esse hæc vxoris dilectio? Debet consumatissima & efficacissima esse, vt paratus sit vir omnia vxori beneficia præstare. Et quicquid præcipitur marito, vt faciat vxori in sedulitate, assiduitate, & lenitate situm est. Sed quia Christi charitas imitanda proponitur, videamus eius officia.

Tradidit se pro ea &c.) Primum, & præcipuum officium charitatis Christi hoc fuit, vt lauaret sponsam suam Ecclesiam sordidam peccatis, id est, vt purgaret omni labe vitiatæ naturæ, prauarum actionum, neglectus bonorum, & prætermissionis officij, vt sanctificaret, doceret, instrueret de regno Dei, atque hac ratione illam sibi præpararet. Sed illa sanctificatio non est ilico perfecta, inchoata tantùm est, & quotidie magis perficitur, eiusdem opera, qui illam inchoauit, duratq; quandiu hîc sumus, suaq; sensim accipit incrementa. Illi igitur adscribenda meritò est nostri sanctificatio. Sequitur:

Mundatam lauacro.) Si administratione baptismatis mundauit, quid opus fuit ergo sanctificatione? Imò Petrus disertis verbis testatur, externam lotionem salutem nequaquam adferre. Certè non adfert, si illam externam lotionem à verbo separes, si rem signatam à signo diuellas, vt facit Suenckfeldius, qui externum tantùm illud spectat, & non institutum Christi: aut vt Papistæ, qui rem cum signo confundunt. Paulus autem neutrum facit. Sed externo symbolo ad- F
dit internam, quæ verbo Dei fit, mundationem: cuiusque est externum lauacrum, conspicua quædam confirmatio. Christus est mundator, & mundat verbo, cuius externum signum est lauacrum aquæ. Deus optimè nouit ingenium nostrum, quòd opus habemus externis signis. Et nunquã solet amicus occurrere amico, quin pacem illi precetur, adhibito etiam externo signo.

Et obserua hoc loco, Christi esse, nos exhibere patri immaculatos, non nostrum. Et si nos ipsi non valemus nos patri immaculatos exhibere, quanto minus exhibebimus Christum, vt in Missa fieri dicunt Papistæ? Conantur tegere suum errorem sophismate quodam. Dicunt enim: Sistitur patri, vt intercessor tantùm. At non est opus, vt sistatur, cùm semper sit apud Patrẽ, nec, si sistendus foret, opus esset, vt à nobis sisteretur. Iactant consuetudinem loquendi Patrum: at Patres non intelligunt. Patres respexerunt sacerdotium Mosaicum in quo semper aliquid offerebatur Deo, cùm quis apparebat coram illo. Intelligunt quoque Patres, præcipuè quum in Cœna sacra oblationis nomen, aut sacrificij vsurpant, oblationem nostri ipsorum: oblationem item pro pauperibus &c. Item offerebat Christus panem, quoties comedere volebat, quum accipe-

ret, fran-

B 3

Date
Call-N
ZB
574
&
III
Aut
Fold
Tit
RD
NC.

ret,frangeret,benediceret. Sed quomodo? Offerebat gratiarum actiones prò tradito pane in alimentum hominis.

Cùm holocauſtum offerebatur Domino, nonne erat antea quoque coram domino? dicent iſti: Erat, ſed agebantur gratiæ ei, quòd illam rationem expiandi peccata, propter Chriſtum in illo adumbratum, populo ſuo dediſſet. Sequitur:

Vt adhiberet eam ſibiipſi glorioſam, Eccleſiam non habentem maculam, &c.) Mirabile eſt,quòd docti alioquin homines,Eccleſiam etiam in hoc præſenti ſtatu,talem eſſe dicunt: cùm nuſquam talis reperiatur. Stultum profectò eſt ſocietati tribuere,quod in nullo particulari illius ſocietatis eſt. Omnes quantumuis ſancti verè dicunt:Remitte nobis peccata noſtra.Erraui,ſicut ouis,quæ periit. Et Ioannes omnibus & ſingulis dicit:Si dixerimus quòd peccatum non habemus,nos ipſos ſeducimus,& veritas in nobis non eſt. Nec aliter ſancti Patres intellexerunt illud de Eccleſia:Tota pulchra es,& macula non eſt in te,quã inchoatione es pulchra & immaculata:ſed ea pulchritudo demum poſt hanc vitam perficietur.

Sic debent viri diligere vxores ſuas,vt ſua ipſorum corpora.) Si vt Chriſtus Eccleſiam diligit,ſunt diligendę vxores: ergo,ſi ſit opus,exponenda vita etiam eſt, vt hæ ſanctificentur. Præcipuum officium proponit Paulus,reliqua, vt alendi eas,communicandi illis œconomicum imperium &c. prætermittit,tãquam, quæ ſatis per ſe maritus præſtet, & quòd omnia pendeant ab iſto præcipuo, quod ſi adſit,non poſſunt reliqua abeſſe,& ſi non adſit,alia præſtando, officio non ſatisfiat.

Sanctificabis igitur vxorem,ſi eam aſſuefeceris, vt ex omni creatura inuiteris ad contemplandum,ſuſpiciendum,laudandum eorum opificem: ſi aſſuefeceris cœtus ſacros frequentare,ponere mundum ſuum muliebrem, non in auro,argento,lapidibus precioſis,ſed in virtutibus, & in obſeruatione mandatorum Dei,in peccatorum confeſsione,in operibus miſericordiæ. Sunt aurum,argentum,margaritæ &c. creaturæ bonæ,conditæ in vſu bonorum, ſed eſt adhibenda cautio. Gradus inter homines ſunt diuerſi. Reges,principes, rerumpublicarum gubernatores,vt excellunt in gradu,ita & in veſtibus. Nam externus quoque veſtitus nonnihil facit ad authoritatem illorum apud populum. Mulier amans eſt ornatus.Nam,quominus valet ingenio,eo magis ſtudet venuſtate placere,& eam auget,quibus poteſt ornamentis. Quæ in aula verſantur, his vtuntur ornamentis,quibus cognoſcunt,ſe placituras Regi. Cogitent autem mulieres,ſe in aula ſummi regis Chriſti eſſe,coram eo verſari.ad hoc illas hortẽtur matiti, ac doceant eas. Commendatur vxor viro,vt ouicula paſtori. Si ea pereat,quis,quæſo,eſt culpandus? nónne paſtor? Sic, ſi pereat vxor, culpandus eſt maritus.

Sic debent viri diligere ſuas vxores, vt ſua ipſorum corpora. Qui diligit ſuã vxorem,ſeipſum diligit.) Si carnem tuam diligis,teipſum diligis. vxor autem tua,caro tua eſt.Caro de carne tua,os ex oſsibus tuis eſt.

Nemo enim vnquam ſuam ipſius carnem odit.) Subaudi, qui ſit ſanę mentis. Alioquin inſani aliquando ſe lædunt,ideo redit ſtatim iterum ad præcipuũ argumentum Chriſtum,quo ſine,reliqua nulla ſunt,& inefficacia,ac dicit:

Sicut & Dominus Eccleſiam &c.) Quaſi dicat,Nemo ſeipſum odit, nemo non fouet ſuam ipſius carnem,nemo non nutrit eam. Quòd ſi qui autem ſint adeò inſani,vt ſeipſos lædant, ſibiipſis inferant damnum, illos nolo vt imiteris. Redeo itaque rurſus ad Chriſtum,qui ſuam carnem,ſuum corpus maximè diligit,id eſt ſuam Eccleſiam,eam non lędit,fouet eam,nutrit eam.eius tu exemplo dilige tuam,id eſt, tuam vxorem, illam foue, nutri, & reliqua ei præſta officia boni mariti.

Quoniam membra ſumus corporis eiuſdem.) Adeò erat ſemper cordi in-

fixum illud diuinæ erga nos dilectionis argumẽtum ineffabile, Apostolo, adeò obuersabatur illi semper in animo, quòd æternum verbum patris, nos Adæ filios, modis omnibus perditos, præ angelis assumpsit, quo sibi, id est, Deo planè similes redderet, vt nunquam illam prædicando sibi satisfaceret, atque ob quãlibet occasionem, etiam aliud agens, in huius præconium dilaberetur. Hinc est quòd de officio coniugum hîc differens, in huius mysterij prædicationem incidat, ac memoret, nos, carnem esse de carne Christi, & os de ossibus eius, & in nobis verè demum impleri, quod de coniugum inter se affectu dictum est:

Propter hoc, relinquet homo patrem & matrem &c.) De nostra itaque cum Christo domino coniunctione hic est locus. Et huius coniunctionis cogitatio non debet esse huius mundi, sed cælestis. Mittamus impuras illas cogitationes carnalis coniunctionis impuræ: sit nostra de hac re cogitatio spiritualis. Tamen sit verum quod dicitur, & non fictum. Sit hîc metaphora, vt passim. Spirituales res nõ habent proprias voces, & in illis vtimur metaphoris coacti. Sic est illud: Caro mea verus est cibus. vocat verum cibum, cùm tamen non sit cibus ventris. Loci de nostra cum Christo & Deo vnione sunt: Ioannis 1. & 6. & 17. Item ad Roman. 12. In 1. ad Corinth. 12. Ad Eph. 4. Ad Colossen. 1. Ad Heb. 2. Quomodo derelinquit homo patrem & matrem, vt adhæreat vxori? Non deseruntur vllo officio parentes, liberorum elocatione, imò geminantur illis liberi: siquidem res bene gerãtur. Dicuntur autẽ eos deserere liberi, quia superuenit noua quædam charitas efficacior illa parentum erga liberos, & contrà, liberorum erga parentes. Atq; id, vt noua domus domino instituatur. Nec tollitur amor erga parentes propterea. Est enim æternum dei mandatum de colendis parentibus, & est natura insitum hominibus.

Mysterium hoc magnum est &c.) Hoc arcanum magnum esse dicit, sed quoad Christum & Ecclesiam. Et verè non maguum tantùm, sed multo maximum est, nos Christo ita, vt vxor viro, & iunctos esse, & amari. Hinc enim futurum est, vt felicitatis & gloriæ eius reddamur participes. Hinc autem discendũ, quomodo de Christo & Ecclesia Scripturas intelligamus. Quo enim Deus nõ tam verbis, quàm rebus nos doceret, omnium ferè in Christo mysteriorum, typos aliquos præmisit, in quibus Christi gratiam haud obscurè deliniauit, vtq; id intelligeretur oraculis suis augustius ferè de typis illis, quàm illi apparuerint, locutus est, vt ita pia mens ad remotiora, & diuiniora cogitãda prouocaretur, impuri autem à sacris arcerentur. Vt enim Christũ arcanum nouisse, vitam æternam adfert, imò est vita æterna, ita solis timentibus Deum reuelatur: ij moniti spiritu, illud & in typis, & verbis, quibus illi, supra quàm in ijs apparuit, celebrantur, facilè agnoscunt. Cùm interim impij, qui ad hæc mysteria nequaquam admittendi sunt, semper habent quod obijciant, ne veritati subscribere cogantur. Vnde mirum non est, quòd Christi regnum ceruicosis Iudæis nemo queat ex Prophetis & Mosche approbare. A Deo hæc discere oportet, humana disputatio nihil efficiet: quia ratio humana nihil horum potest percipere. Hominis autem non est, ex animali spiritualem reddere. Vt verò vel vnum exemplum, quo & præsens locus clarior reddatur, adducam: In confesso est, promissionem Dei factam ad Dauidem 2. Semuelis 7, & primo Paralip. 17. (nam omnino eadem promissio est) Item Psalm. 87. & 132. de Christo fuisse. Iam si verba perpendas, nequaq; inficiari poteris, & in Schelomo eam quadrare. Quid igitur facies? Cõcedes tam insignem prophetiam Iudæis? Absit. Proinde excute verba diligenter, & videbis omnino etiam de Schelomone promissionem eam factam, quod vel illa verba probant: Qui si iniquè aliquid gesserit, visitabo &c. Videbis rursus in ea promissione, quæ quamlibet magnam Schelomonis felicitatem superent: vt est hoc, Stabiliam thronum regni eius vsque in sempiternum. ergo ero ei in patrem, & ipse mihi erit in filium. Hęc ne quis ad Schelomonem torqueat, prouidentia Dei factum est, vt ille fœdè ante finem vitæ suæ laberetur, & tandẽ

thronus

A thronus eius in totum deiiceretur, vt nihil simile huic promissioni populus eius haberet, vt hodie factum videmus. Alius igitur Schlomo cælestis in hoc filio Dauidis discendus est, cuius hic typus fuit. Is Christus est. In hũc, quæ verè sunt magnifica quadrant, & per eum, quæ verè sunt felicia, perficiuntur. Ad eundem modum, & de alijs vaticinijs Christi, si facias, & certiora disces, & neminem offendes, tanquam vim inferens Scripturæ. Sic in præsenti loco fecisse Paulum vides. Legimus etenim Adamum, adducta sibi vxore ex se cõdita, dixisse: Hoc tandem os ex ossibus meis, & caro de carne mea &c. Propterea relinquet quisque patrem suum, & matrem suam, & conglutinabitur vxori suæ, eruntq; duo in vnam carnem, hoc est, vt viuant vnum hominem. Quis iam neget hæc, de affectu viri erga vxorem esse dicta, qui scilicet parentum affectu ardentior est? Neque parentes propter vxorem negligendi sunt, sed coniuges iam inter se cõglutinandi sunt, qui seorsim antea adhærebant parentibus. Quî fit igitur, vt ea Paulus, de Christo & Ecclesia interpretetur? Quia coniugium, typus est coniũctionis inter Christum & Ecclesiam: & affectus mariti erga vxorem, dilectionẽ Christi erga Ecclesiam figurat. Deinde & verba de augustiore coniunctione, & amore loquuntur, quàm inter virum & vxorem appareat. Inter quos enim coniuges, tanta est animorum coniunctio, vt sint vna caro, & vnum prorsus hominem viuant? Perfectius igitur hîc coniugium, quàm inter mortales agitur, &
B typo & verbo designatum est. Id Paulus intellexit, ideoq; dixit: Arcanum hoc magnum est &c. Non negat hunc locum de coniugio loqui, alioquin Scripturę vim faceret, vnde ilico subiungit:

Quanquam & vos sigillatim quisque vxorem diligat, perinde atque seipsum & vxor reuereatur virum.) Memor scilicet, se conditam esse viro in adiutoriũ, & eius potestati esse subiectam. Fatetur locum esse de coniugio intelligendũ, sed demum verè impletum eum affirmat inter Christum & Ecclesiam. Pius Lector, hac ratione, & alia Scripturæ loca tentet enarrare, & videbit omnia planiora & certiora sibi fore. Haud alia ratione non dubitarim Christum discipulis euntibus Emauntem, de se scripta, exorsum à Mosche, & omnibus Prophetis, fuisse interpretatum: nec alia ratione & ipsis dedisse, Scripturas intelligere, cùm paulo post aperiret eis mentem, vt Scripturas intelligerent. Alioqui, vbi in Mosche huiusmodi aliquid legis: Oportebit Christum Dei vnigenitum, hominẽ nasci, mori, tertio die resurgere à mortuis, & in nomine eius prædicari pœnitentiam, ac remissionem peccatorum in omnes gentes? At in 24. capite Lucæ, dicit Christus: Sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati &c. Ergo non sine velamine typorum, vt dixi, scriptum id erat. Indubiè & factum Ionæ, locus vnus ex eis fuerit. At vbi in toto Iona scribitur, Christus filius dei morietur, & in ter-
C tium vsque diem claudetur sepulchro, postea resurget? Nihilominus id ex eo Christus ipse colligit. Nihilo planius vaticinium de salute per crucẽ Christi paranda, & serpentis in deserto suspensio extitit.

CAP. VI.

FILII, obedite parentibus uestris in domino, nam id est iustum. Honora patrem tuum, & matrem, quod est præceptum primum in promissione, ut bene tibi sit, & sis longæuus in terra. Patres, ne prouocetis ad iram liberos uestros: sed educetis eos per eruditionem, & correptionem Domini. Serui, obedite his, qui domini sunt iuxta carnem, cum timore, ac tremore, cum simplicitate cordis uestri, tanquam Christo: non ad oculum seruientes, uelut hominibus placere studentes, sed tanquam serui Christi, facientes quę

uult Deus, ex animo, cum beneuolentia, ſeruientes Domino, & non D
hominibus: illud ſcientes, quòd unuſquiſque quod fecerit boni, hoc
reportabit à Deo, ſiue ſeruus fuerit, ſiue liber. Et uos domini eadem
facite erga illos, remittentes minas: ſcientes quòd & ueſter ipſorum
dominus eſt in cælis, nec perſonæ reſpectus eſt apud illum. Quod ſu-
pereſt fratres mei, ſitis fortes per Dominum, per quę potentiam robo
ris illius. Induite totam armaturam Dei, ut poſsitis ſtare aduerſus aſ-
ſultus diaboli. Quoniam non eſt nobis lucta aduerſus ſanguinem, &
carnem, ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus mun
di dominos, rectores tenebrarum ſeculi huius, aduerſus ſpirituales a-
ſtutias in cæleſtibus. Quapropter aſſumite uniuerſam armaturã Dei,
ut poſsitis reſiſtere in die malo, & in omnibus peractis ſtare. State igi-
tur lumbis circumcinctis baltheo per ueritatem, & induti thoracem in
ſtitiæ, & calciati pedibus, ut parati ſitis ad Euãgelium pacis, ſuper om-
nia aſſumpto ſcuto fidei, quo poſsitis omnia iacula mali illius ignita ex
tinguere. Galeamq; ſalutaris accipite, & gladium ſpiritus, qui eſt uer- B
bum Dei, in omni deprecatione, & obſecratione, orantes in omni tẽ
pore, in ſpiritu: & ad hoc ipſum uigilantes cum omni ſedulitate & de-
precatione pro omnibus ſanctis, & pro me: ut mihi detur ſermo in a-
pertione oris mei cum libertate, ut notum faciam myſterium Euange
lij mei: ſuper quo legatione fungor in catena, ut in eo liberè loquar, ſi-
cut oportet me loqui. Vt autem ſciatis & uos, quæ ad me pertinent,
quid agam de omnibus uos certiores reddet Tychicus dilectus frater,
& fidus miniſter in Domino, quẽ miſi ad uos in hoc ipſum, ut cogno-
ſceretis de rebus noſtris, & conſolaretur corda ueſtra. Pax fratribus,
& charitas cum fide, à Deo patre, & domino Ieſu Chriſto. Gratia ſit
cum omnibus diligentibus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum cum
ſinceritate. Amen. Miſſa fuit è Roma ad Epheſios per Tychicum.

INTERPRETATIO.

FILII, morigeri eſtote parentibus veſtris in Domino &c.) Mi P
noribus ætate, vt minus ſapiunt, ita nihil ſalubrius præcipi po-
teſt, quàm vt prudentioribus dicto audiant. Hinc in patria po
teſtate eſſe liberos, nõ diuina tantùm, ſed & naturæ lex dictat.
Impiè igitur docuerunt, qui liberis & amplecti monachiſmũ,
& inire connubium, ſine conſenſu parentum licere affirmarũt
tentataq; hæc rata habenda diffinierunt. Paulus igitur audiendus liberis Chri-
ſtianis, qui iubet eos obedire parentibus, in domino, quod intelligo, quemad-
modum & verti. Sicut dignum domino eſt, hoc eſt, vt ex animo, & in omnibus
voluntati parentum ſeſe attemperent. Id, inquit, iuſtum eſt. Diuinitus enim ſic
inſtitutum eſt, vt quiſq; quos genuit, ad frugi vitam quoq; inſtituat. Ii ergo, vt
morigeri ſint oportet, & magni illos habeant, id eſt, honorent.

Honora patrem & matrem.) Adducit Dei præceptum, monens primum eſ
ſe, quod adiunctam promiſsionem habeat, nempe hanc, vt bene tibi ſit &c. Ru-
diores animi, quales in ętate minoribus eſſe ſolent, ſic voluit Deus allicere: quã-
quam & id ſua prouidentia comparatum ſit, vt qui æquitati ſtudent, ordini, quẽ
ille in

ille in rebus inſtituit ſeſe attemperant, commodam ferè hic vitam eius beneuo-
A lentia agant. Quod enim ſurſum ac deorſum iactat, ex charis ſuis quoſdam, & ferè omnium præſtantiſsimos, facit, vt mundi vanitatem melius nobis perſuadeat, & ad deſerenda hæc caduca animet. Cæterùm vulgus ſuum ita ducit, vt, licet mundi bonis ad delicias non abundent, cõmodiſsimè tamen ferè vitã ſuam tranſigant. Nos tamen Chriſtiani, in quos fines ſeculorũ deuenerunt, quia amplior nobis contingit, quàm veteribus, bonitatis Dei in donis ſpiritualibus perfruitio, vt omnis vita noſtra ſpiritualia corporalibus præſtantiora eſſe, vt futura preſentibus teſtetur, temporalia rarius ſecunda habemus, quantum ad ſpiritum autem agentes tanto felicius. Sic Paulo vſu venit, nemini ferè plura mala inciderant corporalia, ſed nemo etiam in ſpiritualibus bonis beatior fuit. Vtcunq; autem de externo vitæ ſucceſſu ſit, electis ſemper ſuccedit, quia in omnibus bonitatem erga ſe ſentiunt. Vitæ autem longæuitas præcipuis ſanctis, ferè omnibus contingit, etiam Paulo, quo nemo vitæ pericula plura adĳt, ad bonam ſenectutem peruenire, datum fuit. Qui enim frugi ſunt, decet, vt diu ſint. Chriſtus tamen ipſe, vt ex præcipuis ſanctis aliqui, qualis & Iacobus fuit, & Stephanus, in ipſo ætatis flore hinc rapti ſunt, vt diſceremus nos vitam expectare meliorem. At nihilominus tamen vt vita ipſa, ita & eius diuturnitas, donum Dei eſt, quemadmodum & rerum externarum ſucceſſus. Deus enim iſta ſuis promiſit. Igitur & oranda ſunt, modò adĳcias, non mea, ſed tua fiat voluntas. cumq; ea ac
B ceperis, bona Dei dona debes agnoſcere. Inſanum igitur eſt, quòd à rerum ſucceſſu, Anabaptiſtę, euincere volunt impietatem, vt ĳ Chriſti non ſint, qui aliqua vitæ commoditate fruantur. Perſecutio quidem nunquã defutura eſt, verè Chriſtum colentibus, ſed ſolet etiam ſuos ille à perſecutoribus aliquando tueri, ne libidini ipſorum permittantur, & decet ſanè, vt oues Dei, paſcuis Dei etiam corporalibus aliquando cum pace vtantur. Certè ſi promiſſa Dei ſpectes 3. lib. Moſis 26. & lib. 5. 28. ac alibi, externus rerum ſucceſſus, magis pietatem, quàm impietatem arguet, licet neutram certò.

Patres, ne prouocetis ad iram filios veſtros.) Chriſtianus populus ſponta-
neus eſt, eoq; omnis doctrina & admonitio ita attemperanda eſt, vt ducat, non trahat, leniter moneat, non vi quadam impellat. Monet igitur Apoſtolus parentes, ne ad iram liberos ſuos prouocent, hoc eſt, animos eorum exacerbent. Nam vt intempeſtiua ſeueritate ad officia vtcunque coegerint, bonos tamen, & qui vltro officium faciant, nequaquam reddent. Educandos ergo iubet, inſtitutione & correptione Domini, quæ eſt, vt timore Domini, ante omnia imbuantur, atque inde mori ingenitis affectibus doceantur, & ſuſpectum ſemper habeant, quicquid ipſorum animo arriſerit, eoq; libenter ſe moueri & corrigi ſuſtineant. Neque enim ad vitam Deo dignam peruenĳri poteſt, niſi depoſitione eius, ad quam nati ſumus. In hanc ſententiam, Prouerbia Salomonis multa do-
C cent. Caput ergo omnium eſt, vt Deum doceatur iuuentus ex animo reuereri, & vbique præſentem credere, deinde agnoſcere ſuos omnes affectus, ad iniquitatem ferri, neque boni aliquid rationem noſtram poſſe præſcribere, vt legi dei diligenter intendant, & moneri, caſtigariq; ſe cùm ab omnibus, tum maximè à natu grandioribus, & doctrina atque pietate præſtantioribus libenter ferant.

Serui auſcultate dominis carnalibns, cum timore &c.) Seruorum conditio durior eſt: quia naturæ noſtræ ſemper non ad libertatem tantùm, ſed ad principatum ſpectanti, ex diametro aduerſa. Quare in eo difficilius eſt, officium ſeruare. Et videbatur etiam vulgo, quando Chriſtianiſmus ſummam inter Chriſtianos dilectionem, rerumq; communionem exigit, indignum, vt quis homini ſeruiret, præſertim Chriſtiano, cui frater eſſet. Videtur etiam, quòd & Pauli tempeſtate non defuerint, quales & olim apud Iudæos zelotæ erant, & nuper inter agricolas ſeditioſos, apud nos Germanos, pſeudoeuangeliſtæ, qui docuerunt dedecere, vt qui Dei ſerui eſſent, hominibus cogerentur obnoxĳ eſſe.

Nuper illi noſtrates addiderunt cauſam redemptionis Chriſti, quaſi illa carnis D
libertatem peperiſſet. Pluribus igitur Paulus ſeruos ad officium ſuum, cùm hîc tum ad Coloſſenſes, & ad Timotheum, quod idem & Petrus facit, hortatur. Etenim vt res humanæ habent, à natura videtur indicta quorundam ſeruitus, quòd ſint quidam iſs ingenijs prædíti, vt niſi ſeruiant, nihil bonæ frugis humano generi adferant. Vnde apud omnes gentes obtinuit, vt ſeruiant ſeruitutem aliqui, quod & Deus in lege ſua approbauit, licet iubeat ſuos eſſe in ſeruos mitiores, quàm ſint alij, & domeſticorum fidei, rationem habere. Horum enim ſeruitus ſeptennio finiebatur 2. lib. Moſis 21. Apud gentes verò alias dominis poteſtat in ſeruos fuit vitæ necisq; , & quodcunque per ſeruum acquirebatur, id domino acquirebatur. Sed hæc poteſtas poſtea per Cæſares nonnihil temperata eſt: autore Gaio libro primo Pandectarum Iuris ciuilis, titulo de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris.

Porrò ſiue quis Chriſtianum, ſiue Ethnicum herum ſeruus nactus ſit, quum hæc conditio pietati non repugnet, conditioni inſeruiendum eſt. Hortatur ergo Paulus, vt qui ſerui vocati ſint, dominis ſuis carnalibus, hoc eſt, externis, aliàs enim vnus dominus Chriſtus eſt, ſed ſpiritualis, obtemperent, idque cum timore & tremore, id eſt ſumma circumſpectione, & diligentia, ſimplicitateq; cordis, ne quid aliud ſcilicet ſpectent, quàm ſincero & vigilanti animo gratam B
heris ſeruitutem ſeruire. Quo verò huc prouocet, addit, Tanquam Chriſto.) Quis enim tanto domino non ea diligentia inſeruiat, vt continuo in timore, & tremore verſetur, ſcilicet circumſpiciens, & cauens, ne quid, quod miniſterij ſui ſit, omittat? Iam Chriſto ita ſeruiuit, qui hero ſuo hac fide & ſedulitate ſeruus eſſe ſtuduerit. Simplicitatẽ verò cordis ex oppoſito magis claram reddit, dum ait: Non ad oculum ſeruientes &c.) Etenim ei, cui cognitus Chriſtus eſt, debet curare, vt ſua omnia in primis approbet, idque quod placere hominibus ſtudet, debet non alia ratione ſtudere, quàm quia id ita Chriſto placet. Nequaquam igitur ſic gratiam hominum ambiet, vt Chriſti poſthabeat, quod ſanè faciunt, qui ad oculum dominis inſeruiunt, & eis abſentibus officium negligunt. Ii enim Chriſtum dominum, vt haudquaquam fallent, ita gratiam eius nequaquam merebuntur. Qui autem ſe, dum hominibus ſeruiunt, Chriſti ſeruos agnoſcunt, & Dei voluntatem facere, dum illorum imperata perficiunt certè, ex animo, & beneuolè, in omnibus, heris inſeruient, ſcientes rependendum ſibi, quicquid boni fecerunt, quàmlibet ſerui ſint.

Vide autem vt perfectam Apoſtolus ſeruitutem requirat. Eam primò diligentiam poſcit, vt in timore, & tremore, tanquam Chriſto omnium ſupremo principi ſeruiant, deinde eam ſimplicitatem, vt nihil ad oculum faciant, ſed ſicut ſerui Chriſti in conſpectu Dei, cuncta ſedulitate ſumma perficiant: denique eam promptitudinem animi, & beneuolentiam, quam quiſque pius, in perficienda Dei voluntate poſsit, præſtare. Sunt nanque, qui tametſi bona fide, officium ſuum faciant, ſubmoroſuli tamen ſunt, nihil cum beneuolentia, & gratia præſtantes. F

Vt verò ſerui tum ſumma diligentia, tum ſimplicitate, & beneuolentia ſeruient, eo potiſsimùm illos pouocat, quod vnicuique, ſiue ſeruo, ſiue libero a domino rependetur. Quo monet, bona Deóque grata opera eſſe, etiam quæ ſerui pro ſua vocatione dominis ſuis faciunt. Ea enim opera, merces Dei optima ſequetur, non quidem illis promerita, & adæquata (quid enim faciat miſer ſeruulus, pro quo deberi ei poſsit conſummata felicitas?) ſed quia illa ſeruitutem fideliter ſeruitam ſequitur, vocatur eius repenſio & remuneratio.

Hinc verò videndum quanti ſit Paulo, ſuæ vocationi, quamlibet humilis illa ſit, fideliter vnumquemque inſeruire. Hinc ſanè Oneſimum, quem in Chriſto, domino ſuo Philemoni æquauerat, hinc hero ſuo remiſit, cuius tamen opera indiguiſſet, neque dubitabat, quin id Philemoni fuiſſet pergratum, adeò cupiebat

B 3
Date c
Call-N
ZB
574
&
III
Auth
Fold
Titl
Ve
Re

A piebat,vnumquemque Domino in ea conditione ſeruire, in quam ab ipſo eſſet conſtitutus. Ex hoc autem manifeſtum eſt,quàm non habuerit eorum ſpiritum, qui volunt externa omnia æquata, præſertim, quum ad Timotheum ſcribens, ſeruis præcipiat, ſi fideles habeant dominos, vt illis hoc nomine inſeruiant tantò ſtudioſius, eo quòd fideles ſint, ac dilecti, qui beneficentiæ participes ſunt.

Et domini eadem facite erga illos &cætera.) Quæ eadem? Bona & æqua, remiſsis minis,ablegata fæuitia, vt iuſtam & clementem ſeruitutem apud eos ſerui ſeruiant. Id facilè impetrabitur ab ijs, qui verè Deum timent, norúntque non minus ſeruos illi curæ eſſe,atque liberos,vt apud quem non ſit perſonæ reſpectus. Huius igitur Epheſios heros monuit, vt ſeruos manu mitterent, non iuſsit. Poteſt igitur ſincera dilectio vigere etiam inter eos,qui vita iſta externa admodum diſsimiles ſunt.

Quod reliquum eſt, fratres mei, corroboramini & cætera.) Redit ad monendum Chriſtianos in genere, hortaturq; ad conſtantiam, & vigilantiam, qua ſanè ſumma opus eſt,quando nobis non ſit pugnandum aduerſus ſanguinem, & carnem,hoc eſt,homines , ſed aduerſus principatus , & poteſtates, aduerſus dominos mundi,& tenebrarum ſeculi huius,aduerſus ſpirituales verſutias,hoc
B eſt,omnem malitiam, & vim malignorum ſpirituum,mundum , & tenebras ſeculi huius, id eſt reprobos , quos ſupra vocat incredulos , vt pleno imperio & nos exerceant, in aerea ſupra nos regione nobis incubant. Quod tamen haud ſcio,an ex ſua ſententia Apoſtolus, vel vulgi tantùm opinione ſcripſerit. Vt enim reliqua ſcriptura omnino aduerſariæ poteſtatis, & malignorum ſpirituum meminit, ita nuſquam aerem & cæleſtia illis aſsignat,neque in certos principatuum & poteſtatum ordines diſtinguit. Sed hæc curioſius excuſſa ad pietatem nihil conferunt. Satis ſit nouiſſe eſſe malignos ſpiritus, qui volente ita Dei prouidentia,inſidiantur continuò nobis,vt ad impietatem pertractos perdant,abutentes ad id noſtra ipſorum carne, & vniuerſo mundo. Quotquot enim cum Chriſto non colligunt,cum his diſpergunt, & qui Chriſtum in ſpiritu non colunt,captiui ab his tenentur,ad ipſorum voluntatem, vt Paulus alibi ſcribit. Catabaptiſtæ quidam negant eſſe malos dæmones,nosq; oppugnare, motiq; illo Iacobi,vnuſquiſque tentatur à propria concupiſcentia . Sed iſti hominum generi familiare eſt,apocrypha ſectari,& certas ſcripturas poſthabere, ſicut & in alijs,cum ſanctis Dei non libenter conueniunt. Chriſtus principis mundi meminit: Paulus & Petrus,vt Diabolo reſiſtamus,hortantur, ſi nolunt iſti credere malos dæmones eſſe,olim experientur. Nos Paulum audiamus , & corroboremur per Dominum,& robur fortitudinis eius,quod fiet,vbi quàm mox deſcri-
C bit Paulus panopliam nobis aſſumpſerimus. Noſtrum autem nõ tam eſt eam aſſumere,quàm orare,vt Deus eam nobis donet aſſumere,imò ipſe nos illa muniat.Idq; moniti ſancti,per ſpiritum Dei apud illos habitantem, vt neceſſarium agnoſcunt,ita & orare poſſunt,atque ſolent.

Quapropter aſſumite totam armaturam Dei & c.) Diem malum vocat diẽ tentationis , ſiue qua , mundus contra nos ſæuiens , confeſsionem Dei conatur extorquere,ſiue qua aliàs inſidiatur Satanas,vt indigna nobis committamus. In hoc die tentationis,vt peractis omnibus,hoc eſt per omnia inſtructi, nulla re omiſſa,quæ nos muniat,ſtare poſsimus hoſtibus noſtris ſuperiores,hortatur vt omnem armaturam Dei aſſumamus, hoc eſt, curemus, vt quicquid à nobis ad munimen poſsit contingere,adſit. Ac velut armaturus militem,cum hoſte congreſſurum,quibus armis,ſingulæ partes contegi debeant,monet.

Cingi prophani milites baltheo ſolẽt,vt circum ventrem &lumbos tuti ſint: noſtram cincturam iubet eſſe veritatem, nimirum, vt optima fide , & ſinceriter omnia geramus.

Pectus thorace illi muniunt,nos pro ea armari petit iuſtitia,vt nimirum can-

dor,æquitas,& ſedula officioſitas in omnibus actibus noſtris obuertatur: de- D
nique nec inferiora corporis inarmata illi relinquunt, ſuos habent ad pugnam idoneos calceos, quibus ſura, & pedes protegant, pro his nos inſtructos eſſe vult,promptitudine annunciandi Euangelium,vt gloriam Dei ſemper propagemus, id enim curantes,tuti ſanè incedemus,noſtri curam agente altiſsimo.

Habent præterea mundi milites & ſcutum,quo auertant hoſtium iacula: ſcutum noſtrum eſſe conuenit fidem. Illa enim, dum verbo Dei ſemper intendimus,& nitimur,quamlibet ignita tela mali illius extinguemus. Quid enim incidere poſsit tentationis,contra quam, ex verbo Domini non ſuppetat præſidium certiſsimum, ſi quis modò illo per fidem firmiter nitatur? Inſuper & caput illi contegunt galea:at noſtrum caput,ſalus,quam certò ſperamus,ſeruabit. Quia verò non tantùm nos ab hoſtibus illis defendere,ſed ipſos etiam aggredi & profligare oportet,ſi quidem bona fide imperatori noſtro militare libeat, etiam poſtremò gladio opus erit. Id verbum Dei erit, quo Dei bonitatem, tum nobis ipſis,tum aliis prædicantes,ſicut efficimus, vt Deo apud nos, & electos omnes omnia ſeruiant,ita certè hoſtem noſtrum profligamus, & ſpolia eius diripimus,noſtroq; imperatori conſecramus, homines ſcilicet, quos ad voluntatem ſuam ille tenebat captiuos. Hæc armatura dei eſt, quam ſolus ipſe largitur, nos aſſumimus eam,dum illam ab ipſo oramus,& exciti eius ſpiritu,in fide quotidie & dilectione proficere ſtudemus,vnde ſubijcit:

Omni oratione & deprecatione orantes.) Oratio vera nõ ſolùm eſt quod- E
libet pietatis votum, ſed ſerium animi, velut cum Deo colloquium, & grauis perpenſio eorum,quæ gloriæ Dei in nobis deſunt,cum ardenti ad ipſum ſpiritus deprecatione,vt ea in nobis ſarciat. his, vt conſideratio beneficiorum Dei erga nos ſemper coniuncta eſt,ita & gratiarum actio. Hortatur ergo Paulus, vt per omnem orationem, & deprecationem oremus. Id verò per omnem orationem videtur accipiendum,ſicut ſupra omni ſapientia,& ſimilia, vt ſicut omnem ſapientiam, eximiam, & omnifariam ſapientiam interpretamur, omnem orationem accipiamus,pro oratione ardenti,& aſsidua. Nam iubet orare omni tempore & ſpiritu. Tempus autem hîc καιρὸς eſt,id eſt,tempus opportunum vult enim quandocunque omnino liceat,orationes habeant & deprecationes, quibus ſcilicet armaturam, de qua dixit,ſibi à Domino comparent. Addit:

Et in idipſum vigilantes cum omni inſtantia,& deprecatione.) Vult enim adeò nos deprecationi incumbere, vt etiam hac cauſa vigilias agamus, die & noctu,quandocunque ſcilicet licere poſsit,nos deprecationibus ad Deum dantes. Idq; non tantùm pro nobis ipſis,ſed ſanctis,id eſt Chriſtianis omnibus.Sic & pro ſe Epheſios orare petijt. Sed quid? Nequaquam ſanè, quæ ad ſe propriè pertinerent,ſed quæ ad gloriam Dei,neque ea,quòd diffideret,ſe ſolùm illa poſſe exorare,ſed quia eadem orare etiam illorum intererat. Omnia ſiquidem eius deſideria huc pridem ferebantur,vt Chriſti gloria per ſe feliciter propagaretur. F
quando in id diuinitus delegatus erat,idem iam par erat optare votis omnibus Chriſtianos quoslibet,idq; non ſolùm,quòd gloriæ Chriſti propagatio mundi ſalus ſit,ſed etiam quòd ſinguli in hoc conditi ſint,vt illuſtrandæ gloriæ Chriſti vnicè ſtudeant. Huiuſmodi ergo,quæ propriè ad illuſtrandam gloriam Dei, & ſalutem hominum promouendam faciebant,nempe, vt ſibi quoties loquendũ eſſet,ſermo diuinitus daretur,tum digna eo fiducia,qua illum promeret, denique & promerendi eius dexteritas,vt eum,ſicut oportet,annunciaret,arcanũq; Euangelij (cuius legatione fungebatur,cui & fideliter hactenus adeò incubuerat, vt conſtrictus catena captiuus detineretur) ritè manifeſtaret, iure Epheſios ſibi à Domino orare poſtulauit,quibus nimirum æquè ac ipſi, in votis iſta eſſe oportebat.

Sic itaque diſcamus,non diffidentiæ fuiſſe,quòd ſancti pro ſe orare alios ſubinde hortati ſunt,ſed magni ardoris gloriam Dei propagandi,quòd cuperent

ſcilicet

B 3
Date o
Call-No
ZB
571
&
III
37
Auth
Title
Fold →
Ve
Re

A ſcilicet,huc omnium vota & deſideria eſſe intenta, vnde & ſalus omnium pendebat. Atque ita magis adeò commodum ſpectarunt eorum, quos pro ſe petebant precari, quos ſic gloriæ Dei deſiderio cupiebant accendere,quàm proprium. Sibijpſis enim nihil boni defuturum ſciebant, quia Chriſto credebant.

Hinc iam liquet,quàm nihil agant, qui ex hoc,&ſimilibus locis,inuocandos demortuos ſanctos, probare conantur. Nihil enim ſimile feciſſe ſanctos, vel ex hoc, vel locis alijs,euincere poſſunt. Nobis agendum eſt cum viuis, donec hinc ad ſanctos defunctos transferamur, aliud nulla Scriptura docet.

Notandum autem, quòd tantus Apoſtolus, vt Euangelij legatione dignè fungeretur, petierit, pro ſe Epheſios tam obnixè orare: argumentum enim id eſt, & maximæ molis rem hanc eſſe,& eius Paulum fuiſſe longè ſtudioſiſsimũ: quem ſenſum,quodq; ſtudium,vtinam & noſtri ſeculi Euangeliſtis daretur,ſanè melius Eccleſiæ haberent.

Deinde obſeruandum,nihil humanas vires in functione Euangelica poſſe, & ſermonem ipſum,quum loquendum eſt, fiduciam,& ſcientiam loquendi,ſicut decet,omnia dono Dei contingere,eoq; pro ijs inſtantiſsimè & ardentiſsimè orandum. Vtinam verò noſtris quibuſdam non videretur res tanti momenti adeò leuicula.

Vt verò ſciatis & vos, quomodo res meæ habeant &c.) Vide quàm officioſa dilectione erga Epheſios fuerit, quantiq; fecerit ſanctorum congreſſum,
B ſimul & reddit certiores illos,quid cuique in Domino accidat. Hac cauſa,& ipſe,dum liber erat,Eccleſias ſubinde inuiſere ſtudebat:id quum ſibi non eſſet integrum,quàmmaximè fidos Chriſti miniſtros, & collegas ſuos, pro ſe ad alios deſtinabat, non ignorans ſcilicet,quantum momentum ad corroborandam fidem,accendendamq; dilectionem habeat mutua ſanctorum appellatio, & cohortatio. Vbi verò ne hoc quidem licebat, literis id ſarciebat, quanquam rarò literas ſine aliquo ſelectiore fratre,qui & ipſe viua eſſet epiſtola, miſerit. Hoc ſanè ſtudium haudquaquam leuiter cordi illi fuiſſe,id comprobat, quòd è Roma Tychicum hunc,Epheſum,in tam remotam orbis partem,&trans maria amandarit. Tanti ei fuit Epheſios de rebus ſuis monere,& per hunc fratrem conſolari. Quàm ergo non Paulino animo prædiți ſunt,ex ijs, qui hodie Euangelion annunciant quidam, qui ne literis quidem cum ſanctis & collegis ſuis, taceo reliqua Eccleſia,quàmmaximè vicinis etiam, familiaritatem in Domino, non dico contrahere,ſed pridem contractam,vel alere,vel prouehere ſtudent? Magna vbiq; & iure, eſt Paulinis epiſtolis authoritas, ſed optarim eo animo illas nos legere, vt expreſſum in eis Apoſtoli,& miniſtri Chriſti tam fidi exemplum liberet æmulari. Certè & à nobis requiritur, vt fidi ſimus, hoc eſt, pro viribus, propagandæ dei gloriæ ſtudeamus,id autem quî erimus,cum Paulo ſimus tam diſsimiles? Is in omnia ſe vertere,omnia tentare, omnibus omnia fieri ſolebat,
C vt Chriſtum quàmplurimis commendaret,& commendatum proueheret:nos vbi vtcunque è ſuggeſtu dixerimus, declamantibus, quàm Chriſtum prædicantibus, ſæpe ſimiliores probè officio noſtro defuncti nobis videmur. Vtinam tam imitabile nobis Pauli ſtudium & ardor videretur, quàm iure à nobis requiritur. Profectò & nobis orationibus & deprecationibus inſtandum & vigilandum erat,quo iuſtus in nobis illuſtrandæ gloriæ Chriſti, cui conſecrati ſumus,ardor flagraret. Nimirum ſiquidem tepidi plerique ſumus, vt timendum ſit, ne nos euomat Dominus.

Pax ſit fratribus,& dilectio cum fide, à Deo patre,& domino Ieſu Chriſto.) Quia à beneuolentia Dei expectanda ſunt omnia, rectè finit Apoſtolus epiſtolam,vt cœperat,precando pacem à Deo, hoc eſt, veram felicitatem,quæ hîc ſita eſt in dilectione & fide,vt ſicut non dubitamus, fide verbi Dei, nos ab ipſo, vt filios diligi, ita nos proximos, vt fratres complectamur. Beneuolentia Dei precatur præterea omnibus diligentibus Chriſtum cum integritate, citra

corruptionem ſcilicet hypocriſeos, & vitæ impurioris, quales vtique ſoli Chriſtum verè diligunt. Iuſtitia ſiquidem ipſe, & ſanctitas Dei eſt: quare corruptelas carnis ex animo deteſtabitur, qui ipſum verè dilexerit. Etiam qui diligit ipſum, ſermonem eius ſeruat, ijs abnegationem noſtri cum omni ſanctimonia requirit. D

Quare quod adiecit, Cum incorruptione.) non ita intelligendum eſt, quaſi Chriſtum, & cum corruptione quis diligere poſsit. Quis enim ſimul diligat contraria? Quid enim efficiat Chriſti dilectio, hac adiectiuncula exprimere potius Paulus voluit, quæ vtique ab omni corruptione ſubducit, & ad imaginem Chriſti reformat. Id nobis omnibus per ipſum Pater & Deus noſter donet, cui ſit gloria in ſecula. Amen.

FINIS.

BASILEAE, ANNO SALVTIS M. D. LXII

Menſe Februario.

B

B3

Fold → Title In CC Ver Rec
Date of Call-No ZB 574 & III Author

INDEX CVM RERVM TVM VERBORVM MEMORABIlium, quæ in hoc Cõmentario D. Martini Buceri in Epist. ad Ephesios continentur, copiosissimus.

Abraham quando iustificatus sit 85.b
Absolutio olim quomodo fiebat 128.e
Abluamur quando 61.b
Accessus ex fiducia ad quid 97.b
Adam cur se à deo abscõderit 138.f
Adami & Euæ uestes quid adumbrarint ibid.
adoratio quid 97.b
adorationis gestus 97.c
adorationis externi cultus quàm necessarij 98.d
adorationem ueram mentis quæ sequantur ibid.
adorantium uerè proprium primũ quod sit ibid.
aduersarij quomodo deo salutis nostræ initium tribuant 64.e
aduersarij quomodo salutem accipi negent 64.d
aduersarij quidam magis impij Pelagianis quid dicant de Christi merito 64.f
aduersarij de operibus supererogationis quid 70.e
aduersarij quid requirant ad iustificationem, quid non 64.d
aduersarij quid probent omniũ maximè 68.f
aduersariorũ dogma primũ quod sit de operum efficacia 65.b
aduersariorum de fide imaginatio ibid.
æternitatis in re per se bona quis effectus 97.a
aeris potestas cuius sit 53.b
aere qui significetur 53.c
afflictio in quem cadat 73.c
Aaronis miracula 139.b
allegoriarum usus qui sit 76.e
ambulare pro uersari quid 54.e
ἁμαρτίαι quid 84.o
amarulentia quid 170.d
amoris sedes ubi 104.e
amplificationis argumentum primum quod 92.f
ἀναναιφαλεώσασθαι uocis quãta uis 25.c
ἀναναι φαλεωσις quorũ sit ib.
ancilla in sacris quid 77.c
angeli qui boni 97.b
angelorum munera 33.a
quomodo intelligenda 33.b
angelorum ordinem & distinctionem esse 33.a
angelorum bonorum mentiones ubi 33.c
angelorum malorũ citatio ubi ib.
natura 95.a
angelis etiam occultum quid fuerit 97.a
Antichristus quid se esse autumet 110.e
Antichristus ubi se Ecclesiam faciat ibid.
Antichristi præcursor quis 42.f
Antichristi unde tãta potẽtia 133.b
Antichristi dogma 109.a
Antichristi tyrannide & fraudib. patefactis quid moliatur Satan 110.e
Antichristi qui sint conatus 21.b
Antichristi quo pacto se laicis pro dijs imposuerint 114.f
Antichristorum tyrannis, pompa & luxus quib. augebantur ib.
antichristianismi qui ministri 110 d
Apocalypseos origo quæ 63.b
ἀπιβειαι quorum 54.d
Apostasia in sacris quid 78.d
Apostoli unde dicti 116.e
Apostoli propriè quid 116.f
Apostoli cuius legati ibid.
Apostoli qui fratres 145.b
Apostoli quibus donis pollebant 106.f
Apostolorum munus quod ibid.
Apostolorum & Christi quanta communicatio 41.a
Apostolici muneris officiũ in quo 116.e
Arbitrij libertas cuius sit 26.e
Arbitrij liberi figmentũ unde 25.b
arcanum quid sit 24.f
arcanum qũo patefactũ sit ibid.
arcana dicantur cur 25.a
arcæ sacramentum 139.b
arcæ munus quod sit 28.d
argumenti de Euangelio reuelatoris ubi 93.c
Arrhabonis finis quis 28.e
artes logicæ 134.d
ἀσπίλυσια quid 166.d
Assensus ueri efficacia 62.d
auaritia quid 173.a
Auari Germani exemplum 173.b
auarorum deus ibid.
audire uocem quid significet 37.c
Augustinus quid de seipso 67.c
Augustinus quibus innixus 44.d
Augustino gratia quomodo non sit gratia 64.e
ecclesiæ authoritas ubi eadem 44.d
autoris officium in quo 14.d

B

Baptizari quid 143.d
Baptizati quo illinebantur à Papa 109.c
baptismatis opus 145.b
baptismatis ἐνέργεια 143.e
baptismatis præcipuum 146.d
baptismatis elogium 145.a
baptismatis ἀντίτυπον 145.c
baptismati quæ tribuantur ibid.
benedixit quid significet 20.d
benefic. diuini dignitas in quo 95.b
beneficentiæ uirtus in quibus 41.a
benefaciendi studiũ quid ferat 70.e
Bernhardi meritum quid 69.c
operum locus tertius ib.
Biblia quid 59.c
Biblia sacra quid sint 8.e
Bibliorum lectio ubi habita 47.c
Bibliorũ lectori quæ necessaria 9.b
Biblijs quibus interdictum 47.c
Bileam dei aduersarius 139.c
blasphemi in S. spiritum nostra ætate qui contendant 8.e
bonum quid dicatur 70.d

C

cacodæmonum uis in quibus efficax sit 6.d
cælibatus quid 172.f
cæci natura qui erant 96.d
ceremoniæ cur abolitæ à Christo 90.f
ceremoniæ quare Hebræis iustificationes dicantur 61.b
ceremoniæ à Christo cur institutæ 104.f
ceremoniarum à Christo institutarum declaratio 76.f
ceremoniarum quibus homines in Ecclesiam suscipiantur requisita 123.c
ceremoniarum multitudo cur tanta olim 76.f
ceremoniarum abolitarũ quæ causæ 89.c
ceremonijs quorum admoniti 88.f
Cœnæ dom. uis & efficacia 146.e
Cœnæ dom. uis & efficacia 153.a
cœtuum sacrorum cultus quæ causæ 46.b

Canes & porci in ſacris qui dicantur 148.c
capitum priorum duorum doctrina quæ 93.b
caput tertium quid contineat 92.d
captiuitas quæ 105.c
caput ſecundum quot locos contineat 50.d
caput ſecundum quid tradat 6.d
caput tertium quid contineat 6.f
caput 5 & 6 quid tractent 7.a
capitis 4 præcipui loci 102.d
capitis quarti contenta 6.f
capitis et Chriſti quæ ſimilit. 35.c
caro quid 55.a
carnaliter & naturaliter uoces repudientur 160.e
carnis uoluntates quid 55.a
carnalem populum conſtituẽtium error alter unde 77.a
catechiſmus quid 123.c
catechiſmis qui ſeaccõmodẽt 124.d
cenſura unde petatur 22.d
cenſuræ quæ ratio ib.
charitas quotuplex ſit 22.e
charitas germana unde frigere cœperit 114.f
charitas quales requirat 165
charitatis pictura 172.e
charitatis Chriſtianæ proprium quod ſit 13.b
charitatis ingenium 104.d
charitatis germanæ quæ ſint officia 114.f
charitate ucra qui ſintpræditi 115.a
chorepiſcopi qui dicti 132.d
chriſmatis abuſus quis 48.e
Chriſtus unde in altum aſcenderit 105.c
Chriſtus qũo in nobis habitẽt 99.a
quando in nobis uiuat 114.f
Chriſtus quid adorandus 106.e
Chriſtus quomodo noſtra dicitur propitiatio 64.e
Chriſtus quomodo poteſtatem à patre acceperit 106.d
Chriſtusquare miſſus in orbẽ 141.b
Chriſtus cur miniſter uocatus 95.a
pro quibus patrem oret 140.f
in Mundo quomodo quæratur 159.a
quomodo præſens dicatur ibid.
quandiu nobis accipiatur 160.e
cur ſit mortuus 85.a
Chriſti nomen ubi uerè & ſolidè ſit 44.e
Chriſti qui ſit 34.e
Chriſti corpus quomodo augeatur 114.d
Chriſti corporis incrementũ quid ſit 114.f
Chriſti membra qui ſint 41.c
Chriſti membra quomodo iungantur 113.b
Chriſti membrorum quæ ſint iuncturæ ib.
Chriſti membrorum quæ ſit prima iunctura ib.
Chriſti membris in Eccleſia admiſti 111.b.
Chriſti ciuium quæ cura 74.f
Chriſti inſtauratio amplior, quàm ruina angelorum 2.b
Chriſti maieſtas in quibus ſuſpicienda 25.c
Chriſti præſentia qualis 46.e
Chriſti ſanguinis diſpenſatio cui commiſſa 122.d
Chriſti regni ignari quid quærant ſubſidij 72.d
Chriſti & ſanctorum opera ſecundum aduerſarios quæ 69.b
Chriſti ſeruatoris opus quod proprium 114.f
Chriſti opes quare imperueſtigabiles dicantur 96.d
Chriſti diuitiæ quæ ſint ibi.
Chriſti præſentia hîc qualis 158.f
Chriſti præſentiæ quid 159.c
Chriſti miſterio quid intellectum 93.b
Chriſti cum pane & uino coniunctio qualis 161.a
Chriſti gloriæ cultor quis 92.e
Chriſti diſcipuli unde 79.b
Chriſti fideles quomodo unum ſint 140.f
Chriſti doctrinæ, & linguarum artiumq; bonarum interitus 134.f
Chriſtum naturam nõ mutare, ſed inſtaurare quomodo patet 113.c
Chriſtum in cœna non offerri à nobis 172.e
Chriſtiani, uita, mores, & officia quæ 114.f
Chriſtiani unde ſe inuicem in domino agnoſcant 13.a
Chriſtiani cupiditas in quo 124.e
Chriſtiani in quibus rebus communicent 78.d
Chriſtiani quos fugiant 13.a
Chriſtianorum proprium quod ſit 15.b
Chriſtianorum contumeliæ 13.b
Chriſtianis quando accenſeamur 73.b
Chriſtianis calumniæ quare ferendæ 18.b
Circunciſio cuius rei exciſio 88.e
circunciſio ubi 71.e
quare in genitali membro fiebat ibid.
in præputiũ quib. uertatur 155.a
ciues in ciuitate qui 74.d
claues cui traditæ 42.e
cleri munus 129.b
cleri ceremonia prima 130.d
diſciplina 129.b
ſtudium quod 135.c
chori pij quibus olim ducebantur 130.f
clericalis diſciplinæ partes 129.b
clericalis diſciplinæ ultima pars quid 135.a
clerorum curam qui gerebãt 132.d
cæleſtes quid faciant 74.d
cœnobia olim quid 134.f
cœnobiorum origo 134.e
cognatorũ coniunctiouis quæ cauſa 113.e
collegia Iureconſultis quid 36.d
colloquia quæ deo diſpliceãt 166.c
communio quib. percipiatur 157.c
cõmunio in quo conſiſtat 41.b
communio abſentium quæ 41.a
communicatio ubi ib.
communicatio abſentium & præſentium in quibus 41.b
communitatem qui rectè repræſentent 45.b
communitates ratum quod habent unde ibi.
conccrtationes doctorũ unde 111.a
concupiſcentia quid 82.f
concupiſcentia Paulo quid 83.a
concupiſcentia in quib. non ſit peccatum 58.d
concupiſcentia cur mortifera 83.a
concupiſcentia unde peccatum dicatur 83.b
concupiſcentiæ in nobis qui effectus 83.a
conditionis noſtræ prioris & præſentis collatio 71.a
conditorum à Deo quis finis 114.a
confeßio quid 127.a
confeßio quid contineat in ſe ib.
confeßio quomodo fiat ibi.
confeßio priuata qũo utilis 128.d
confeßio ſecretaria unde nata ib.
confeßio ſecreta cur à pſeudoepiſcopis exigatur ib.
confeßionis ſecretæ quanta tyrannis 109.e
coniunctionis noſtræ cum populo Dei ueteri myſterium in quo cõſtet 6.e

B 3
Fold
Title
Date of
Call-No
ZB
574
&
III
Auth

Coniunctionis nostræ cum ueteri populo quæ causa 71.c.
Consensus ubi 47.b.
Consociatio nostra cum ueteri populo per quem peracta 72.e.
consociationis beneficium unde amplificet Paulus 73.a.
Constantinopolitanus cur secũdus patriarcha 133.a.
Controuersia altera de quo 42.e.
controuersia tertia quæ 43.a.
Cooptationis ratio in quibus 74.f.
Corpus qui dicantur 37.a.
corpus quid 164.f.
corpus unde mortale 83.c.
corpus unum quod simus, quale 73.a.
Corporis diuisio 37.a.
Creatura noua quis sit 114.f.
Credere alicui quid sit 68.d.
credentes cuius filij 75.c.
credentes uerè qui 79.b.
credentium quot genera 90.d.
Cupiditates erroneæ quæ 167.a.
Cultus papistici 147.a.
cultum externorum quæ causa 98.d.
cultum falsorum origo 147.b.

D

Deus quorum sit Deus 75.b.
deus qui Christi dicatur 31.b.
deus in electione nostri quid respexerit 21.a.
deus quomodo nos præparet 70.d.
deus ubi & quomodo olim adoratus, nunc quoq; adoretur 44.e.
deus cur nobis loquatur in Scripturis 15.c.
deus suam scripturam qualem nobis compararit 11.c.
deus scripturam sacram quomodo hominibus inculcet 10.f.
deus quid maximè à nobis petat 105.a.
deus quî secundò opera præparet 70.d.
deus qualem populum ueterem habere uoluerit 97.b.
deus quibus suum dogma patefaciat 10.f.
deus quibus hominum opibus glorificari queat 114.d.
deus quomodo cũ Hanoch & Noah uixerit 139.a.
deus patribus per quos sit locutus olim 140.d.
deus Pharaonis qui constitutus fuerit 139.d.
deus quorum uindex 174.d.
deus à filijs quid poscat 151.b.
deus quo sigillo suos obsignet 170.d.
deus fidem suorũ quomodo exploret & probet 87.c.
deus quid in lege damnet 87.a.
deus uerbum & uim saluificam per quæ nobis communicet 136.b.
deus quid promiserit Abrahamo iuxta terram Canaan 94.d.
deus quomodo imitandus 172.d.
deus cur tot ceremonias mandarit ueteribus 88.f.
deus quibus, quando gratiã suam offerat 60.e.
deus quibus rebus nobis consulatur 46.f.
deus etiam per malos generi hominum benefacit 112.d.
deus rudioribus quid proposuerit in sacris 10.f.
deus quorum mentes excæcet 65.d
dei præconum ministerium in quibus situm 95.a.
dei sapientia in Ecclesia in quibus spectetur 97.a.
dei dilectio erga genus humanum 172.d.
dei gratiam quis quærat 93.a.
dei notitia per quẽ reuelata sit 93.c.
dei uerbis cur credendum 62.c.
dei doctrina qualis 8.f.
dei doctrinæ quæ præstantia 22.f.
dei uerba cuius nos admoneant 14.f.
dei naturam qui referant 100.d.
dei benignitas quid à nobis pro salute requirat 21.c.
dei συμπάθια 58.d.
dei misericordiæ quis effectus 6.e.
dei beneuolentiæ assensus quid ferat 60.d.
dei panopliæ quis usus 7.a.
dei philanthropia in quo 69.b.
dei robur in quo 33.a.
dei regnum quid 111.b.
dei imperium quid sit 42.f.
dei peculium qui 32.e.
dei templum ubi 74.f.
dei templorum proprietas 64.a.
dei cultus abominandi 109.b.
dei ueri cultores olim ubi 77.b.
dei filiorum proprium 72.e.
dei filiorum uita quæ 114.d.
dei filij quando simus 28.d.
dei filiorum quæ uita 102.e.
dei uita quibus constet 124.c.
dei uitam uiuentium quæ actiones 140.f.
dei familiaritas etiam erga impios 139.a.
dictorum factorúmque ordo 154.d.
doni per Euangelium magnitudo ubi conspicua 7.a.
dono quo angelos præcellimus 140.e.
donorum amplificandorum qui gradus 96.d.
ministri quibus comparentur 95.a.
quæ studeant & doceant 95.a.
unde mittantur 95.b.
quæ cura 95.a.
ministerium unde 95.b.
definitio 95.a.
dei beneficia contra ἁμαρτίαν
quot & quæ nobis data 84.a.
mandata unde nota 95.a.
quibus proponantur 95.a.
instituta quando re uera sunt traditiones hominum 88.d.
deum uestes Adamo & Euæ parauisse 139.a.
meritò peccatum Adæ in nobis damnare 165.c.
deum quomodo possumus inuocare 97.b.
deum esse alicuius quid 75.b.
deum quomodo non omnipotentem credamus 100.c.
quomodo amittamus 67.a.
deo carere quid sit 71.b.
deo homines qui anteponant 11.c.
Delictorum & peccatorum differentia Hieronymi quæ 52.f.
Demonstratio de operum indignitate quæ 69.a.
Diaboli uis & studia quæ 53.b.
diaboli quot 53.b.
diabolo quibus resistamus 53.c.
diabolos quis uicerit 53.c.
diaboli uigilantia 175.c.
nomen singulare 53.b.
in homine quanta potestas 54.a
Diaconi cura quæ 107.b.
Diaconus quis sit 163.a.
diaconorum munus 107.b.
circa quid 117.a.
διαβήκη quid 78.d. 71.b.
διάνοια quid 56.e.
Dies dominicus cur institutus 87.b.
diei dominici institutio quorum 87.b.
diei festi sanctificatio in quibus consistit. 44.a.
dierum obseruationes cur non penitus abijciantur 87.a.

δικαιώματα quid 61.b.
Diligere quid sit 30.d.
diligere quomodo nos inuicem oporteat 124.f.
Dilectionis mutuæ testimonia 124.f
dilectionis quid sit 15.a.
dilectionis natura 124.f.
Discipulorum cõtentio Antiochiæ de qua re 80.f.
Disciplina quid 122.d.
nostra qualis 76.f.
olim in episcopatibus quæ fuerit 49.c.
publica quid 31.b.
popularis quibus cõstet 122.c.
Disciplinæ administratio in Ecclesia 122.f.
clericalis pars tertia 129.c.131.c
disciplinæ ruina quid ferat 38.d.
disciplinam pro tempore intendi non mutari posse 47.b.
disciplinarum restitutio unde emerserit 134.f.
Discernere quid sit 43.b.
Dissentientium de Ecclesiæ ministerijs diuersitas 110.f.
Distributionis quis modus 30.d.
Ditionum Romanis subiectarũ distributio 192.e.
Doloris ueri ingenium 126.d.
Docendi rationes quot & quæ 119.a.
Doctor quid in discipulis obseruet 117.b.
doctores in Ecclesia, item auditores qui sint 37.c.
doctoris etiam esse exigere proposita 117.b.
Doctrinæ munus alterum 118.e.
maiestas quo laudari possit 5.b.
Christianæ certitudo quomodo conseruetur 13.b.
et quibus rationibus Christianis constiterit 13.b.
doctriuæ tradendæ pars quarta, quæ sit 118.f,
doctrinæ docendæ pars quinta quæ 119.a.
Dominus quos ignoret 14.f.
domini sacræ ceremoniæ quomodo à papa adimnistrentur 109.b.
domini corpus & sanguinem quomodo percipiamus 153.a.
Dominari cuius 82.d.
dominum mittere Apostolos, & ecclesias colligere ũde cõstet 116.e
domini sors qui sint 26.d.
domino quid debeatur 104.f.
domini uoluntas quæ 104.f.
Dona spiritualia unde 105.b.
donorum discrimen quomodo seruetur 105.c.

E

Ecclesia 74.d.
ecclesia Christi quid 19.a.
quorum cœtus 111.b.
quale ædificium 74.e.
quorum cœtus 39.b.
ecclesia dei uera quibus membris constet 112.f.
ecclesia quatenus sit columna ueritatis 100.d.34.b.
quæ uerè dei donis extiterit illustris 75.a.
qualis autoritatis 47.a.
quid proponat publicè 44.f.
quorum decreta recipiat 45.c.
quomodo regatur 36.d.
quid possit 43.c.
incognita quæ cognosci nequeat 111.a.
repræsentatiua quos det episcopos 46.d.
uniuersalis quorũ dicatur 36.e.
particularis quorum cœtus sit 45.b.
uera errat quoq; 46.d.
quæ erret 45.a.
quando grauiter errarit 46.d.
quæ non erret 45.a.
quæ semper erret 45.c.
uetus quid rituum probauerit
pœnitentiam quando agat tota 74.d.
quid precetur 39.a.
scripturarum iudicio destituta 36.e.
Christi ubi quærenda sit 42.e.
cui similis 42.f.
unde cognoscatur 115.a.
ecclesiæ definitio 30.a.
ecclesiæ caput ubi et quod sit 42.e.
fundamentum quod 74.e.
fundatorum communicatio quæ 41.a.
antiquitas 43.a.
primitiuæ doctores quales 107.a
ecclesiæ hostium uis 46.e.
domus 74.d.
caput ubi 36.f.
curatorum munus quod sit 40.f.
potestas in quo 47.a.
autoritas in quo 42.b.
autoritas unde 44.d.
censuræ quæ obnoxia 122.f.
censura qualis 12.f.
rector quis 36.f.
gubernandæ quæ ratio 37.c.
dissensiones unde 87.c.
munera quæ 89.b.
corpus quomodo augeatur 89.b
ministri qui uocentur 116.d.
ministrorum quod sit opus 36.f
ministerium quorum 111.b.
ministeria quorum sint 115.e.
ministeria quæ exigant 116.d.
administratio cur ministerium, nec magisterium dicatur 116.d.
ceremoniæ et ritus ad quid 122.e
munera quæ perpetua 115.c.
ceremonijs quæ delectentur, quæ minus 26.e.
disciplina quotuplex 122.e.
ad quid colligatur 115.b.
unitas in quo 39.b.
membrorum quanta unitas 37.a
membra mortua quæ sint 45.c.
confusio unde 36.d.
collectio unde 115.b.
ciues qui sint 64.d.
superioris seculi status quis 109.a.
quis hodie sit status 15.a.
religioni quem diem destinarit 44.e.
ueræ quæ signa 37.c.
episcopatus quot & qui 42.c.
bona quorsum à papa collata 110.d.
quid non sit relictum 47.a.
per Christum colligendæ testimonia 115.a.
cognitio unde 100.f.
Milesiæ encomium 7.c.
Romanæ definitio 41.c.
Romanæ imperia & ditiones unde 131.a.
Romanæ unde conficta autoritas 45.b.
Romanæ quæ membra 41.c.
ecclesiam qui non audiant 111.b.
ecclesiam nõ errare, quomodo probent aduersarij 46.d.
ecclesiæ cur impijs refertæ 112.e.
unde cognoscendæ 37.b.
quomodo se ipsæ impietate ministeriorum suorum obstringant 112.c.
ecclesiarum munera quæ non sint perpetua 115.c.
ministeriorũ diuisio secũda quæ 115.c.
gubernatores quos ministros requirant 112.e.
quot et quæ sint ministeria 115.c
ministerium quando patet 108.f
curatoribus quibus opus 130.d.

B3
ZB 574 & III D 3
Call-N
Date o
Auth
Fold
Titl
Ve
R

ecclesiarum inspectio cuius 132.e.
Efficacia potentiarum patribus in quo 108.d.
Electionis nomen quomodo accipiatur 20.f.
Electio quid 22.f.
piorum quomodo facta 5.e.
electionis nostræ quæ causa 22.e.
ultima causa quæ sit 22.c.
quæ sit causa efficiens 19.e.
quæ sint causæ finales 19.c.
quis sit finis 31.a.
perfectio unde 26.e.
electũ non posse condemnari 22.d.
electi omnes à deo qũo simus 104.f.
electi qua à deo uirtute seruentur 33.c.
quomodo sint sancti & irreprehensibiles 22.d.
in filios dei cur simus 6.e.
sine fide cuius sint membra 42.d.
Epistola quid complectatur 18.e.
cuius rei scientiam tradat 5.b.
quid & quib. uerbis doceat 5.c.
cui scripta 5.b.
Epistola nobis cur scripta 8.d.
canonica cum quibus non pugnet 62.d.
ubi à Paulo scripta sit hæc 5.b.
hæc quando inter libros canonicos recepta sit 78.e.
Epistolæ scopus 27.a.
scopus quid sit 18.f.
scopus quis 20.d.
huius Paulo causa 7.c.
encomium in quo 5.b.
dictator quis sit 5.a.
primum caput quid tractet 6.d.
secundus locus quid tractet 20.d
huius lator 7.b.
Iacobi scopus 62.d.
Episcopus quis 107.b.
inter presbyteros quid 132.d.
Romanus quando summus factus sit 133.b
Episcopi primates 133.a.
Episcopi electio penes quos 132.f.
à quibus ordinati 132.d.
primarum ecclesiarum aliquot prouinciarum cur electi 132.f.
Tridenti & Bononiæ qui creentur 45.c.
Episcoporum functio in quibus solùm constituta 121.c
Episcopatum uniuersalem quis primò affectarit 133.b.
Ephesiorũ quanta crudelitas 146.b
Ephesiorũ uitia quot, & quæ Paulus taxet 167.c.
Error lectoris cui attribuatur 9.b.
alter de cœna domini 148.d.
Erroris demonstratio 45.a.
Errorum in cœna domini diuersitas 146.e.
in cœna domini causæ 148.f.
quæ sit origo 11.c.
in sacris quæ causa 9.b.
Errantium genera 146.f.
Euangelium quale uerbum sit 27.a
quare salutis dicatur 27.b
quibus constet 24.e.
reijcientium quod sit argumentum 25.c.
unde male audit & apud quos 25.c.
quale instrumentum 143.a.
ubi Paulo reuelatum sit 94.a.
Euangelium uerum ubi non 87.c.
quomodo fidelibus ab initio mũdi reuelatum sit 93.c.
Euangelij munus in quib. uersetur 24.e.
in Gentes propagati quæ causa 72.f.
Euangelistæ hodie quales 107.a.
Euangelistæ initio qui sint dicti 107.a.
Euangelizatum quibus et per quos primò sit 73.a.
Ethica quid doceant 134.d.
Ethnicus & Publicanus quis 110.f.
Ethnicus in Ecclesia quis 125.b.
Eucharistiam quis det 160.f.
Eucharistiæ adimnistratio ad quem 122.d.
mysterium in quo apprehendatur 156.a.
Ἐντραπελία quid 173.a.
ἐξομολόγησις 123.b.
Excommunicandi qui sint, qui non 112.d.
Exclusione quid reijciamus 65.a.
Ezechias quare serpentem contriuerit 48.e.

F

Facultatum maligna æstimatio unde 109.c. (109.c.
Feriarum à papa inductarum finis
Festa aduersariorum quid 49.a.
Festa obseruantium discrimẽ quod 87.b. (79.a.
Festa tabernaculorum quid fiebat
Fides quid 19.a.29.b.
uera quid sit 27.c.54.c.
Fides uera quid 59.c.
Fides uera quid complectatur 62.b
temporaria quæ 111.c.
temporaria quorum 111.c.
Fides miraculorum quid 42.e.
Fides de quibus rebus 60.d.
Fides & ratio enarrationis 8.d.
fides quare sit certa 29.a.
quem saluet 62.d.
per quæ ostendatur 62.e.
quibus perficiatur 62.f.
in sanctis quando opprimatur, & restituatur 62.e.
spe & charitate destituta quid 65.a.
sola quomodo accipi possit 65.a
fidei definitio 32.d.
fidei uera natura 62.e,
fidei genus quid 32.d.
fidei quæ propria 32.d.
fidei propria quot & quæ sint 33.c
fidei quæ proprietates 35.a.
fidei quæ proprietas 61.b.
fidei & fiduciæ differentia ubi declaretur 6.f.
fidei efficacia in quo 37.a. 115.b.
fidei ueræ efficaciæ quæ 27.c.
fidei uis & natura 6.d.
fidei opus quod sit 34.d.
fidei opus cuius 45.a.
fidei opera in quo comprehensa sint 64.f.
fidei quæ causæ 32.f.
fidei comes quæ 29.c.
fidei lex quæ à Paulo dicatur 64.f.
fidei certitudo unde 32.d.
fidei certitudo in quo sit 22.e.
fidei quid attribuatur 61.b.
fidei quod est contrarium 35.b.
fidei & assensus similitudo 62.e.
fidei participes quomodo fiamus 6.d.
fides lapsus unde 67.b.
fidei testimonia quæ 62.e.
fidei quarum rerũ efficientia 88.e.
fidem mortuã quam uocet D. Iacobus 27.b.
fidem quæ confirment 35.b.
fide quomodo iustificari dicamur 60.e.
fidelis qui dici debeat 62.e.
fidelium exercitium & eruditio in quibus 13.a.
fidelium hodie cur tanta penuria 100.c.
Fœdus quod dicatur uetus 74.a.
fœdus cur nouum dicatur 79.a.
fœdus septennio quoq; renouatum 79.a.
fœdus æternæ beneuolentiæ quibus & quomodo offeratur 79.b.
fœdus populi cum domino ubi Moses renouarit 78.e.

Fœderis quæ propagatio 78.f.
fœderis conditio quæ 79.b.
fœderis conditiones 78.f.
fœderis quare noua ratio 74.b.
Fratres cur inuicem simus 105.a.
fratrum susceptio quorsum 121.b.
Fundamento quomodo firmi insidebimus 74.c.
Furtum quid 168.f.

G

Gentes in carne qui sint 71.c.
gentes incredulæ quando assumptæ sint 25.b.
Gentium & Iudæorum quæ conspiratio 72.d.
Gratia quid 58.f.
gratiæ uocabulum quid significet 19.c.
gratiæ ministerium in quo 6.f.
Gratiæ dei mysterium per quem et quibus reuelatum 6.f.
Gratitudinis quæ causa 27.a.

H

Hanoch ex qua posteritate 139.a.
Hæreditas quomodo quæratur 94.d.
hæreditas nostra quid 28.c.
hæreditas ubi parata 33.a.
hæreditatis nomine quæ consideremus 32.f.
hæreditatis uox cur Scripturæ tam usitata 94.c.
Hæresis prima quæ 45.c.
Hierusalem quid uocet Paul. 77.c.
Hierusalem quando sterilis 77.c.
Hierusalem cur libera 77.c.
Homo quomodo iustificetur 21.c.
homo animalis quis 10.d.
homo uetus quomodo exuatur 7.a.
homo cur sit creatus 166.b.
homo uetus quid 166.f.
hominis innouatio quid dicatur 131.a.
homo interior qualis 98.f.
homo exterior quis 98.f.
hominem immutare cuius 130.f.
homines ab errore sacramenti quo modo reuocentur 148.d.
homines quomodo ipsi cæcos illuminare dicantur 96.d.
homines ad quid nascamur 6.d.
homines uetusti qui sint 72.f.
homines noui qui ibid.
hominum in sacramento S. syntaxeos impingentiũ genera 146.c.
Hypocrisis quid habeat 98.c.
hypocritarum qui sit mos 21.c.

I

ἄγγελοι qui sint 116.f.
Iacobus iustificationem in Abrahamo quomodo accipiat 62.f.
Iacobus mortuam fidem quam uocet 62.d.
Iacobus quomodo de fide sine operibus loquitur 62.d.
Iacobus per fidem factis perfectam quid intelligat 62.f.
Iacobus per iustificatum quid intelligat 62.f.
Iacobi epistola à ueteribus ubi habita 62.d.
Iacobo iustificare quid sit 63.a.
Idololatria unde 74.d.
Idololatria quomodo committatur 173.a.
Ieiunandi modus & exempla ubi 49.b.
ieiuniorum quis finis 49.a.
ieiuniorum uarietas 49.a.
ieiunio uero quæ requirantur 40.b
ieiunio quorsum usi ueteres 89.a.
Illi sit gloria in ecclesia per Christũ quid 100.f.
Impij quare non agant pœnitentiã 66.c.
impij quatenus sint de ecclesia 52.d
impiorum assensus qualis 62.c.
impiorum excommunicatio quando rata in papatu 112.d.
Impœnitentes quid 67.
impœnitentes cui castigandi 125.b.
Ingenium nostrum quod sit 48.f.
Inimici nostri qui sint 29.c.
In Christum qui priores sperauerint 26.f.
in cœlestibus hæc uox quid significet 20.c.
in cœtibus legenda unde 47.c.
in cœtibus ecclesiæ quid sit 36.f.
in collectis antiquis quis inuocetur 73.c.
in ecclesiæ membris qui possint nominari 113.a.
in ecclesiam quis recipi queat 111.b
in ecclesiam quos recipiamus 111.b
in ecclesiam recepti ad quid reuocentur 111.b.
in ecclesiam suscipiendorum requisita 122.
in ecclesia Ephesiorum quæ peccata uiguisse ueri simile sit 99.c.
in ecclesia etiam non renatos latere 112.f.
in episcopis quid spectatum olim 107.b.
in iustificandi uerbo quid 65.b.
in Israelis repub. qui ferendi, qui non 72.d.
in lectore quæ requirantur 118.c.
in peccatis ambulare quid 54.c.
in prophetis ἀμφίβολα quomodo intelligenda 11.a.
in prophetis obscuritas unde 11.a.
in salutis dispensatione quæ considerentur 25.b.
in scripturis explicandis patrum quæ ratio 12.d.
Integri qui sint 21.c.
Interpretatio quid 118.c.
interpretatio unde petenda sit 46.f
interpretationum sacræ scripturæ iudicia unde petenda sint 22.f
in interpretatione quibus utendum tanquam regulis 12.d
interpretum uarietas quomodo cõcilianda de mensuris 99.b
Ioannis & Christi discrimen 143.d
Ioannis baptisma quale 143.b.
Ira quid 170.d.
Iudaismus perfectos quos habuit 86.c.
Iudæi unde nati & quales 77.a.
Iudæi ceremoniarum tenaces 44.f.
Iudæi cur à Gentibus alieni 72.f.
Iudæi quare Gentibus inimici 18.c.
Iudæi quoties in animo Hierosolymam congressi 87.b.
Iudæi signum gratiæ ubi acceperũt 71.a.
Iudæorum dignitas in quo 74.c.
Iudæorum & Gentium pœnitentia 7.c.
Iudæorum & Gentium inimicitia quando sublata 72.f.
Iudæorum præclarissimi qui 74.c.
Iudæorum seruitus in quo 76.c.
Iudæis & Gentibus communia quæ 75.c.
Iudices qui audiendi 86.d.
iudicium qui in sacramento sibi sumant 126.c.
Iunctura quid 114.d.
iunctura domesticæ quæ sint, & quot societates 113.b.
Iusticiæ ciuilis opera quæ 66.f.
iustitiæ mortui quãdo eramus 82.c.
Iustitiam nostram nos relinquere quando & quandiu 65.a.
iusticiæ nostræ quid sint 69.a.
iustificandi quale uerbum 60.f.
iustificare cui opponatur 61.a.
iustificare quando idem quod laudare 61.a.
iustificari aduersarijs quid 65.b.
iustificati ad quid conditi sint 6.c.
iustificatio quid 71.b.
iustificatio operum unde pendeat 62.f.
iustificatio quorum operibus tribui queat 61.a.
iustificationis incrementũ quid aduersarijs 64.c.
iustificationis locus suspectus in Apocalypsi

pocalypsi 63.b.
Iustificationis operum ordo quis 62.d.
Iustificationis significationẽ & uim exprimentes loci qui 61.a.
Iustificationem non ex lege sed fide in Euangelium Iudæis contingere Pauli rationes quot & quæ 85.b.
Iustificationis totius loci apud Paulum quæ sit summa propositio 58.f.
Iuuenes in fornace Babylonica quo modo satisfecerint 67.c.

L

Laici etiam docebant 118.f.
Laici homines quibus prophani habeantur 114.e
Lapsus tetrioris pœnitentia 126.f.
Laus nostra deo quid ferat 22.f.
Lectores cuius se os præbeant 118.d
lectores qui nõ sint Christi ministri 118.e.
lectores quibus administrent 118.d.
lectores scripturarum etiam in Anglia 118.d
lectorum autoritas quæ 118.d
lecto rum munus quod 117.c.
Lex quid sit 80.d.
lex æterna quæ 90.f.
lex post Christum datum quid 87.a.
lex quatenus abrogata 81.b.
lex quatenus tota scriptura sit 90.e
lex quid operetur 81.a
lex quomodo euangelio coniungenda 93.a.
lex sine domino quid 81.a.
legis quot partes 80.d.
legis abrogatio quid 80.e.
legis æternæ ceremonijs quæ insita 90.f.
legis & euangelij distinctio 80.d.
legis finis quis 10.d.
legis in credentib. effectus qui 90.d.
legis propria quæ sint 90.e.
legis meditatio quorsum 90.e.
legis officium 85.b.
legis opera bifariam à Paulo accipiuntur 85.a.
legis quid mutabile quid non 80.e.
legis nomine quid 80d.
legis nouatæ in cordibus hominum exemplum 82.d.
legis præcepta quotuplicia 90.d.
legis studiosi qui 61.c.
legi mortui qui 82.d.
legem qui reijciant 84.f.
legem soluere quid 44.f.
lege augeri peccatum quot modis 81.b.
leges cui similes sint 80.e.
leges Iudæis latæ, quæ cur sint abrogatæ 73.a.
legum uariatio unde 80.e.
Leuitæ cur sint sors domini 26.d.
Liberationis nostræ finis quis 29.b.
Liber quis sit 76.e.
liberi quo pacto simus 82.e.
liberi uerè quando simus 24.e.
liberi quomodo educentur 185.b.
Libri sacri quibus terendi 47.b.
librorum sacrorum interitus quæ causa 11.a.
librorum cognitores quid diligenter obseruent 14.d
Libertas in quibus sit 39.c.
libertas nostra in quo demonstretur 88.f.
libertas nostra in quo 76.f.
libertatis homo quòd sit expers, unde constet 26.e.
Libertinorum dogma 166.d.
Ligare & soluere in Euangel. quorum 96.d.
Literæ diuinæ quid cõtineant 140.e
literæ sectatores qui 77.c.
literas diuinas qui intelligere queant 10.e.
Locus de operib. quartus quis 70.f.
loci de operum meritus quomodo intelligendi 67.a.
locorum ambiguorum quæ causa 11.b.
Longanimitas quid 104.d.
longanimitas proprium 104.d
Lucis proprium 175.a.
Lutetiana schola & Ticinensis per quem instituta 134.f.

M

Maceriæ interstitium quid 72.e.
Magistratus cuius corporis sint capita 36.f.
Mala ex aulica episcoporum, abbatum, prælatorum uita, quæ 131.a.
Mali quoq; malis temporalibus obnoxij 97.b.
Malorum gratia non abstinendum pijs à sacramentis 112.f.
Maledicentia quid 170.d.
Mandatum generale quod 70.f.
Manichæi quomodo abstemij 176.f
Mansuetudo quid 103.c.
Mansuetudo unde 103.c.
Manuum impositio ad quid 120.e.
manuum impositio quorũ sit 121.c.
manuum impositio ubi locum habeat 120.e.
Mariæ sororis Mosis pœnitentia quanta 126.f.
Maritus quid 179.d.
Mariti officium 179.a.
mariti inperium 179.b.
Martyrium quorum 70.f.
Mathematicorum & artium peritorum confessio 9.c.
Matrimonium quid 178.f.
Membro unicuiq; quanũ subministretur donorum 215.d.
Membrorum in Christo quæ submi nistratio 114.d.
Mendacium quid 167.c.
mendacium quando peccatum non sit 167.c.
mendaciũ quando deponitur 167.c
mendaciũ quod prohibeatur 168.e.
mendacia quæ non peccata fuerint 167.c.
mendacia quare nostro seculo potiora euangelio 100.c.
mens hominis & uoluntas in quibus acquiescat 83.b.
mens carnis quæ dicatur 89.b.
mentium actiones unde pendeant 163.b.
mentium cæcitas in ueteribus unde cognoscitur quanta fuerit 93.c.
Mentiendum quando sit 168.e.
merces quomodo accipiatur 69.b.
merces & meritum quid 69.b.
Mercedis & meriti qualis relatio 69.b.
Metropolis quæ dicta 132.e.
Metropolitæ 132.e. (96.e.
Ministerium quomodo habendum
ministerium unde 121.c.
ministerium ecclesiasticum quare sit institutum 108.d.
ministerij ordo qui seruetur 106.e.
ministerij publici amplificatio unde 106.e.
ministerij collatio quid 95.b.
ministerij sacri in populo ueteri institutio publica ubi 139.e.
ministeriorum quod sit singulorum opus 117.a.
ministeriorum ecclesiæ qui non assequantur cognitionem & usum 110.f.
ministeriorum uim & uirtutem qui sentiant 137.a.
ministeriorum in ecclesijs error, neglectus atq; abusus unde existat 138.d.
ministri uerbi munus 38.d.
ministri flagitiosi quibus commutentur 112.e.
ministri nostri seculi quales sint in ecclesia 116.f.
ministri peccatis quẽ absoluãt 141.c

ministrorum dei quod munus 93.a.
sacrorum penuriæ quæ sit causa 136.c.
dignitus quanta sit 141.b.
ministrorum in ecclesia qui sint primi 117.c.
ministris quibus omnes commendati 95.a.
ministrorum defectus 137.b.
ministris etiam impijs quamodo salubriter utimur 112.c.
Miracula qualiter bona 108.c.
Misericordia & misericors unde denominentur 170.d.
misericordiæ diuinæ uis & munificentia quæ 6.c.
Monachi olim qui fuerint 50.c.
Monarcha qui feratur 42.f.
Morbi quæ causa 35.c.
Mors unde primùm 52.f.
mortis filij qui 55.b.
mortuorum olim quæ exequiæ 50.c.
mortuus quibus eximitur 82.c.
Moses quid à deo factus 139.b.
Mundator quis 180.f.
Mundus quos designet 54.c.
Munerum ordo quanti ubique 105.b.
Musica quomodo sit retinenda 177.a.
musices usus 177.a.

N

Nati quomodo simus 24.d.
ad quæ sumus 24.d.
Natura hîc quid 55.b.
natura quæ abijcienda 167.a.
naturæ diuinæ ἰδίωμα 159.a.
naturæ diuinæ consortium quomodo obtineatur 140.f
deprauatio unde 83.c.
miseria & seruitus per quem sit sublata 24.d.
officia quæ 113.c.
Nazianzeni et Prudentij error 48.d
Negociatio cœlestis in quibus sita 41.b.

O

Obedientia nostra qualis 69.b.
obedientia quibus sit 62.d.
Occurrendi metaphora unde sumpta 163.b.
Oleastri qui ad Romanos dicti 75.c.
Omnipotentiæ fidem quæ comitetur 100.d.
Opera cuius sint 67.b.
ad opera quî conditi 70.d.
opera quæ non sint bona 70.d.
opera bona quorum sint munerum 70.d.
commentitia quæ 70.c.
quæ sint bona 6.c.
opera nostra quî comparata sint 114.c.
in scripturis exacta quomodo cõsiderentur 67.a.
opera non omnibus præcepta quæ 70.c.
opera quæ cur supererogationis dicant aduersarij 70.c.
quatenus bona sint 65.a.
operum bonorum quæ ratio 26.c.
operum bonorum proprium quod sit 70.d.
operum bonorum finis quis 6.c.
operum genera quot & quæ sint 67.c.
gloria unde 67.a.
iustificatio in quibus 61.c.
operum iustificationem quid præcedat 61.c.
Opulentia hæreditatis quæ locutio 32.c.
Orandi locus ubi 31.a.
oratio quid sit 30.c.
recta quid petat 30.d.
oratio Pauli quomodo absoluatur 92.c.
oratio uera quid 188.c.
oratio qualis honor mentis sit 07.c.
orationis quæ partes 30.c.
orationi quid insit 68.d.
Origenes Laicus ubi & per quos ad docendi munus sit ascitus 118.f.
Origenis allegoriæ quid 76.c.
ὄχλων qui habeant 73.c.

P

pax unde 73.b.
quid 73.b.
quid sonet 19.b.
Pacis huius expertes qui sint 73.b.
pacis uinculum cur uocet Paulus 103.b.
uinculum quod 103.b.
Pactorum dei cum Israele summa 72.d.
ueterum conditiones 75.b.
Panis et uinum in cœna domini quid sint 160.f.
Papa quomodo doctrinam Christi profligarit 109.c.
papa quo pacto in filij dei locum & potestatem deuenerit 109.c.
papa sibi quid uindicet 109.b.
papa quibus populos pellexerit ad monasteriorum & templorum institutionem 109.c.
papæ cur impios non excommunicent 112.c.
papæ fucus de ecclesiæ commendatione 100.d.
papæ inuenta quæ 109.c.
papæ nundinatio in quo 110.d.
papæ scholarum et pauperum neglectus 110.d
papistarum præcipitium in quibus 96.c.
papæ & monachorũ quæ humilitas 95.c.
papæ tyrannis unde 100.d.
papæ quæ noua sacramenta 109.c.
ad pastoris munus quæ requirantur 107.c. (107.c.
Pastorum gregisq; coniunctio quæ auaritia quanta 15.b.
pastorum munus 37.a.
pastorum sacrilegium in quo situm sit 15.b.
cura quæ 107.b.
nomen unde 107.b.
Patres de humilitate quid urgeant 64.c.
merendi uerbo quid uoluerint 69.c.
unde iustificare pro iustum facere accipiant 63.b.
patrum consensus de uoce iustificandi 63.c.
disciplina qualis 22.f.
patrum in iustificare uoce error 63.b.
Patriarcharum cur Romanis supremus 133.a.
patriarcharum cui primus locus delatus 133.a.
patriarcharum episcopos ordinare erat 133.
patriarcharum in episcopos alios nullum ius 133.a.
patriarcharum in episcopos iurisdictio 133.a.
Paulus binomius 18.d.
Paulus apud credentes quomodo cõuersatus est 135.b.
Paulus cur & quomodo montem urbi & regno Iudæorum coniunxerit 77.c.
Paulus etiam in Hispanias ex Illyrico iturus quos inuiserit 116.c.
Paulus à quo epistolam incipiat 19.b.
Paulus quid oret nobis donari 99.c.

Paulus quare preces pro se exigat 7.a.
Paulus cur minimus sanctorum 95.c.
Paulus carnis uoce quomodo utatur 71.a.
Paulus honorem operum suorũ quibus communicet 96.d.
cur & quo pacto legem eleuarit 84.f.
cuius rei peritus cuius non 92.d.
cur uinctus sit 92.e.
cur patrem Christi & nostrum oratum uocet 98.f.
quare miser 53.d.
Paulus in primis quid pro quo oret 99.b.
Paulus quoq; natura diabolo addictus 54.d.
Paulus ubi ceremonijs ueteribus usus sit 87.a.
Paulus ubi cum bestijs depugnauerit 19.b.
Paulus qui postremus & minimus apostolus 7.b.
quid Ephesijs precetur 5.f.
quare primus peccatorum fuerit 95.c.
Pauli antagonistarum fucus 87.b.
argumenta unde 104.f.
disputationis de filijs & testamentis Abrahæ summa 77.b.
controuersia olim cum pseudoapostolis de iustificatione 64.d.
fidei & diligentia in docendo testimonia 135.b.
functio præcipua quid 122.d.
humilitas quæ 95.c.
Pauli in docendi contentio, religio, et studium unde cognoscatur 135.b.
ministerium cuius rei dispensatio 92.d.
oratio quæ potissima 10.d.
oratio de precib. pro ecclesia quæ doceat 98.e.
oratio unde imperfecta 92.d.
probatio nos nõ seruari operibus 69.c.
Pauli persecutionis quæ causa 95. c.
Pauli precum pro Ephesijs quis finis 30.d.
Pauli studium, lachrymæ, & obtestatio in docendo 5.b.
Pauli uincti quæ summa sit recreatio 103.a.
Paulo similes ministros nostro seculo nullos fuisse 116.e.
peccatum actuale quod 56.d.
peccatum quando in nobis regnet 56.d.
peccatum per quem deletum sit 24.e.
Paulo quid dicatur 52.f.
originale quid 57.a.
peccati fons 53.a.
uox qualis 55.c.
peccati agnitores quid faciant 24.e.
peccati damnum quod sit alterum 53.b.
peccati atrocitas unde cognoscenda 24.e.
coniunctum quod 100.d.
agnitio unde 81.a.
genus alterum 56.d.
genitrix quæ 57.c.
peccati noxa in quibus rebus sit 52.e.
origo & definitio 56.e.
originis uis & noxa 56.d.
tertium genus 56.d.
peccata actualia quæ sint 52.f.
inuicem condonanda 172.d.
peccato obligati cui subijciantur 53.d.
peccatorum confessio quorum necessaria 128.d.
peccatorum crassiorum quæ natura 81.c.
peccatorum remissionem quæ maneant 22.d.
remissio in baptismate per quæ cõ firmetur 141.b.
uera pœnitentia cui contingat 143.d.
peccatores qui in lege & euangelio dicantur 38.e.
quid sibi proponant 100.d.
cui alligentur 125.e.
Pecuniæ & pleonoxiæ studiũ in scripturis quid sit 15.a.
Pelagiani errores 57.a.
Persecutio quos maneat 185.b.
Petrus unde dictus 38.f.
Petri fides ubi uisa et oppressa 62. e.
Per gratiam quæ intelligantur 105.b.
Pharisæorum peccatum grauius Pauli persecutione cur sit 95.c.
Philosophia ubi fugienda Platonica 22.f.
Philosophiæ partes 134.d.
Physica quid tradant 134.d.
Φιλάνθρωπος quis 151.b.
Φιλαυτία καὶ Φιλαρχία unde 151.a.
Pietas unde crescat 27.a.
pietatis incrementum in quo 20.d.
pij quomodo lugeant 66.f.
piorum et aduersariorum controuersia de operibus 64.e.
piorum ieiunia libera 88.f.
iustificatio quæ alia sit 61.a.
pijs ob penuriam bonorum, administratio improborum non officit 112.f.
pijs quibus omnia dentur, quibus nõ 28.d.
Plato cui muneri quenq; præficiat in Repub. 74.f.
pleonexiæ affectus 168.f.
πλεονεξίας dolor 116.d.
Pœnitentia quid 65.c. 49.c.
salutaris quid 67.b.
qui ducantur 66.f.
sine fide coram deo quid 67.b.
pars quæ quarta sit 128.e.
quomodo declaretur 67.b.
quæ natura 66.e.
uis & natura quæ 126.d.
administratio in quibus 128.f.
administri qui sint 128.f.
opera quæ 123.a.
quæ pars tertia 127.a.
administrationem quid Tertullianus uocet 66.f.
effectus qui 67.a.
quæ effecta 126.e.
pœnitentiã agere & pœnitere quid differant 66.d.
pœnitentis officia necessaria quæ 123.b.
Populus nouus ubi 76.d
quibus sit erudiendus 48.f.
populi ueteris & noui discrimen 75.c.
ueteris propria 76.d.
noui donum 76.e.
populum ueterem penitus fuisse carnalem, qui & unde astruant falsò 76.e.
Portarum olim quæ autoritas 38.f
Præceptum quod primum promissionem habeat 184.f.
præcepta iudicialia 80.e.
moralia quæ 80.e.
ceremonialia 80.e.
præceptorum legis summa 90.d.
Præcipitia Satanæ in quibus 96.e.
Prædicatio gratuita Paulo quid 70.f.
Præputio quid intellectum 88.e.
Precatio quæ sit 73.c.
preces per quem efficaces sint 141.a.
precum quot sint genera 31.a.
necessitas unde 100.d.
Presbyteri, episcopi & diaconi quo nomine comprehensi sint à Paulo 107.b.
Probabilia quò referenda 14.b.
Pro consociatione nostra cum Iudæis quid à nobis exigatur 73.a.

Prodigi confeßio 127.b.
Promißio in circunciſione quæ 71.c
promißionis quæ pacta 72.d.
promißiones quas elementa mundi uocet 86.e.
promißionum hæredes qui non ſint 86.e.
promißionũ Iudæis factarum à deo quæ ſumma 71.a
Prophetæ quid 106.
quales homines ſint 116.f.
quando dei potentiam prædicent 100.e.
Prophetarum collegia quid fuerint 134.e.
ubi mentio facta 116.f.
Propoſitiones in quibus nobis cũ ad aduerſarijs conueniat de meritis quæ ſint 69.a.
Proximus quis ſit 164.d.
proximorum delectus unde 29.c.
proximis benefaciendi quæ ratio 114.e.
Purificationes quid erant 88.c.
Prudens quî non peccet 38.e.
Pſaltæ quid olim 118.d.
Pſeudoeuangeliſtarum in Germania dogma 185.c

R

Rahab cur ſeruetur 63.a.
Realiter ſubſtantialiter uoces quomodo admittendæ 160.e.
Redemptio noſtra qualis 28.e.
Redemptio quo pacto nobis applicetur 24.e.
redemptionis ordo qui 28.e.
Regenerati quid agamus 24.e.
Reipub. felicitas ubi 74.f.
Rei ſtudium quid 103.b.
Religio & dei cultus per quos reſtitutus 139.a.
religionis adminiſtratio ubi recipiatur 124.f.
relegionis coniunctio unde 113.b.
religionis iuncturam quæ cõiunctiones ſequantur 113.b
Regni Chriſti quæuis amplitudo & potentia 6.d.
Rerum quarum per ſe nihil ſit bonum 94.d.
Res per ſe ſummè bona quæ 94.d.
Reſurrectionis noſtræ fides unde 88.e.
Rex quo pacto ſubditis ſe ſubijciat 178.e.
Ritus neceſſarij qui 40.f.
rituum conſtitutio quæ 39.c.
rituum genera quot et quæ ſint 41.f.
rituum quorum libertas 40.f.

S

Sabbato quæ conſideranda 44.e.
Sacerdotum conſulta in quæ 43.a.
iudicia qualia 43.a.
ingluuies & luxus 131.b.
ſacerdotum nomina & pontificum unde 116.d.
ſacerdotum olim ſententiæ ubi ſtabatur 86.f.
Sacramenti altaris apud papiſtas uſus 146.f.
altaris uſus & perceptio 157.b.
altaris cultus papiſtici 156.f.
uerba ubi 153.b.
ſacramenta quot & quæ 120.e.
quæ neceſſaria in omni eccleſia ſint 120.e.
ſacramentorum miniſteriũ ad quos pertineat 121.c.
nomine quid 120.e.
quorum uſus liber 120.e.
ſacramentis olim qui admißi 49.c
Sacrificia ueterum quid 172.e.
ſacrificiorũ apud ueteres finis 127.b
ſacrificulorum ſtudia 147.b.
mendacia 147.e.
uita 148.c.
Salomon quem orarit 73.c.
Salomonis eruditio & ſcripta 134.e
Salutariũ ignoratio cui adſcribenda 11.b.
Salutatio quid 18.e.
unde proficiſcatur 18.e.
ſalutationis officiũ in quibus ſit 18.e
Salus homini quando eſt 58.d.
noſtra quid ſit 27.b.
ſalutis adminiſtratio unde tam contẽpta 136.f.
initium unde 29.a.
inſtrumentum quid ſit 94.f.
noſtræ quæ cauſa prima ſit 5.e.
noſtræ quis ſit ordo 27.a.
opus quid 60.f.
opus cui aſſeratur 6.e.
quot & quæ ſint cauſæ 58.f.
ſaluti neceſſaria 99.a.
ſalutem neq; fidei alligatã eſſe 27.c.
Sancta quibus ſint omnia 114.f.
ſancti cur fideles uocentur 30.d.
cur non inuocandi 73.c.
ſancti peccare non poſſunt quomodo intelligendum 39.a.
quatenus ſint cœleſtes 20.e.
quales ſe agnoſcant 103.c.
qui eſſe poßint 19.a.
cur alios pro ſe orare hortati ſint 188.f.
Sanctorum ſcutum quid 188.d.
ſanctorum gladius 188.d.
ſanctorum κοινωνία in quo 40.f.
ſanctorum hæreditas in quo ſit 21.b.
mos qui fuerit 100.c.
ſanctorum opera quî ſint Chriſti 69.b.
qualis ſocietas 29.c.
ægis 187.c.
ſocietas unde 74.f.
ſanctis cantandum eſſe 177.a.
ſanctos inuocantium ſophiſmata 73.c.
Sanctificare quid 115.b.
ſanctificatio noſtri unde 27.c.
quid contineat 61.b.
ſanctificationis teſtimonium 115.b.
Sanitas quid 59.b.
ſapientia quid 31.c.
ſapientia, prudentia Ariſtoteli quid 24.f.
Paulo quid 24.f.
unde comparetur 25.a.
Satisfactio quid 67.a.
ſatisfacere apud Latinos patres quo modo acceptum 67.b.
ſatisfactio Chriſti & noſtra quæ 57.b.
Saul quale nomen 18.d.
Saulus quare ſe in epiſtolis ad Gentes Paulum uocet 18.d.
Scelerati quomodo coercendi ſint 38.d.
Schiſmatici qui 46.f.
ſchiſmatici & hæretici qui iudicentur 41.b.
Scientiæ ſalutis ſoliditas 11.a.
Scholæ Cantabrigienſis fundator 134.f.
olim ubi erant 134.f.
quando & per quos olim inſtitutæ 134.f.
ſcholæ quibus obnoxiæ erant 135.f.
ſcholarum euerſor 135.a.
Scortatione quid ſignificetur 172.f
ſcripta diuina quid requirant 9.b.
ſcriptoris mens in locis difficilioribus quomodo cognoſcatur 11.c
ſcriptura ab epiſcopo quid requirat 42.f.
ſcriptura diuina ad quid utilis 8.f.
ſcriptura expers ambigui 9.a.
ſcriptura noua quare appellata ſit teſtamentum 71.b.
quib obſcura & ambigua ſit 11.a
quomodo impleta 62.f.
ſcriptura S. quid 90.d.

ſcriptura S.quid contineat 28.e.
ſcriptura S. quorſum ſit data 14.e.
ſcript.S.quæ ἀρχαὶ doceantur 11.a.
ſcripturæ certitudo unde 9.a.
ſcript.cõcordantia de Chriſto 158.e.
ſcriputræ diuiſio 90.e.
ſcripturã qui facilè intelligant 10.f.
ſcripturã quib.laudare cõueniat 5.c
ſcripturæ S. cur recitatæ 117.c.
ſcript.cur potißimũ legantur 90.f.
ſcripturarum cognitio quæ exigat 10.d.
ſcripturarum finis quis 60.e.
ſcripturarũ lectio quomodo aggredienda 9.c.
  inſectatores quid dicant 9.a.
  interpretes qui erant 118.e.
  recitatarum utilitas 117.e.
  uera interpretatio ubi 12.e.
  caput quis 10.d.
ſcripturarũ S.ignorantiæ in doctißimis uiris quæ ſit cauſa 10.e.
ſcripturarum S. certa interpretatio ubi exiſtat 13.a.
ſcripturarum S. quæ ſint primaria dogmata 12.d.
Sermo ſpurcus quid innuat 166. c.
Seruire quotuplex 82.e.
Seruitus quæ perfecta 186.f.
  quorũ à natura indicta 186.d.
Seruorum conditio 185.b.
ſeruorum præmia 186.f.
Signorum ſignificatio 121.b.
  in ſacris quis finis 120.f.
  præcipitia quot & quæ 121.b.
ſignis à ueteribus in ſacris adhibitis quomodo uti, & quamobrem liceat 120.f.
Simoniæ definitio 45.c.
Societas humana quomodo corruat 170.e.
ſocietatis humanæ finis 113.c.
Solicitudinis mutuæ finis 7.a.
Sophiſtarum ſtudium 50.a.
Sortis proprium quod ſit 26.d.
Spes quid 32.e.
ſpei certitudinis quæ eſt cauſa 32.f.
ſpei quanta ſit uis 26.f.
Spiritus quid ſignificet 73.b.
  unde dicatur 31.c.
ſpiritus & carnis diſcrimen 34.e.
ſpiritus cur σαρκικὸς dicatur 28.d.
ſpiritus cuius rei ſit arrhabo 28.e.
ſpiritus S.hîc quibus detur 10.e.
ſpiritus humilitatis quid 73.d.
ſpiritus in nobis quid 31.c.
ſpiritus in ſanctis opera 28.d.
  malos nondũ deploratos per eccleſiam reuocari quis putet 96.f.
ſpiritus quorum autor ſit 31.c.
ſpiritus unitas quid ſignificet 39.c.
  unitas ubi 104.e.
  unitas quibus conſtet 103.a.
ſpiritus ſancti dona in miniſtris qualia 119.b.
ſpiritus S.quid in epiſtola hac nobis exhibeat 7.b.
ſpiritum ſanctum percipere quid ſit 143.d.
ſpiritum quando contriſtemus 29.f.
ſpiritu quid intelligatur 103.d.
ſpiritus quî diſcernas 108.e.
ſpirituum lucta in quo 9.b.
Stabatur olim in adorationib. 78.d.
Studia contraria quorum ſint 165.b
Submißio unde 103.c.
Succeßio penes quid ſit 50.e.
Suffocati decretum quale 44.e.
Superædificati qui 74.e.
Symbolorei nomina attributa 154.e
συμπάθεια quorum maxima ſit et coniunctio 74.e.
ſynodorum inſtitutio 132.e.
ſynodis qui præerant 132.e.

T

Tempus quid 175.b.
tempora noſtra qualia 175.c.
Tentatis à diabolo quid cogitandum ſit 21.a.
Terræ inferiores partes in Ebræo quid uocet 106.d.
  Teſtamentum quid 71.b.
teſtamentum nouum unde 78.e.
Theologiæ auditores qui ſint monendi 14.e.
theologiæ difficiliũ locorũ finis 11.b
theologiæ doctorum quæ uitia ſint 15.a.
  ignari qui 16.c.
  primum principiũ quod ſit 14.e.
  practica in quo 98.e.
  profeßionis quid ſit 8.d.
  quis ſit locus primus 19.c.
  ſtudioſis quid faciendum 10.f.
theologus quo ſit ingenio 10.d.
theologorũ olim q̃ philoſophi 134.d
Tribuum principes qui ſint olim in Iſraele dicti 45.b.
Tyrannis quorum 88.f.
tyrannidis inſimulatio in eccleſiæ ignominiam 110.c.
  ſuſpicio quibus in eccleſia augeatur 120.e.

V

Vanum quid ſit 166.e.
uanitatis quæ cauſa 16.b
Verbum populo quis proponat 47.c.
uerbi miniſter quis olim eligebatur 49.c.
uerbi prædicatio quid 94.f.
Veritatis immutabilis aſſenſus quid referat 60.d.
Veſtibus Adami & Euæ quid contectum 138.f.
Veteres quid fuerint 77.b.
ueterum ſacramenta non à domino mandata quæ fuerint 120.e.
Vetuſtatis & nouitatis in rebus quæ ratio 94.d.
Vini immoderatus uſus quorum cauſa 176.e.
Virtutum fundamentum quod 104.d
Vita quali nos priuati ſumus per peccatum originis 52.e.
uitæ æternæ arrhabo quis 23.d.
uitæ æternæ cohæredes qui ſint 94.d.
uitæ æternæ quale regnum 173.c.
uitæ mutatio quando fiat 65.c.
uitæ nouæ in Abrahamo factũ præclariſſimũ in quo ſit 62.f.
uitæ noſtræ cauſa quæ 34.f.
uitæ præſentis negocia 119.c.
Vitia maxima 166.e.
Vuificatio quid 59.a.
Vnio noſtri cũ Chriſto qualis 21.b.
Vnitas inter quos & deum ubi ſeruetur 104.e.
unitas in quibus neceſſaria 39.c.
Vnitas contraria 103.b.
Vocati ad quid ſimus 102.d.
Vocatio in quo ſit 102.e.
Vocationis certitudo unde conſtet 68.e.
Vocatione qua ambulemus 102.e.
Voces eandem rem ſignificantes 63.c.
Vſura quomodo prohibeatur 166.d

FINIS.

Errata corrigito ſic.

6.d.17.Chriſto.
9.a.15.reſponſis.
10.d.8.& 9.
11.a. deeſſe b.& c.
13.b.11.cœleſte.
33.b.3.aboleatur
33.b.15.potentiæ.
35.c.11.obſtructionem.
44.f.13.deinde.
45.c.7.obtinetur.
46.c.abba.
47.c.16.Laodicenſi.
50.d.16.contradebant.
62.d.15.manu.
76.d.17.ſpiritu.
82.e.2.metaphora.
90.d.17.Epicureiſmum.
93.a.1.eſſe.
98.d.8.conuenire.
112.d.9.auerſari.
114.e.11.antichriſtis.
155.b.14.aſpernemur.

Omnes ſunt terniones.

BASILEAE,
Apud Petrum Pernam, Anno dominicæ incarnationis
M. D. LXII.

B 2

Date of

Call-No

ZB
574
&
III
B 3

Auth

Fold

Titl

V

R